 sitas contemnat, per ea pergit quæ cum rerum na-
 tura conveniunt: eratque non impossibile omni-
 potenti illi Verbo, S ubi statuisset propter nos fieri
 secundum nos, si generationem ex muliere refer-
 geret, sibi extrinsecus ac propria virtute corpus
 formare, ut procul dubio in Adam primo parente
 factum dicimus: « Accepit enim Deus pulverem,
 inquit, de terra, et formavit hominem ²¹: » sed
 quia id perdidis hominibus calumniari volentibus
 incarnationis mysterium, pro occasione futurum
 erat, et ante cæteros impiis Manichæis, quos sub-
 inde te metuere dicis, ne in eos scilicet qui san-
 ctam Virginem Dei genitricem dicunt, insilliant,
 quasi asserant Verbi incarnationem in sola specie
 factam, ideo necessarium fuit ut per humanæ na-
 turæ leges pergeret: et quia id illi propositum erat,
 ut se vere hominem factum omnibus demonstraret,
 apprehendit semen Abraham ²², et ad eam ipsam
 rem beata Virgine media interveniente, similiter
 ac nos participavit carne et sanguine; neque enim
 aliter licebat nobiscum fieri Deum. Utilissima autem
 et alia quoque ratione his qui versantur in terris,
 Verbi incarnatio sive humanatio fuit. Nisi enim simi-
 liter atque nos secundum carnem fuisset natus, nisi
 similiter participasset iisdem, nunquam hominis
 naturam criminibus in Adam contractis absolvisset,
 neque a nostris corporibus corruptionem repulisset,
 heque maledictionis illius potestas desiisset, quam
 primæ feminæ illatam dicimus, cui dictum est:
 « In tristitia paries filios ²³. » Sed hominis natura
 in Adam inobedientiæ morbo laboravit, nunc in
 Christo grata facta est per illam ipsius ad omnia
 obedientiam. Scriptum est enim: « Sicut per ino-
 bedientiam unius hominis peccatores constituti
 sunt multi, ita per obedientiam unius hominis iusti
 constituentur multi ²⁴. » Subjacuit in Adam illi ma-
 ledicto: « Terra es, et in terram ibis ²⁵; » ac-
 quisivit in Christo ut calcare possit mortis laqueos,
 et quodammodo adversus mortem tripudiare, illud
 propheticum dicens: « Ubi est, mors, victoria tua?
 ubi stimulus tuus, inferne ²⁶? » Facta est maledicta,
 ut dixi: sed id quoque evacuatum est in Christo.
 Itaque dictum est ad sanctam Virginem, ipsa Eli-
 sabeth in Spiritu prophetante, « Benedicta tu in
 mulieribus, et benedictus fructus ventris tui ²⁷. »
 Regnavit in nobis peccatum, et inventor ille et

²¹ Gen. ii, 7. ²² Hebr. ii, 15. ²³ Gen. iii, 16. ²⁴ Rom. v, 19. ²⁵ Gen. iii, 19. ²⁶ I Cor. xv, 55; Osee, xiii, 14. ²⁷ Luc. i, 42.

pater peccati adversus omnes qui per orbem terrarum erant, se superbe jactabat, 9 divinarum legum illis violationem objiciens : sed hominum naturam in Christo, tanquam in secundi generis primitiis, fiduciam ad Deum habere videmus : dixit enim aperte : « Venit princeps mundi hujus, et in me nihil invenit 20. »

Sed, O præclare vir, non abs re dixerim, si non ut nos factus est ille Unigenitus, neque ut nos fieri alio modo quam per generationem carnalem ex femina potuit, nunquam nos illius rebus divites fieri potuimus. Ut enim scribit beatus Paulus, ille Emmanuel non e terra ad prioris illius exemplum, sed e cælo secundus nobis Adam apparuit 21. Nam illud superne et ex Patre Verbum non in cuspis carnem, neque in alienam venit, ut jam superius dixi, neque in unum aliquem nostri similem descendit ut in eo habitaret, ut procul dubio fuit in prophetis : sed cum sumptum ex muliere corpus suum fecisset, et ex ea secundum carnem esset genitus, hominis generationem per se recapitulavit, nobiscum factus secundum carnem, qui ante omnia sæcula exsistit ex Patre. Hanc nobis fidei confessionem sacræ Litteræ tradiderunt. At tu metuere te simulas, ne quis e nobis suspicetur, illud ex Deo genitum Verbum a carne terrena existentie initium habuisse ; ac funditis tollis dispensationis in carne mysterium, cum sanctam Virginem esse a nobis Dei genitricem appellandam negas : et eos qui illam Dei genitricem vocant, tanquam ad inevitabilem ac necessariam confessionem deducis, ut illis putandum sit Verbum carnis esse fructum. Sed id secus est, longeque aliter habet. Nam ille ex Deo Patre Filius, qui supra omne tempus initium existendi habet, cum sit sæculorum Conditor, in extremis sæculi temporibus quia factus est caro, secundum carnem factus esse dicitur. Nam si proprium ejus corpus intelligitur, quomodo non prorsus proprii corporis natalitatem sibi tanquam suam vindicabit et asseret ? Sed hanc hominum ita credentium rectam sacramque fidem etiam ipse probasses, si tibi ipsi persuadere voluisses, ut cogitares atque confitereris vere Deum esse Christum, unumque ac solum esse Dei et Patris, non divisum in hominem seorsim, et in Deum similiter, sed eundem esse et ex Deo Patre Verbum, et ex muliere hominem nostri similem, unaque Deum permanere. Sed te calumniari illam Verbi generationem 10 secundum carnem, cum ubique duos asseras filios, et dividas unum Dominum Jesum Christum, non meis, sed tuis verbis perspicuum fiet.

ΝΕΣΤΟΡ. [Vide quid consequatur, hæretice. Non invideo hanc vocem Christi genitrici Virgini, sed novi venerandam esse quæ Deum excepit, per quam pertransiit ille universorum Dominus, per quam effulsit sol justitiæ. Rursum suspectum habeo hunc plausum. Quomodo verbum illud pertransiit, in-

A καὶ πατήρ, τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν κατεσπαρευέτο, τῶν θεῶν νόμων τὴν παράβασιν ἐγκαλῶν· ἀλλ' ἐν Χριστῷ τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους δευτέρα, παρρησίαν ἔχουσαν ὀρώμεν πρὸς Θεόν· ἔφη γὰρ ἐναργῶς· « Ἐρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὐρήσει οὐδέν. »

'Αλλ', ὦ βέλτιστε, φαίην ἀνεικότως, εἰ μὴ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ Μονογενής, γέγονε δὲ καθ' ἡμᾶς οὐχ ἑτέρως, πλὴν ὅτι διὰ γεννήσεως σαρκικῆς τῆς ἐκ γυναικὸς, οὐκ ἀνῆμεις τὰ αὐτοῦ πεπλουτήκαμεν. Ὡς γὰρ ὁ σοφώτατος γράφει· Παῦλος, δευτέρος ἡμῖν Ἀδάμ οὐκ ἀπὸ γῆς γῆς κατὰ τὴν πρῶτον, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ πέφηνεν, ὁ Ἐμμανουήλ. Ὁ γὰρ ἄνωθ' ἐν τε καὶ ἐκ Πατρὸς Λόγος, οὐκ εἰς τὴν τοῦδὲ τινος, οὔτε μὴν εἰς ἀλλοτρίαν καταπεφοίτηκε σάρκα, καθάπερ ἦδη προείπον, οὐδ' αὖ ἐφ' ἓνα τινὰ τῶν καθ' ἡμᾶς καταβέβηκεν, ὡς ἐνοικῆσων αὐτῷ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν προφήταις ἦν· ἀλλ' ἴδιον ποιησάμενος σῶμα τὸ ἐκ γυναικὸς, καὶ γεννηθεὶς ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα, τὴν ἀνθρώπου γέννησιν ἀνεκεφαλαιούτο δι' ἑαυτοῦ, μεθ' ἡμῶν κατὰ σάρκα γενόμενος, ὁ πρὸ παντὸς αἰῶνος ἐκ Πατρὸς. Ταύτην ἡμῖν τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν αἱ θεαὶ παρέδωσαν Γραφαί. Σὺ δὲ δεδιέναι μὲν προσποιῆ, μὴ ἄρα τις τῶν καθ' ἡμᾶς ὑποπτεύσειε, τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν ἀπὸ γῆϊνης σαρκὸς ἐσχηκέναι τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα Λόγον· ἀναιρεῖς δὲ εἰσάπαν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον, μὴ χρῆναι λέγων ἰσομάζεσθαι πρὸς ἡμῶν Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον· περιτρέπεις δὲ ὡσπερ εἰς ἀφυκτόν τε, καὶ ἀναγκαίαν ὁμολογίαν τοὺς Θεοτόκον λέγοντας αὐτὴν, τοῦ δεῖν οἴεσθαι σαρκὸς γενέσθαι καρπὸν τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον. 'Αλλ' οὐχ ὡς τοῦτ' ἔχει· πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ὁ γὰρ ἐκ Θεοῦ Πατρός τὴν ὑπαρξιν ἔχων τὴν παντὸς ἐπέκεινα χρόνου, καὶ γὰρ ἐστὶ τῶν αἰῶνων Δημιουργός, ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐπέει τοι γέγονε σὰρξ, γεγενῆσθαι λέγεται κατὰ σάρκα. Εἰ γὰρ ἴδιον αὐτοῦ τὸ σῶμα νοείται, πῶς οὐ πάντῃ τε καὶ πάντως τὴν τοῦ ἰδίου σώματος γέννησιν οἰκειώσεται ; 'Αλλ' ἐπήνεσας ἂν καὶ αὐτὸς τὴν τῶν οὕτω δοξαζόντων ὀρθὴν καὶ ἀβέβηλον πίστιν, εἰ δὲ παυτὴν [Ἰσ. δὴ σαυτὸν] ἀναπειθεῖν ἤθελες διαλογίζεσθαι, καὶ ὁμολογεῖν, ὅτι Θεὸς ἀληθῶς ἐστὶν ὁ Χριστός, εἰς τε καὶ μόνος ὢν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐ διηρημένος εἰς ἀνθρωπὸν ἰδικῶς, καὶ ὁμοίως εἰς Θεὸν, ἀλλ' ὁ αὐτὸς ὑπάρχων, καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, καὶ ἐκ γυναικὸς ἀνθρωπος καθ' ἡμᾶς, μετὰ τοῦ μέναι Θεός. Ὅτι δὲ συκοφαντεῖς τοῦ Λόγου τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, δύο προσεῦδων υἱοὺς πανταχῇ, καὶ διατέμνων τὸν ἓνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, οὐ διὰ τῶν ἐμῶν, ἀλλὰ διὰ τῶν σῶν δειχθήσεται λόγων.

[Βλέπε τὸ συμβαῖνον, αἰρετικῆ· οὐ φθονῶ τῆς φωνῆς τῇ Χριστοτόκῃ Παρθένῳ, ἀλλ' οἶδα σεβασμίαν τὴν δεξαμένην Θεὸν, δι' ἧς παρῆλθεν ὁ τῶν ὀλων Δεσπότης, δι' ἧς ἀνέλαμψεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος. Πάλιν ὑποπτεύω τὸν κρότον· πῶς τὸ παρῆλθεν ἐνοήσατε ; οὐκ εἰρηταί μοι τὸ, παρῆλθεν, ἀντὶ τοῦ,

20 Joan. xiv, 30. 21 I Cor. xv, 47.

ἐγεννήθη· οὐ γὰρ οὕτω ταχέως ἐπιλανθάνομαι τῶν ἰδίων· τὸ παρελθεῖν τὸν Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου Παρθένου παρὰ τῆς θείας ἐδιδάχθην Γραφῆς, τὸ δὲ γεννηθῆναι Θεὸν ἐξ αὐτῆς, οὐδαμῶς ἐδιδάχθην.] Καὶ μεθ' ἑτερα· [Οὐδαμῶς τοίνυν ἡ θεία Γραφή Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου λέγει γεννηθῆσαι, ἀλλὰ Ἰησοῦν, Χριστὸν, Υἱὸν, Κύριον.] Προσεπάγει δὲ τούτοις, ὅτι μὴ Θεὸς ἀληθῶς, Θεοφόρος δὲ μᾶλλον ἄνθρωπος ἦν ὁ Χριστὸς, ὡς γοῦν οἴεται, καταδεικνύς τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν τῷ μακαρίῳ λέγοντος Ἰωσήφ· « Ἐγερθεὶς, παράλαβε τὸ παιδίον· » εἰδέναι δὲ φησι καὶ τοὺς ἀγγέλους, καίτοι σοφωτέρους ὄντας ἡμῶν, ὅτι παιδίον ἦν.

ΚΕΦΑΛ. Β΄.

Αἰρετικὸν μὲν οὖν ἐν τούτοις ἀποκαλεῖ τὸν ὀρθὴν ἔχοντα καὶ τεθραυμασμένην ἐπὶ Χριστῷ τὴν πίστιν, καὶ ἐπειπερ ἔστι Θεὸς ἀληθῶς, Θεοτόκον ὀνομάζοντα τὴν τεκούσαν αὐτόν. Γένοιτο δ' ἂν οὐδενὶ τῶν εὐφρονούντων ἀμφίλογον, ὅτι τοῖς ὀρθῶς φρονεῖν ἡρημένοις τὸν τῶν αἰρέσεων μῶνον ἀνάπτων, αὐτὸς τῶν ἰδίων καθοριεῖ λόγῳ τὸ ἀκαλλῆς· μόνον δὲ οὐχὶ καὶ διωμολόγηκεν ἐναργῶς, ὡς ἔξω που τῆς εἰς εὐθὺ φέρεται τρίβου, καὶ τροπᾶς (1) ποιεῖται τὰς διεστραμμένας. Εἶτα πῶς οὐ φθονεῖς, εἰπέ μοι, τῆς τοιαύτης φωνῆς τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ, καίτοι τῆς θείας γεννήσεως ἀναιρῶν τὸ ἀξίωμα, καὶ Θεοτόκον οὐκ εἶναι λέγων αὐτήν; Κατακλιθεὶς οὖν τὴν λέξιν, καὶ βλασφημίας ἐπίμεστον εἶναι διαθεβαζόμενος, τίνα τρόπον ἐφίης τοῖς ἐθέλουσιν ἀπονέμειν αὐτὴν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ; Καίτοι σεβασμίαν ἀκούω λέγοντος αὐτήν· εἶτα τὴν βλάσφημον οὕτω φωνῆν, κατὰ γε τὸ αὐτῷ σοι, καὶ μόνῳ δοκοῦν, πρέπειν οἴση τῇ σεβασμωτέῃ κακομοῦν [Ἰσ. τῇ σεβασμωτάτῃ, καὶ κοσμοῦν] καὶ στεφανοῦν ὑποπλάττη, γέρας ὡσπερ ἐξαίρετον ἀνατιθεὶς αὐτῇ, τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου συκοφαντίαν; Εἰ γὰρ ἔστιν ὅπως τῶν ἀπρηχθῆμένων τῷ ἐκ Θεοῦ φύντι Λόγῳ, τὸ γέννησιν ὑπομείναι σαρκικῆν· εἶτα Θεοτόκον ὀνομάζεσθαι συγχωρεῖς τὴν οὐ τεκούσαν Θεὸν, ἄρ' οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν ὡς καταπεφρόνηκας ἐναργῶς τῶν Δεσποτικῶν θελημάτων; Οὐκ ἂν ἀλοῖης περιυβρίζων μᾶλλον τὴν σεβασμίαν, ἤγουν, ὡς αὐτὸς οἴει τε καὶ λέγεις, τιμᾶν ἡρημένους, τὴν τῷ Θεῷ κατεστουγγιμένην φωνὴν ἀπονέμων αὐτῇ; Οὐ γὰρ οὖς τιμᾶν ἐγνώκαμεν, τούτοις ὀνόματα χαριζόμεθα, τὰ δι' ὧν ἡ τῆς ἀνωτάτω φύσεως ἀδικοῖτο ὄξια· πρῶτον μὲν σπαῖς αὐτοῦς τοιαύτης δυσφημίας ἐγκλήμασιν ἐνιέντες ἀγνοήσομεν· εἶτα πρὸς τούτοις, οὐ μετρίως ἀδικήσομεν, ὡς ἐν ὑπολήψει τιμῆς, τοὺς ἐπαινουμένους τοῖς οὐκ ἐπαινοῦσι κατασεμνύοντες, καὶ θεομισῆς αὐτοῖς ἐξυφαίνοντες τὸ ἐγκώμιον. Θαυμάσεις δ' ἂν τις πρὸς τούτῳ ἀκαίειν· ἄνω τε γὰρ καὶ κάτω ταῖς

¹ Matth. II, 15.

ANT. AGELLII NOTÆ.

(1) Puto legi oportere τροχιάς· nam respicit auctor ad illud Salomonis Proverb. cap. IV : Ὁρθὰς τροχιάς ποιεῖ σοὶς ποδί· et paulo post : Αὐτὸς δὲ ὀρθὰς ποιήσει τὰς τροχιάς σου. Qua sententia beatus Paulus etiam usus est in Epistola ad He-

breos cap. XI : Καὶ τροχιάς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν. Et gressus rectos facite pedibus vestris, et hic ipse auctor in secunda ad Successum episcopum epistola in principio dixit, χαμπύλας τροχιάς ἐρχόμενοι.

CAP. II.

Hæreticum in his vocat eum qui rectam ac probam de Christo fidem habet, et quia vere Deus est, quæ illum peperit Dei genitricem appellat. Nemini autem sapienti dubium est, qui recte sententibus hæresis maculam aspergit, eum sua verba ut perperam dicta damnare, tantumque non aperte fateri se extra rectam semitam ferri, et perversas parare sibi vias. Jam vero, dic mihi, obsecro, quomodo hanc vocem sanctæ Virgini non invidetas, cum ab ea divinæ generationis dignitatem tollas, et ipsam esse Dei genitricem neges? Cum vero eam vocem improbes, et plenam esse blasphemix asseras, quomodo volentibus eam sanctæ Virgini tribuere permittis? Atqui a te illam venerandam vocari audio: deinde vocem adeo blasphemam, ut tibi ipsi, et quidem soli, videatur, ipsius venerationi convenire putas? Nonestare illam et ornare te simulas, dum falsam adversus Deum Verbum calumniam velut præcipuum illi munus dicas? Nam si prorsus execrandum est Verbo ex Deo nato carnalem subire generationem; deinde illam, quæ Deum non genuit, Dei genitricem appellari concedis: **¶** an non vere dici poterit te Dominicam voluntatem contempsisse? Nonne deprehenderis illam venerandam injuria magis afficere, quam, ut tu putas ac dicis, honestate velle, cum exosam Deo vocem illi tribuis? Neque enim quos honorare statuimus, iis nomina largiemur per quæ supremæ illius naturæ gloria violetur. Nam primum in nos ipsos ejusmodi blasphemix crimina imprudenter conjiciemus: ad hæc velut honoris specie non levem iis injuriam inferemus, quos laudare volumus, si illos laudibus nullum honorem afferentibus oneraverimus, et Deo invisam laudationem contexuerimus. Præterea illud quoque mirum sit, quod cum sursum deorsum impiorum hæreticorum dicta carpas, neque ulla ratione vim habere permittas, eo

quod veritatem divinatorum dogmatum auferant, A cumque vocem, *Deipara*, multis nominibus accuses, et inter cætera tanquam parum veram, atque etiam blasphemam crimineris, tamen illam concedere te, et Virgini non invidere dicas, si cui libitum fuerit eam Dei genitricem vocare. Num ergo concedes etiam insanis Arii sectatoribus, ut minorem esse Patre Filium dicant, aut aliis naturam sancti Spiritus a divina excellentia dejicientibus? Sed id lacere cævebis, ac si quis roget: Qua de causa? dices prorsus: Quia vocem impiani non sustineo. Igitur si non est Dei genitrix, et ita dici concedis, scito te reliquisse veritatem, et parum jam curare an sapiens esse videaris. Quid enim? Elisabeth, aut aliam certe e sanctis mulieribus, non omni reverentia dignam putas? Num igitur si cui libeat ipsas quoque B Dei genitricem vocare, hanc illis appellationem non invidebis? Equidem puto te omnibus modis repugnaturum, ac dicturum non ita se hæc habere. Nam pepererunt illæ sanctos homines quidem, sed nemo eorum secundum naturam Deus erat. Ergo hujus vocis usum aut ab omnibus mulieribus amove, aut si soli præter cæteras habere sanctæ Virgini permittis, quam afferes in respondendo rationem? Nam si vere de ea dicitur hoc verbum, et vere Deum genuit, ipsum nimirum Dei Verbum carnem factum consistere nobiscum, et te ipsum ab impietatis crimine liberabis. Sin autem illa minime Deum genuit, non aliud est permittere nonnullis ut eam Dei genitricem vocent, quam cum illis societatem impietatis inire. Sed est illa Dei genitrix, quia factus est homo nostri similis ille Unigenitus, C 12 carni secundum veritatem unitus, et corpoream generationem subiit, et nostræ naturæ leges haud neglexit, ut paulo ante dixi.

Sed quid scire se ait venerandam esse eam, nimirum sanctam Virginem, agedum, inspiciamus debite illi reverentiæ causas: [Scio, inquit, venerandam esse illam, per quam ille omnium Dominus pertransiit, per quam effulsit ille sol justitiæ.] Quomodo igitur ais Deum ab ea susceptum? quomodo etiam per illam pertransiit ille omnium Dominus? aut quomodo effulsit ille sol justitiæ? Nam si Deum haud peperit, secundum carnem inquam, quomodo igitur excepit Deum? quomodo per illam pertransiit? Sed fortasse dices illud tuum et sapiens responsum, ut ipse putas, ac dicere non vereris: [Deus enim erat Verbum, et cum homine conjunctum, et in eo habitans.] Sed fidei traditio tuis hac de re verbis repugnat. Non enim Deiferum hominem, sed humanatum Deum adorare didicimus: tu vero aliter dicis. Deinde quomodo te nugari non advertis, et divinatorum dogmatum veritatem adulterare? Nam Verbum caro factum est⁴¹. Jam cur

⁴¹ Joan. 1, 14.

τῶν ἀνοσιῶν αἰρετικῶν ἐπιπλήττων φωναίς, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ἐφίαις ἰσχυεῖν αὐτάς, ὅτι τῶν θεῶν δογμάτων παραιροῦνται (1) τὸ ἀληθές, εἴτα τὴν Θεοτόκος φωνὴν οὐκ ἐν ὀλίγαις τιθεῖς αἰτίαις, καὶ ὁμοῦταις ἄλλαις γραφόμενος, ὡς οὐκ ἀληθῶς καὶ δύσφημον, συγχωρεῖν ἔφησιν καὶ οὐ φθονεῖν τῇ Παρθένῳ. κἂν εἰ ἔλοιτό τις εἰπεῖν Θεοτόκον αὐτήν. Ἐφίης οὖν ἄρα καὶ τοῖς τὴν Ἀρείου νοσοῦσι μνίαν, ἐν μείσιον εἶναι λέγειν τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν, ἢ γοῦν τοῖς ἄλλοις, οἳ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατακομιζοῦσαι φύσιν τῆς Θεοπροποῦς ὑπεροχῆς; Ἄλλ' οὐκ ἂν ἔλοιτο τοῦτο δρᾶν, κἂν εἰ τις ἐθέλοι τὴν αἰτίαν ἀναμαθεῖν, ἐρεῖς δὴ που πάντως· Ὅτι φωνῆς οὐκ ἀνέχσομαι δυσσεβοῦς. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἐστὶ Θεοτόκος, εἴτα τοῦτο λέγεσθαι συγχωρεῖς, ἴσθι λελοῖπός τὴν ἀλήθειαν, καὶ σμικρὰ φροντίζων ἐτι τοῦ δοκεῖν εἶναι σοφός. Ἡ γὰρ οὐχὶ καὶ τὴν Ἐλισάβετ, ἤγουν ἐτέραν τῶν ἁγίων γυναικῶν αἰδοῦς ἀπάσης ἀξίαν εἶναι φῆς; Ἀρ' οὖν οὐ φθονήσεις, εἰ δὴ τις ἔλοιτο Θεοτόκους καὶ αὐτάς εἰπεῖν; Ἄλλ', οἶμαι, πάντη τε καὶ πάντως ἀνταναστήση, λέγων· Οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει· τετόκασιν γὰρ ἀνθρώπους ἡγιασμένους, καὶ ἦν ἐν ἐκείνοις Θεὸς κατὰ φύσιν οὐδαίς. Οὐκοῦν ἢ γυναικὸς ἀπάσης ἀποσῶθει τὸ χρῆμα, ἤγουν ἔχειν ἐφίαις μόνῃ παρὰ πάσας τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ, ποίως ἄρα κεχρήσθη λόγοις εἰς ἀπολογία; Εἰ μὲν γὰρ ἀληθές ἐπ' αὐτῇ τὸ ῥῆμα, καὶ Θεὸν τέτοκεν ἀληθῶς, ὡς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, ὁμολογεῖ σὺν ἡμῖν, καὶ ἀπαλλάξεις σεαυτὸν τῶν εἰς δυσσεβείαν ἐγκλημάτων· εἰ δὲ Θεὸν οὐ τέτοκε, τὸ ἐφείναι λέγειν τισὶ Θεοτόκον αὐτήν, κοινωνεῖν ἐστὶ τῆς δυσσεβείας αὐτοῖς. Ἄλλ' ἐστὶ Θεοτόκος, ὅτι γέγονεν ἀνθρώπος κατ' ἡμᾶς ὁ Μονογενὴς, σαρκὶ κατὰ ἀλήθειαν ἠνωμένος, καὶ σωματικῆν ὑπομείνας γέννησιν, καὶ τοὺς τῆς ἡμετέρας φύσεως οὐκ ἀτιμάσας νόμους, καθάπερ ἡδὴ προεῖπον.

Ἐπειδὴ δὲ φησιν εἰδένας σεβασμίαν αὐτήν, δηλοῦν δὲ ὅτι τὴν ἁγίαν Παρθένον, φέρε δὴ, φέρε, καταθρήσωμεν καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ γενομένης αἰδοῦς αἰτίας. [Οἶδα γὰρ, φησὶ, σεβασμίαν αὐτήν, δι' ἧς παρῆλθεν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, δι' ἧς ἀνέλαμψεν ὁ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιος.] Πῶς δὴ ἄρα φῆς ὑποδέχεσθαι Θεὸν αὐτήν; Ἡ τίνα παρῆλθε τρόπον δι' αὐτῆς ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης; ἢ καὶ ὅπως ἀνέλαμψεν ὁ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιος; Εἰ μὲν γὰρ οὐ τέτοκε Θεὸν, τὸ κατὰ σάρκα, φημί, πῶς ἐδέξατο Θεὸν; πῶς παρῆλθε δι' αὐτῆς; Ἄλλ' ἴσως ἐρεῖς τὸ σὺν δὴ τοῦτο καὶ σοφόν, ὡς γοῦν οἶε τε καὶ λέγειν ἀποτολμᾶς· [Θεὸς γὰρ ἦν ὁ Λόγος, ἀνθρώπων τε συνημένος, καὶ ἐνοικῶν αὐτῷ.] Ἄλλ' ἤγε τῆς πίστεως παράδοσις τοῖς εἰς τοῦτο σοῖς ἀποδύεται λόγοις· οὐ γὰρ Θεοφόρον ἀνθρώπον, ἀλλ' ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν προσκυνεῖν δεδιδάγμεθα· σὺ δὲ οὐχ οὕτω φῆς. Εἴτα πῶς οὐκ αἰσθάνῃ ληρῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς Θεοῖς δόγμασι παροσχάρτων ἀλήθειαν; Γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ Λόγος. Ἀνθ' οὗτο δὲ δὴ καὶ Θεὸν

ANT. AGELLII NOTÆ.

(1) Alii libri habebant, παραιροῦνται. Sed illud verius esse manifestum est quod est impressum, et ex correctioribus libris acceptum.

υποδέχεσθαι φησὶ αὐτήν, εἰ μὴ πεπιστευκας, ὅτι Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν, ἐκτέτοκε τὸν Ἐμμανουήλ; Πῶς δι' αὐτῆς παρῆλθεν ὁ τῶν ὄλων Δεσπότης, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέλαμψεν ἥλιος; καὶ τίνα τοῖς τοιοῦτοις ὀνόμασι κατακαλλύνειν ἀξίους; ἄρα κοινὸν μὲν ἀνθρώπων, ὡς ἓνα τῶν καθ' ἡμᾶς, πλὴν ἡγιασμένον, ὡς ἱνοικον ἔχοντα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον; Εἶτα πῶς ὁ τοιοῦτος τῶν ὄλων ἔσται Δεσπότης, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος; Τὸ γὰρ δεσπόζειν τε καὶ κρατεῖν τῶν ὄλων δύνασθαι, καὶ φωτίζειν τὰ νοητὰ, πρόποι ἂν οὐ μέτροις τοῖς καθ' ἡμᾶς, ἀνακείσεται δὲ μόνη τῇ ὑπερτάτῳ, καὶ ἀνωτάτῳ φύσει.

Ἐπειδὴ δὲ τὸ, « Διῆλθεν, ὁ ὄλων οὐκ οἶδ' ὅθεν λαβῶν, τέθεικας ἐπὶ Θεοῦ, διασάφει τὴν λέξιν· τί τὸ χρῆμα τῆς ἐνθάδε λεγομένης διόδου, τῆς σῆς εἴη ἂν φρενὸς ἡγνοήσιν εἰπεῖν. Εἰ μὲν γὰρ οὕτω διῆλθεν αὐτὴν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡς ἐκ τόπου πρὸς ἕτερον μεταχωρῆσαι τόπον, αὐτὸθεν καταβαλλῆς· ἀκούση γὰρ λέγοντος αὐτοῦ διὰ φωνῆς τῶν ἁγίων· « Μὴ οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; » Οὐ γὰρ ἐν τόπῳ τὸ Θεῖον, καὶ μεταστάσεις οὐκ οἶδε σωματικὰς· πληροὶ γὰρ τὰ πάντα· εἰ δὲ, ἐπειπερ τὸν τῷ τόκῳ πρόποντα περιμείνας καιρὸν, σχετικῆν ἐν ἀνθρώπῳ τὴν ἐνοικήσιν ἐποιήσατο, διελάσαι φησὶ τὸν Θεὸν τῆς ἁγίας Παρθένου, ἦγουν, παρελθεῖν αὐτὴν· κεχηρῆσμαι γὰρ πανταχῇ ταῖς ἱεραῖς σου φωναῖς· οὐδὲν ἄρα τὸ περιττὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ παρὰ τὰς ἄλλας ὀρώμεν. Ἐκτέτοκε γὰρ ἡ Ἐλισάβετ τὸν μακάριον Βαπτιστὴν ἡγιασμένον διὰ τοῦ Πνεύματος, δι' οὗ Πνεύματος καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ἐν ἡμῖν ἀλλήξε-
ται. Καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης· « Ἐν τοῦτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἔστιν, ἔτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν. » Διῆλθεν οὖν ἄρα καὶ αὐτὴν τὴν Ἐλισάβετ ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, καὶ πρὸ τῆς γεννήσεως ἐνφυκῶς τῷ βρέφει διὰ τοῦ Πνεύματος.

Ἄλλ' ὑποπτεύεις τὸν κρότον, ὡς ὀρθά σοι λαλεῖν ἡρημένῳ λοιπὸν γεγονότα παρὰ λαῶν. Ἥλιον γὰρ δικαιοσύνης ὠνόμασας, καὶ τὸν ὄλων Δεσπότην, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένον. Εἶτα πάλιν ἀκριβολογεῖσθαι προσποιῆ, καὶ τὸν κρότον αἰτιᾶ, καὶ χαίροντας ἐπὶ σοὶ γράφεις πάλιν, ὡς οὐ νενοηκότας. Ὡ πολλῆς ἰσχύος, ἢ τοῖς σοῖς ἔνεστι λόγοις! οὐ γέγονας μελλιστής εἰς γε τὸ χρῆναι καταλυτεῖν αὐτούς, ἔστρεψας εὐθύς εἰς πένθος τὴν χαρὰν, διέβρηξας τὴν εὐφροσύνην, καὶ διέξωσας σάκκον, ἐπαγαγὼν εὐθύς εἶτα· [Πάλιν ὑποπτεύω τὸν κρότον, πῶς τὸ, Παρῆλθεν, ἐνόησατε; Οὐκ εἰρηται μοι τὸ, Παρῆλθεν, ἀντὶ τοῦ, Ἐγεννήθη· οὐ γὰρ οὕτω ταχέως ἐπιλανθάνομαι τῶν ἰδίων. Τὸ παρελθεῖν τὸν Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοστόκου Παρθένου, παρὰ τῆς θείας ἐδιδάχθη Γραφῆς· τὸ δὲ γεννηθῆναι Θεὸν ἐξ αὐτῆς, οὐδαμῶς ἐδιδάχθη.] Οὐκοῦν σὰ μὲν εἶνα· ἐκεῖνα τὰ διεστραμμένα· τῷ γε μὴν ἐν ὑποψίαις ὀρθότητος τὸν σὸν γεγενῆσθαι νοῦν, ὁ ἐξ ἀγάπης κρότος.

Ἐνοστήσομαι δὲ καὶ νῦν οὐδὲν ἤττον, ἐκεῖνο λέγων· Τί τὸ, Παρῆλθεν, ἔστιν, εἰ μὴ δηλοῖ τὴν γέννησιν; Ἄρα

A Deum ab ipsa susceptum dicis, si illam Deum secundum naturam ipsum Emmanuel peperisse non credis? quomodo per illam pertransiit ille omnium Dominus, et sol effulsit iustitiæ? Quem vero his verbis te decorare putas? num communem hominem, ut unum de nostri similibus, sed tamen sanctificatum, ut in quo Dei Verbum inhabitaret? Sed quomodo ejusmodi homo rerum omnium Dominus erit, et sol iustitiæ? Nam dominari et imperare omnibus posse, et res quæ intelliguntur illustrare, non nostræ mensuræ est, sed illi soli excellentissimæ et supremæ naturæ tribuendum.

Jam quia verbum « pertransiit » undenam acceperis, et de Deo protuleris, prorsus ignoro, explica, quæso, hanc dictionem, quidve sit hic transitus, quem hoc loco dixisti, erit utique tuæ prudentiæ ignavis exponere. Nam si ita per illam transiit illud Dei Verbum, ut ex loco uno ad alterum se transferret, indidem dejiceris: nam dicet tibi per vocem sanctorum: « Nonne cælum et terram ego impleo, dicit Dominus »? Neque enim est in loco Divinitas; et expers est corporei transitus; nam implet omnia: sin autem quia debitum parvum tempus ferendo, **13** relativam in homine habitationem incoluit, ideo Deum asseris permeasse per sanctam Virginem (utar enim ubique tuis sacris vocibus), nihil ergo eximium in sancta Virgine præter cæteras videmus. Peperit enim Elisabeth beatum Baptistam Spiritus opera sanctificatum, per quem Spiritum etiam ipse Filius in nobis habitat, idque beatus Joannes testatur, dicens: « In hoc cognoscimus quod in nobis est, quia de Spiritu suo dedit nobis ». Pertransiit igitur etiam per Elisabeth ipsum Dei Verbum, cum etiam ante illius nativitatem in infante per Spiritum inhabitavit.

Sed suspectum habes plausum tibi, ut qui jam recte loqui cœperas, a populo factum. Nam solem iustitiæ, et omnium Dominum appellaras illum ex sancta Virgine natum. Inde rursus subtilius agere simulas, et plausum reprehendis, et homines tui causa lætos denuo ut parum intelligentes accusas. O magnam tui sermionis potentiam! Non illis certe mœrorem injicere distulisti, in luctum illico vertisti gaudium, conscidisti lætitiā, et accinxisti te sacco ⁴⁴, cum mox addidisti: [Rursus suspectum habeo plausum. Quomodo verbum illud, pertransiit, intellexistis? Non dixi, pertransiit, pro eo quod est, genitus est: non enim ita facile meæ sententiæ obliviscor. Pertransisse Deum ex Christi genitrice Maria didici ex sacris Litteris; ex ipsa genitum nusquam didici.] Ergo tua esse illa perverse dicta certum est: ex eo autem quod te recte sentire cœpisse suspicabantur, ille exstitit ex charitate plausus.

Sed instabo nunc quoque nihilominus, ac rogado: Quidnam est, pertransiit, si generationem

⁴⁴ Jerem. xliii, 24. ⁴⁵ I Joan. iv, 13. ⁴⁶ Psal. cxix, 42, 45.

non significat? Num diciturus es ipsum per se Dei Verbum sine carne pertransisse per Virginem? At qui quomodo hæc verba non summæ stultitiæ plena sint? Vel enim in quantitatem esse concretam divinitatem intelligere necesse est, et motam ut de loco in locum transferretur; vel quia est incorporata, et late et ubique fusa, neque loco terminisque circumscribitur, quoniam modo per unum corpus transire poterit? Sed utcumque sit quod a te dicitur, cur non explicari oportuit, et clarius dici, si tuæ de hac re sententiæ fidens, de ejus prohibitate docere potes? Jam vero ubinam audisti divinitus inspiratas Litteras dicere, Dei Verbum per sanctam **14** Virginem pertransisse? Nam brevem esse hominum qui degunt in terris vitam, docuit beatus David, dicens: « Homo, sicut fenum dies ejus; tanquam flos agri, sic efflorescit, quoniam spiritus pertransivit in illo, et non subsistet ⁴⁵. » At vero de sancta Virgine quid ejusmodi scriptum habes proferre? Atqui Deum ex ipsa genitum, secundum carnem inquam, tandem sacræ Litteræ perspicue indicarunt. Redeo igitur denuo ad tua, vir præstantissime, verba. Id enim ipse quoque sæpissime confessus es, Verbum esse carnem factum, neque eam vocem rejiciendam putasti; et illud præterea, quod Unigeniti divinitatem aperte ac palam hominem factam dixisti, cum hoc modo scripseris:

NESTOR. [Ita et alibi dicit: « Locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula: qui cum sit splendor gloriæ ⁴⁶. » Cum posuisset, *Filius*, tuto hunc vocat etiam splendorem gloriæ et constitutum hæredem: hæredem quidem secundum carnem constitutum, splendorem vero paternæ gloriæ secundum divinitatem: non enim incarnatus discessit a similitudine Patris. Præterea sic rursus dicit: « Tempora enim ignorantæ despiciens Deus, nunc omnibus hominibus annuntiat ut pœnitentiam agant, eo quod statuit diem in quo judicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis ⁴⁷. » Cum prius dixisset: « In viro, » tum illud subjungit: « Suscitans eum a mortuis; » ne quis divinitatem hominem factam esse mortuam suspicetur.]

CAP. III.

Quis ergo ille est incarnatus? aut quo incarnatus modo? quæ etiam divinitas homo facta? dic, quæso, vir optime: id enim avemus discere. Num incarnatum esse concedemus ipsum de Deo Deum Verbum, et humanatum asseremus tanquam nostri similem factum, et carne natum? an id nullo modo concedemus, sed hominem existimabimus ad hoc venisse cum Deo conjunctum, ut ipse asseris? Sed, nisi fallor, dices melius et sapientius esse ipsum ex Deo Verbum putare hominem factum et incarna-

τὸν γὰρ ἐρεῖς, ὡς αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν, καὶ δίχα σαρκὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος; διήλασε τῆς Παρθένου; Καίτοι πῶς οὐ τῆς ἀπασιῶν ἀδελτηρίας ἐμπλεως εἶη ἂν ὁ λόγος αὐτῷ; Ἡ γὰρ πεποσῶσθαι τὸ Θεῖον ἀνάγκη νοεῖν, καὶ ποιεῖσθαι κίνησιν τὴν ἐκ τόπου πρὸς τόπον ἕτερον μεταστατικὴν ἢ, εἰπερ ἐστὶ τὸ Θεῖον ἀσώματος, εὐρὺ δέ, καὶ πανταχοῦ, καὶ οὐκ ἐν τόπῳ, καὶ περιγραφῆ, πῶς ἂν δι' ἐνὸς παρέλθοι ἀώματος; Ἄλλ' ὃ τί ποτέ ἐστιν ὁ φῆς, πῶς οὐκ ἔδει διατρανοῦν, καὶ ἐναργέστερον εἰπεῖν, εἰ ταῖς σαυτοῦ περὶ τούτου δόξαις τεοαρσηκῶς, μαρτυρεῖν ἔχεις αὐταῖς τὸ ἀμώμητον; Πού δὲ δὴ καὶ ἀκίχουας τῆς θεοπνεύστου λεγούσης Γραφῆς, ὅτι παρήλθεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος διὰ τῆς ἀγίας Παρθένου; Ὅτι μὲν γὰρ βραχύς, καὶ συνεσταλμένος τῶν ἐπὶ γῆς ὁ βίος, ἐδίδαξεν ὁ μακάριος Δαβὶδ, λέγων· « Ἄνθρωπος, ὡσαύτως ὡς ἡμέραι αὐτοῦ ὡσαύτως ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσει· ὅτι πνεῦμα διήλθεν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐκ ὑπάρξει. » Περί δὲ τῆς ἀγίας Παρθένου τί νοιοῦτον ἔχεις γεγραμμένον εἰπεῖν; Ὅτι δὲ γεγέννηται Θεὸς ἐξ αὐτῆς, τὸ κατὰ σάρκα, φημι, διαμεμῆνυκεν ἐναργῶς ἡ θεοπνευστος Γραφή. Εἶμι δὲ δὴ πάλιν ἐπὶ γε τοὺς σοὺς, ὧ πανάριστε, λόγους. Διωμολόγηκας γὰρ καὶ αὐτὸς, καὶ τοῦτο πλειστάκις, ὅτι γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος· καὶ οὐκ ἀπόθλητον ἐποίησω τὴν φωνήν· καὶ πρὸς γε τοῦτῳ κάκεινο· τὴν γὰρ τοῦ Μονογενοῦς θεότητα, σαφῶς καὶ ἀναφανδὸν ἐνανθρωπήσαι φῆς. Γέγραπας δὲ τουτονὶ τὸν τρόπον.

[Ὅτι καὶ ἐν ἑτέροις φησὶν· « Ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθετο κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· ὃς ὡν ἀπαύγασμα τῆς δόξης· » θεὸς τὸ, Υἱός, καλεῖ τοῦτον ἀσφαλῶς καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ θεὸν κληρονόμον μὲν, κατὰ τὴν σάρκα θετὸν, ἀπαύγασμα δὲ τῆς τοῦ Πατρὸς δόξης, κατὰ τὴν θεότητα· οὐ γὰρ ἀπέστη τῆς πρὸς τὸν Πατέρα σαρκωθεὶς ὁμοιότητος. Καὶ πρὸς γε δὴ τοῦτῳ πάλιν οὕτω φησὶ· « Τοὺς γὰρ χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, ταῦν πᾶσιν ἀνθρώποις παραγγέλλει μετανοεῖν· καθότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ἣ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν ἀνδρὶ, ᾧ ὥρισεν [ὥρίσατο], πίστιν παρασχῶν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. » Πρότερον εἰπὼν, « Ἐν ἀνδρὶ, » προστίθησι τότε τὸ, « Ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. » ἵνα μηδεὶς τὴν ἐνανθρωπήσασαν ὑποπτεῖν τεθηκέναι θεότητα.]

D

ΚΕΦΑΛ. Γ.

Τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ σεσαρκωμένος; ἢ τίνα σεσαρκωκται τρόπον; ποία δὲ θεότης ἐνανθρωπήσασα, φράσαις ἂν, ὧ βέλτιστε, τοῖς ἐθέλουσι μαθεῖν. Ἄρα σεσαρκῶσθαι δώσομεν τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον· καὶ ἐνανθρωπήσαι φάμεν αὐτὸν, ὡς καθ' ἡμᾶς γεγόνετα, καὶ γεγεννημένον σαρκί; ἢ τοῦτο μὲν οὐδαμῶς, ἀνθρωπον δὲ νομιούμεν πρὸς τοῦτο ἔλθειν, Θεῷ συνημμένον, κατὰ σέ; Ἄλλ' οἶμαι, φαίης ἂν, ὡς ἄμεινον δὴ που καὶ σοφόν, τὸ ἐνανθρωπήσαι φρονεῖν τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, καὶ σάρκα γενέσθαι, κατὰ τὰς Γραφάς.

⁴⁵ Psal. cii, 14. ⁴⁶ Hebr. i, 2, 3. ⁴⁷ Act. xvii, 30, 31.

Ὁ γὰρ που τὸ, ἐν ᾧ τίς ἐστιν, ὄρωτο ἂν, οἶμαι, προσ-
 λαβῶν· εἰ δὲ δὴ γένοιτό πως ἐν οἷς οὐκ ἐν ἀρχαῖς,
 κεκαιουργεῖσθαι τι περὶ αὐτὸν ἐκδείξειεν ἂν ὁ λόγος
 εὐθύς. Οὐκοῦν ἀμαθὲς τὸ ἐνανθρωπήσαι λέγειν, καὶ
 σάρκα γενέσθαι τινὰ τῶν τελούντων ἐν ἡμῖν, καὶ
 τοῦς τῆς ἀνθρωπότητος ὄρους ἐκβεθεγκότα· πρέποι
 δ' ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, ἢ ἐνανθρωπήσας, ἢ γοῦν ἢ
 σάρκωσις, τῇ τῆς ἀνθρωπότητος ἐπέκεινα φύσει. Εἰ
 δὲ ἐνηνθρώπησεν ἀληθῶς, καὶ γέγονε σὰρξ, ἀνθρω-
 πος δὲ που νοεῖσθαι πεπίστευται, καὶ οὐκ ἀνθρώπων
 τινὲ συνημμένους, κατὰ μόνην τὴν ἐνοικήσιν, ἢ γοῦν,
 κατὰ τινὰ τῶν ἐξωθεν ἔχων [ἴσ. σχέσεων], ἢ τοι
 συνάφειαν, ὡς σὺ φῆς. Πλὴν εἰ καὶ γέγονεν ἀνθρω-
 πος, ἀναπόδητον ἔχει τὸ εἶναι θεός. Οὔτε δὲ τῆς
 σαρκὸς εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν γενέσθαι φαμέν
 μεταβολῆν, ἢ γοῦν· ἀλλὰ καὶ τὸ ἐμπαιὼν οὐκ ὥδε
 ἔχειν· μεμνήκα γὰρ ἢ τοῦ Λόγου τοῦ ὄπερ ἐστὶ,
 καὶ ἐνωθεῖσα σαρκί. Οὐκοῦν ἂ μὴδεὶς κἂν γοῦν ἐν
 ψυλαῖς ἐννοίαις φρονεῖν ἀξίοι, διὰ ποίαν αἰτίαν ὡς
 ἀληθῶς εἰρημένα τιθεῖς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις, τοῖς
 τῆς εὐσεβείας δόγμασι συναθροῖν ὑποκρίνη; Τὸ μὲν
 γὰρ τῆς κράσεως ὄνομα, θεοεικάσι τινες καὶ τῶν
 ἁγίων Πατέρων· ἐπειδὴ δεδιέναι φῆς, μὴ ἄρα τις
 ἀνάχουσις συμβῆναι νομισθῆ, καθάπερ ἐν τάξει τῶν
 ἀλλήλοις συγκεκραμένον ὑγρῶν, ἀπαλλάττω σε
 δειμάτων· πεφρονήκασι γὰρ οὐκ ὥδε· πόθεν; κα-
 τακλέχονται δὲ τῇ λέξει, τὴν εἰς ἄκρον ἐνωσιν τῶν
 ἀλλήλοις συμβεθιχότων καταδιγνοῦν σπουδάζοντες.
 Συμβῆναι δὲ φαμέν καθ' ἐνωσιν ἀδιάσπαστον, καὶ
 ἀναλλοιώτως ἔχουσαν, τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ τὸν ἐκ Θεοῦ
 Λόγον. Εὐρήστομεν δὲ καὶ αὐτὴν τὴν θεόπνευστον
 Γραφήν, οὐ σφόδρα τὴν λέξιν ἐκβασιανίζουσαν· τι-
 θεῖσαν δὲ μᾶλλον ὡς ἐν καταχρήσει, καὶ ἀπλῶς.
 Γέγραφε γοῦν ὁ θεοπέσιος Παῦλος περὶ τινῶν· « Ἄλλ'
 οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνου, μὴ συγ-
 κερμαμένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν. » Ἄρα
 γὰρ ἐμῆλλον κατὰ τὸν σὸν τρόπον συνανακρινῶσθαι
 τε ἀλλήλοις, καθάπερ ἀμέλει καὶ οἶνος ὕδατι, καὶ
 ἀνάχουσιν τινὰ τῶν ὑποστάσεων τὴν εἰς ἀλλήλας πα-
 θεῖν, οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, ἢ μᾶλλον ἐνοῦσθαι κατὰ
 ψυχὴν, κατὰ γε τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν τῶν ἁγίων ἀπο-
 στόλων γεγραμμένον, ὅτι τοῦ πλήθους τῶν πιστευ-
 σάντων ἦν ἡ καρδία, καὶ ἡ ψυχὴ μία; Ἄλλ', οἶμαι,
 τοῦτο ἐστὶν ἀληθές, ἢ ἐκεῖνο. Ἐξω δὲ οὖν τῶν ἐπὶ
 τούτοις ἔσο δειμάτων· ἀσφαλῆς γὰρ λίαν τῶν ἁγίων
 ὁ νοῦς.

Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἐνανθρωπήσαι λέγειν τὴν τοῦ Λόγου
 φύσιν, οὐδὲν ἔτερον, οἶμαι, ἐστὶν, ἢ ἐκεῖνο φρονεῖν,
 ὅτι γέγονεν ἀνθρώπος, καὶ οὐ οἷα γεννήσεως τῆς
 ἐκ γυναικὸς, ταύτην γὰρ οἶδε καὶ μόνην τὴν ὁδὸν
 τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἢ φύσις, πῶς οὐκ ἐδοξά-
 χθη τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Μονογενοῦς παρὰ
 τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς; Καίτοι καὶ αὐτός, προ-
 κειμένων σοὶ ποτε προφητικῶν ἀναγνωσμάτων, ὅτι
 « Παιδίον ἐγενήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, »
 περὶ τοῦ τεθθέντος παιδίου τοιαύτως τινὰ φῆς· « Μέγα
 τοῦ δώρου τὸ μυστήριον· τοῦτο γὰρ τὸ βλεπόμενον

lum, ut Scripturæ tradunt. Neque enim id in quo
 est, assumere quisquam cernitur: sed si ea sumat,
 in quibus antea non erat, aliquid circa ipsum esse
 innovatum statim verbis exponi **15** poterit. Igitur
 stultum sit hominem factum dicere aut incarnatum
 aliquem ex nostro numero, et fines humanitatis
 excessisse: sed fieri hominem, vel incarnari, con-
 venientissime in naturam cadit, quæ ultra fines hu-
 manitatis consistit. Quod si vere homo factus est
 et caro, procul dubio hominem esse intelligendum
 fide receptum est, non homini cuidam conjunctum
 per solam inhabitationem, vel per aliquam exter-
 nam habitudinem, seu, ut tu dicis, conjunctionem.
 Verumtamen etiam si factus est homo, non desinit
 esse Deus. Neque vero carnem in Dei naturam esse
 mutatam dicimus, neque e contrario sic se habere
 censemus. Mansit enim Verbi natura idipsum quod
 est, etiam unita carni. Igitur quæ nemo ne levi qui-
 dem cogitatione sentienda censet, ea qua de causa
 tanquam re vera dicta cum in tuis sermonibus po-
 sueris, pro pietatis dogmatibus te decertare simulas?
 Nam missionis nomen posuerunt nonnulli etiam
 sancti Patres: sed quia mejuere te dicis, ne qua
 confusio contigisse existimetur, ad instar liquido-
 rum quæ inter se mutuo commiscuntur; libero te
 hoc metu: non sic illi senserunt; minime: sed ea
 voce sunt abusi, cum summam unionem rerum in-
 ter se convenientium ostendere studerent. Conve-
 nisse autem dicimus cum propria carne Dei Ver-
 bum unione inseparabili atque immutabili. Ipsas
 quoque sacras Litteras invenimus non admodum
 anxie hac voce usas, sed abusive potius ac simpli-
 cius. Itaque de quibusdam scripsit beatus Paulus:
 « Sed non profuit illis sermo auditus, non admistis
 fidei iis qui audierunt ⁴⁸. » Num igitur ii, de qui-
 bus loquitur, quo tu dicis modo commiscendi erant
 inter se ut cum aqua vinum et personarum inter
 se confusionem subituri? an potius per animum
 uniendi erant, ut scriptum est in sanctorum aposto-
 lorum Actis ⁴⁹, fuisse multitudinis credentium cor
 unum et animam unam? Sed id verius esse quam
 illud opinor. Desine igitur hac de re metuere: fir-
 mus est enim admodum sanctorum virorum sen-
 sus.

Sed quia nihil aliud est, ut puto, dicere Verbi
 naturam humanatam, nisi hominem factam, idque
 non nisi per generationem ex femina: hanc namque
 viam solam **16** humanorum corporum natura no-
 vit: cur illam Unigeniti generationem secundum
 carnem a Litteris divinitus inspiratis minime didi-
 cisti, licet ipse quoque proposita tibi pridem pro-
 phetica lectione, « Puer natus est nobis, filius etiam
 datus est nobis ⁵⁰, » de nato puero talia dixeris:
 « Magnum sane tanti doni sacramentum. Ille enim
 qui videtur infans, hic qui recens apparet, hic qui

⁴⁸ Hebr. iv, 2. ⁴⁹ Act. iv, 52. ⁵⁰ Isa. ix, 6.

fasciis corporalibus eget, hic qui secundum visibilem essentiam recenter est editus, Filius est, ut Scriptura docet, æternus, Filius universorum opifex, Filius qui suæ opis fasciis dissolubilem creaturæ naturam astringit. » Et alibi rursus : « Et infans enim Deus est libera potestate: tantum abest, Arie, ut Deus Verbum sit sub Dei potestate. » In quibus verbis conjunctum quoque corpus Deum appellavit. Et rursus : « Novimus ergo humanitatem infantis ac divinitatem, filiationis unitatem servamus in Deitatis humanitatisque natura. » Ecce jam disertis verbis, infantem recentem qui videtur, mox editum, fasciis involutum, Filium esse fateris, et universorum opificem. Hunc vero infantem nobis sancta Virgo peperit. Nosti igitur certe Deum secundum carnem genitum, idque ex divinitus inspirata Scriptura didicisti. Quis enim excogitetur universorum opifex, nisi ille solus, per quem omnia condidit Pater? Sed forte respondebis, te secundum id quod latebat, Filium dixisse, et universorum opificem. Recte dicis, assentior. Sed, quæso te, eum qui laet, esse asseris illud ex Deo Verbum, eumque esse universorum opificem : quomodo igitur nobis paulo ante propemodum digito illum recentem, et jam editum, et fasciis involutum infantem demonstrasti, quem etiam Dei Filium appellabas, et omnium opificem? An quia fortasse putas, Dei Verbum in carnis naturam esse mutatum? sed et ita te ipsum potius accusabis, quam alios quasi id affirmare ausos. An vero quia is infans ille est latens Filius et universorum opifex, et idem natus ex sancta Virgine, ita invitus ex inopinato illam esse Dei genitricem nobiscum confessus eris? Quomodo enim infans Deus sit suæ potestatis? Nam si ita dicis illum suæ potestatis ut esse unusquisque nostri similis intelligitur, tanquam cui suæ voluntatis a Deo permixtae sint habentæ; quid erit in eo præter cæteros **17** exinium? aut quam ob causam libertatem arbitrii ac potestatis tanquam Deo dignum et præcipuum revera titulum illi tribuis, quamvis omnibus qui degunt in terris et habere illam liceat, et jam habeant? Sin libertas potestatis illud in hac parte significat, alterius legibus non esse subjectum, ut etiam ipsa nimirum Dei natura intelligitur, quoniam igitur modo his conditionibus adeo augustis, et solam supremam illam naturam et gloriam decentibus, nuper editum illum infantem esse dicis, quamvis quidquid ad hoc ut sit vocatum est, Deo sit subjectum, et servitutis jugo subditum? Sed fortasse putabis ad hæc omnia tibi satis illam stultam rationem fore, quod scilicet inter se naturæ mutuo copulentur non secundum hypostasim, sed eodem potius honore et æqualitate dignitatis : nam ista sæpe nobis imprudenter inculcas. Sed te hæc dicentem in imbecillis et fragilibus commentis insistere, manifeste paucis ostenditur cum de hoc tractandi occasio se offeret. Illis alia quædam assuit, per quæ se putat generationis modum nostræ similem, veluti indecentem

Α βρέφος, τούτο τὸ καταφαινόμενον πρόσφατον, τούτο τὸ σπαργάνων σωματικῶν δεθθὲν, τούτο τὸ κατὰ τὴν ὀρωμένην οὐσίαν ἀρτίτοκον, Υἱὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, αὐλῶνιος· Υἱὸς τῶν ὄλων δημιουργός· Υἱὸς τοῖς τῆς ἰδέας βοηθείας σπαργάνοις τὸ τῆς κτίσεως εὐδιάλυτον σφίγγων. » Καὶ ἐν ἑτέροις δὲ πάλιν· « Καὶ τὸ βρέφος γὰρ Θεὸς αὐτεξούσιος· τοσοῦτον ὁ Θεὸς Λόγος τοῦ Θεοῦ ὑπεξούσιος εἶναι διέστηκεν, Ἄρειε. » Δι' ὧν καὶ τὸ συνημμένον σῶμα Θεὸν προσηγήρευσε. Καὶ πάλιν· « Γνωρίζομεν τοίνυν τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ βρέφους καὶ τὴν θεότητα· τῆς υἰότητος τηρούμεν μοναδικὸν ἐν ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος φύσει. » Ἰδοὺ δὴ καὶ μάλα σαφῶς τὸ βρέφος τὸ πρόσφατον, τὸ ὀρωμένον, τὸ ἀρτίτοκον, τὸ ἐσπαργνωμένον, Υἱὸν εἶναι φῆς, καὶ τῶν ὄλων δημιουργόν. Β Τέτοκε δὲ τὸ βρέφος ἡμῖν ἡ ἀγία Παρθένος. Οἶσθα δὴ οὖν ἅρα Θεὸν κατὰ σάρκα γεγεννημένον· καὶ τούτο ἐκ τῆς θεοπνεύστου μεμάθηκας Γραφῆς. Τίς γὰρ ἂν νοῖτο τῶν ὄλων δημιουργός, πλὴν οὗ μόνος ἐκεῖνος, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ Πατήρ; Ἄλλ' ἔφη, Ἰσως ἔρεις, κατὰ τὸ κεκρυμμένον, Υἱὸς, καὶ τῶν ὄλων δημιουργός. Καλῶς, συνθήσομαι. Ἐρῆσομαι δέ. Τὸν κεκρυμμένον εἶναι φῆς τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν ὄλων δημιουργόν· πῶς οὖν ἡμῖν ἀρτίως μονοουχὶ καὶ δακτύλῳ τὸ πρόσφατον, καὶ τὸ ἀρτίτοκον, καὶ τὸ ἐν σπαργάνοις, κατέδειξας βρέφος· καὶ τούτο αὐτὸ καὶ Υἱὸν ὀνόμαζες Θεοῦ, καὶ τὸν ὄλων δημιουργόν; Ἡ τάχα που μεταπεποιηθῆσαι γενόμενος εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον; Καὶ γράψῃ μᾶλλον σαυτὸν, οὐχ ἑτέρους, ὡς τοῦτο φάναι τολμήσαντας. Ἡ εἴπερ ἐστὶ τὸ βρέφος ὁ κεκρυμμένος Υἱὸς, καὶ τῶν ὄλων δημιουργός, γεγέννηται δὲ τούτο ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου, ὠμολόγησας οὐχ ἐκὼν Θεοτόκον σὺν ἡμῖν ἀδοκῆτως αὐτήν; Ἐπεὶ πῶς βρέφος Θεὸς αὐτεξούσιος; Εἰ μὲν γὰρ οὕτω φῆς αὐτεξούσιον, ὡς ἂν νοῖτο τυγχῖν καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἕκαστος, ὡς τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως πεπιστευμένους παρὰ Θεῷ [Ἰσ. Θεοῦ] τὰς ἡλίας, τί τὸ ἐξαίρετον παρὰ τοὺς ἄλλους ἐν αὐτῷ; ἢ διὰ ποίαν αἰτίαν, καθάπερ τι θεοπρεπὲς, καὶ ἐξαίρετον ἀληθῶς ἀξίωμα, τὸ αὐτεξούσιον ἀνάπτει; αὐτῷ; καίτοι μετὸν ἅπασιν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἔχειν τε αὐτῷ [Ἰσ. αὐτῷ], καὶ ἤδη λαχοῦσιν. Εἰ δὲ δὴ σημαίνει τὸ αὐτεξούσιον ἐν τούτοις τὸ μὴ δεῖν ὑποκεῖσθαι τοῖς ἑτέρου νόμοις, εἶναι δὲ οὕτως ἐλευθερον, ὡς ἂν καὶ αὐτὴ τυχὸν ἢ θέλα νοῖτο φύσις, τίνα δὴ τρόπον ἐν τοῖς οὕτω σεπτοῖς καὶ πρέπουσι μόνῃ τῇ ἀνωτάτῳ φύσει τε καὶ δόξῃ, τὸ ἀρτίτοκον βρέφος εἶναι φῆς; καίτοι παντὸς τοῦ κεκλημένκου πρὸς ὑπαρξῖν, κατεξευγμένου Θεῷ, καὶ τὸν τῆς δουλείας ὑποτρέχοντος ζυγόν. Ἄλλ' οἴση τάχα που πρὸς ἅπαντά σοι ταυτὶ τὸν εἰκαῖον ἐκεῖνον ἀρκέσαι λόγον, τὸν ἐπεὶ γε [Ἰσ. ἐπὶ γε] τῷ δεῖν ἀλλήλαις τὰς φύσεις συνάπτεσθαι, καὶ οὐτε που καθ' ὑπόστασιν, ἀλλ' ὡς ἐν τιμῇ μᾶλλον ἀπαρallάκτω, καὶ ἐν ἰσότητι τῆς ἀξίας· ταυτὶ γὰρ ἡμῖν ἀεὶ λέγει ἀμαθῶς. Ὅτι δὲ σαθραῖς, καὶ εὐδιακλάστοις ἐννοίαις ἐπερηρησμένος, τὰ τοιαῦτα λέγων, ἀλώση, δευχθήσεται καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, παρενεγκόντος ἡμῖν τοῦ καιροῦ καὶ πρὸς

γε ταυτὶ τὸν λόγον. Συνείρει δὲ τοῦτοις ἕτερ' ἄττα, **A** δι' ὧν ᾤθηθ' ἰσχυρῶς, καὶ μάλα ἐμφρόνως, ὡς ἀκχλῆ, καὶ ἀνέφικτον τὸν τῆς καθ' ἡμᾶς γεννήσεως ἀποφῆναι τρόπον. Καὶ ἀντανίστησι μὲν ἑαυτῷ τοὺς πρὸς ἡμῶν λόγους· οὐεται δὲ κατευμεγεθήσειν βῆ- δίως, καὶ οὐδὲν ὄντας ἐπιφανεῖ [Ἰσ. ἀπαφανεῖν], καίτοι πρεσβεύοντας τάληθές. Ἐφη δὲ οὕτως·

[Εἰ Θεός, φησὶν, ὁ Χριστός, ἐτέχθη δὲ ὁ Χριστός ἐκ τῆς μακαρίας Μαρίας, πῶς οὐκ ἔστιν ἡ Παρθένος Θεοτόκος; Οὐδὲν κρύπτω τῶν παρ' αὐτῶν ἀντιθέ- σεων· ὁ γὰρ τῆς ἀληθείας ἐραστὴς πάντα τὰ παρὰ τοῦ ψεύδους ἑαυτῷ προσλαβὼν ἀντιτίθησι.] Ἐἶτα τὴν λύσιν ἐπιφέρειν πειρᾶται, τοιαύταις τισὶν ἐννοίαις χρώμενος· [Πλάττεται μὲν γὰρ, φησὶν, ἐν μήτρᾳ τὸ βρέφος· ἀλλ' ἕως μὲν οὕτω μεμόρφωται, ψυχὴν οὐκ ἔχει· εἰδοποιηθὲν δὲ ἦδη ψυχοῦται παρὰ Θεοῦ. **B** Ὡςπερ οὖν ἡ γυνὴ τίττει μὲν τὸ σῶμα, ψυχοὶ δὲ Θεός, καὶ οὐκ ἂν λέγοιτο γυνὴ ψυχοτόκος, ὅτι ἐμ- ψυχον ἐγέννησεν, ἀνθρωποτόκος δὲ μᾶλλον, οὕτω, φησὶ, καὶ ἡ μακαρία Παρθένος, καὶ εἰ τέτοκεν ἄν- θρωπον, συμπαραλθόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ Λόγου (ταύτη γὰρ ἐχρήσατο τῇ φωνῇ), οὐ διὰ τοῦτο Θεοτόκος.]

ΚΕΦΑΛΑ. Δ'.

Ἄρ' οὖν, εἰπέ μοι, διαβέβληται παρὰ σοὶ τὸ πρὸς ἡμῶν εἰρημέρον; Ἄρα σοὶ δοκεῖ τοῖς οὕτως ὀρθῶς καὶ ἀκιδήλως ἔχουσιν ἀσυνέτως ἐπιτιμᾶν, καὶ οὐχὶ τοῦ μὴ δύνασθαι δοξάζειν ἃ χρῆ, τῆς σαυτοῦ δια- νοίας καθοριεῖς τὰ ἐγκλήματα; **C** Οἷς γὰρ ἂν ἀπάδοι τὸ ἀληθές, τοῦτοις ἂν γένοιτο, καὶ λίαν ἐτοιμῶς, ἐν παραδοχῇ τὸ μὴ οὕτως ἔχον, καὶ τὸ τοῖς ἀριστοτελεῖν εἰωθόσιν ἐπιτιμᾶν, εἴη ἂν οὐκ ἀζήμιον· μᾶλλον δὲ ἦδη καὶ ἀπόδειξις ἐναργῆς τοῦ προσκεκλίσθαι τῷ ψεύδει, καὶ τοῦ ἐλέσθαι τιμᾶν, ἃ καὶ μισεῖν ἄμεινον, ὡς λο- γισμοῦ τοῦ εἰκότος ἡμαρτηκότα. Ἀλλὰ τῶν οὕτως αἰσχροῦν ἐννοήσας οὐδεὶς [οὐδὲν], ἑαυτὸν μὲν ἔφη τῆς ἀληθείας γενέσθαι τὸν ἐραστήν, ἡμᾶς δὲ τεκταίνεσθαι τὸ ψεύδος αὐτῷ· καίτοι τὸ χρῆμα ἔστιν ἐξ ἀντιστρό- φου μᾶλλον ἰδεῖν, ὅτι τε ὀρθῶς ἔχει, καὶ ἔστιν ἀλη- θές· Ὅ γὰρ τοὶ τοῦ ψεύδους καὶ τῆς ἀπάτης συν- ἡγορος τοῖς τῆς ἀληθείας συνασπισταῖς ἀνάπτειν πειρᾶται τῆς ψευδομυθίας τὸν μῶμον, τάχα που καὶ εἰς λήθην ἐληλακῶς τοῦ προφήτου λέγοντος· « Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλόν, καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν· οἱ τιθέντες τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὸ φῶς εἰς σκότος. » Πλὴν ἐκ τοῦ παροισθέντος αὐτῷ πα- ραδείγματος μὴδὲ εἰδῶτα σαφῶς, ὃ λέγει, διελέγξει πειράσομαι.

Τίττεται μὲν γὰρ ἀπὸ σαρκὸς ἡ σὰρξ ὁμολογου- **D** μένως· ὁ δὲ γε τῶν ὅλων Δημιουργὸς καθ' ὅν οἶδε τρόπον τε καὶ λόγον, ποιεῖται τὴν ψύχωσιν· ἀλλ' ἡ τεκοῦσα γυνὴ, καίτοι μόνως οὕσα πηγὴ τῆς σα- ρκός, ἀνθρωπον ὅλον ἀποτεκεῖν πιστεύεται, τὸν ἐκ ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος, καίτοι πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ὑπαρξίν τῶν παρ' ἑαυτῆς συνεισενεγκοῦσα μὴδὲν· ὁ δὲ γε ἀνθρωπον εἰπὼν, συνεσήμενέ που πάντως τῷ σώματι τὴν ἐνωθεῖσαν αὐτῷ ψυχήν. Ὡς- περ οὖν ἡ γυνὴ, καίτοι τεκοῦσα τὸ σῶμα μόνον, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἀποτίττειν λέγεται· διαλυ-

et impossibilem, admodum acute demonstrare; ac sibi rationes nostras objicit, ratus, quamvis veritatem colamus, facile sua mole nos obruturum, et nullius pretii esse homines ostensurum. Sic ergo dixit:

Nestor. [Si Deus est Christus, inquit, et Christus ex beata Maria est ortus, cur Virgo non sit Dei genitrix? Nihil occulto quod ab illis objicitur: nam veritatis amator omnia quæ a falsitate dici possunt, accepta sibi objicit. Inde solutionem asserre conatur talibus sententiis usus: Formatur enim, inquit, in utero infans, sed quoad figuram acceperit, nondum habet animam: at ubi figuratus fuerit, jam anima informatur a Deo. Ut igitur mulier corpus parit, sed Deus animam tribuit, neque ideo dicitur animæ genitrix, quia peperit animatum, sed potius hominis genitrix; sic quoque beata Virgo, inquit, etsi peperit hominem simul cum illo pertransiente Dei Verbo (nam hac est voce usus), non ideo est Dei genitrix.]

CAP. IV.

Num igitur, quæso, accusandum putas quod dicitur a nobis? num tibi, quæ tam recta sunt ac proba, stulte reprehendenda videntur? ac non potius mentem tuam accusabis quod recte sentire non valeat? **18** Nam quibus displicet veritas, iis usu venit, et quidem facillime, ut id quod secus habet amplectantur: et recte loquentes reprehendere haud damno vacat, imo vero argumentum est evidens animi ad falsitatem propensi, et ea amplectentis quæ execrari præstat ut a recta ratione dissidentia. Sed quam sint hæc turpia nihil cogitans, se esse dixit veritatis amatorem, nos contra struere mendacium: cum id econtrario et rationabilius esse et verius perspicuum sit: nam falsitatis errorisque patronus, veritatis propugnatores falsitatis macula conatur aspergere, oblitus fortasse prophetæ dicentis: « Væ qui dicunt bonum malum et malum bonum, qui ponunt tenebras lucem et lucem tenebras ¹⁹! » Verum ex allato a se exemplo nescire illum aperte quid dicat, coarguere conabor.

Πλὴν ἐκ τοῦ παροισθέντος αὐτῷ πα- **D** ραδείγματος μὴδὲ εἰδῶτα σαφῶς, ὃ λέγει, διελέγξει πειράσομαι. Gignitur enim a carne caro procul dubio, et ille rerum omnium Opifex modo et ratione quam ipse novit, ut animata sit efficit: sed tamen mulier quæ peperit, etsi carnis tantummodo sit origo, totum hominem tamen enixa creditur, ex anima inquam et corpore, quamvis ad existentiam animæ nihil a se ipsa contulerit: sed tamen qui hominem dixit, animam quoque corpori unitam simul significavit. Ut ergo mulier quamvis solum corpus enixa, ea corpore et anima constantem peperisse dicitur, neque tamen id animæ rationibus quidquam officit,

¹⁸ Isa. v, 20.

quasi carnem suæ existentiae habuerit initium, ita etiam se res habet in beata Virgine : nam etiamsi sanctæ illius carnis est mater, attamen unitum sibi revera illud ex Deo Deum Verbum peperit : neque si quis illam Dei genitricem dixerit, continuo prorsus Dei Verbo novitatem impinget, aut suæ existentiae initium a carne duxisse definiet, sed potius dispensationis modum intelliget, atque etiam rei tantæ admiratione defixus dicit : « Domine, audiavi auditum tuum, et timui ; Domine, consideravi opera tua, et expavi ⁶¹. » Sed iste sapiens in primis et acutus expositor, qui vim exempli percipisset, [Sic, inquit, etiam beata Virgo, etsi peperit hominem simul pertranseunte cum illo Dei Verbo, non ideo est Dei genitrix : **19** non enim Verbi dignitas a beata Virgine cœpit, sed erat natura Deus.] Quid autem sit Verbum simul cum carne pertransire, ipse fortasse norit, ac solus. Sed satis mirari nequeo tam subtilem illius diligentiam. Nam Verbum ipsum Dei unitum esse carni secundum hypostasim, sermo veritatis prædicat : hic vero simul pertransisse (quidnam eo verbo velit nescio) sæpe inculcans affirmat. Deinde cum de natura nobis et unitate secundum hypostasim omnis sit ratio proposita, et pervestigare student non quidnam sit secundum dignitatem illud ex Deo Verbum, sed utrum ex dispensatione factum sit homo, et carnem ex muliere propriam fecerit, quæstionem in alia absurde transfert, atque non ex beata Virgine dignitatem esse Verbo partam, sed fuisse natura Deum. At quomodo non perspicuum sit diversa prorsus esse dignitatem et naturam ? Sed in his rebus subtilitatem dicendi non magni pendimus. Quod autem sequitur, perspicere necessarium esse censen : nam iis quæ a nobis dicuntur, aliud quoddam objicit argumentum, ut ipse certe putat, inevitabile sane et satis validum, ut possit et quidem audacter ipsam Emmanuelis ex muliere generationem ludum nobis et inanem fabulam reddere. Itaque sic rursus ait :

Nestor. [De beato Joanne Baptista prædicatur a sanctis angelis, implendum esse infantem Spiritu sancto adhuc ex utero matris suæ ; et hic beatus Joannes Baptista Spiritum sanctum habens editus est ⁶². Quid igitur ? appellabisne ipsam Elisabeth Spiritus genitricem ? Iluc animum refer : ac si qui in vobis fuerint qui ad ea quæ dicuntur, tanquam ad inaudita et insolita moveantur, veniam date illorum imperitiæ.]

CAP. V.

Quisnam his verbis auditis non continuo in illam prophetæ vocem erumpat : « Stultus enim stulta loquetur, et cor ejus vana cogitabit, ut perficiat iniqua, et loquatur adversus Dominum seductionem ⁶³ ? » Seductio enim perspicue est et aliud

⁶¹ Habac. III, 1. ⁶² Luc. I, 13. ⁶³ Isa. XXXII, 6.

A μανεύεται δὲ τοῦτο τοῖς τῆς ψυχῆς λόγοις οὐδέν, ὡς σάρκα τὴν ἀπὸ τῆς ἰδίας ὑπάρξεως λαμβανούσης ἀρχὴν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς μακαρίας Παρθένου · εἰ γὰρ καὶ μήτηρ ἐστὶ τῆς ἁγίας σαρκός, ἀλλ' οὐκ ἐτέτοκεν ἐνωθέντα αὐτῇ κατὰ ἀλήθειαν τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον · κἂν εἰ τις λέγῃ Θεοτόκον αὐτὴν, οὐχὶ δὴ πᾶντως καθοριεῖ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ νεώτερον, οὔτε μὴν τῆς ἰδίας ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν πεποισθῆναι τὴν σάρκα · συνήσει δὲ μᾶλλον τῆς οἰκονομίας τὸν τρόπον · καὶ δὴ καὶ θαυμάσας τὸ χρῆμα, ἐρεῖ · « Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην · Κύριε, κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. » Ἄλλ' ὁ πάνσοφος ἡμῖν καὶ ἀγγίνους ἐξηγητῆς τὴν τοῦ παραδείγματος δύναμιν νενοχῶς · [Οὕτω, φησὶ, καὶ ἡ ἁγία Παρθένος, καὶ εἰ τέτοκεν ἄνθρωπον, συμπαρασλόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο Θεοτόκος · οὐ γὰρ παρὰ τῆς μακαρίας Παρθένου τὸ ἀξίωμα Λόγου, ἀλλ' ἦν φύσει Θεός.] Τὸ μὲν οὖν συμπαραλθεῖν τῇ σαρκὶ τὴν Λόγον, ὃ τί ποτὲ ἐστίν, αὐτὸς ἂν εἰδείη, καὶ μόνος · ἀγαμαὶ δὲ σφόδρα τῆς οὕτω λεπτῆς ἀκριβείας αὐτῷ [Ἰσ. αὐτόν]. Ἠνώσθαι μὲν γὰρ τῇ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ὃ τῆς ἀληθείας πρεσβύει λόγος · τὸ δὲ [Ἰσ. ὃ δὲ] συμπαραλθεῖν, οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγων, διαβεβαιούται συγχῶς. Εἶτα περὶ φύσεως ἡμῖν, καὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἐνώσεως τοῦ παντὸς προκειμένου λόγου, καὶ διερευνᾶν σπουδάζοντος, οὐχ ὃ τί ποτὲ ἐστὶ καὶ τὴν ἀξίαν ὃ ἐκ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' εἰ γέγονεν οἰκονομικῶς ἄνθρωπος, ἰδίαν ποιησάμενος σάρκα τὴν ἐκ γυναικός, εἰς ἕτερα μεθιστάς ἀλλοκότως τὸ ζητούμενον, οὐ παρὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, φησὶ, τὸ ἀξίωμα τῷ Λόγῳ, ἀλλ' ἦν φύσει Θεός · καίτοι πῶς οὐχ ἕτερόν τι καὶ ἕτερον ἐναργῶς ἀξίωμά τε καὶ φύσις ; Ἄλλ' οὐ πολλὸς ἀγαν τοῖς ἐν τε τοῦτοις [Ἰσ. τῆς ἐν γε τοῦτοις] ἡμῖν ἰσχυρομυθίας ὁ λόγος. Τὸ δ' οὖν ἐφεξῆς ἀναγκαῖον ἰδεῖν. Ἐπιτετιχίξει γὰρ τι καὶ ἕτερον τοῖς πρὸ [Ἰσ. πρὸς] ἡμῶν λεγομένοις, ὡς γοῦν οἰεσθῆναι σου, καὶ δυσδιάφικτον κομιδῆ, καὶ ἀποχρώντως ἔχον εἰς γε τὸ δύνασθαι, καὶ μάλα νεανικῶς, ἄθλον εἰκαῖον ἡμῖν τὴν ἐκ γυναικὸς ἀποφθῆναι γέννησιν τοῦ Ἐμμανουήλ. Φησὶ δὲ οὕτω πάλιν ·

καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον; « Οὐδαὶς λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβούλ. » Ὡς ἂν νοῦτο τυχόν, ἢ λέγοιτο πρὸς ἡμῶν Θεὸς ὁ Μωσῆς, οὕτω καὶ ὁ Χριστός; καθ' ὁμοιότητα δὲ τὴν πρὸς γε τὸν Ἰσραὴλ εἶη ἂν καὶ υἱός; εἰπέ μοι. Ὡς τῆς δυσσεβείας ὧ λόγων ἠφειδῆχότων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καταπαίρεσθαι ὁδῆς ὧ δυσμαθίας ἀκράτου, καὶ πάντα νικώσης ἔκνον, τὸν ἐπὶ τὸ χρῆναι φημι τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων ἀνοσίως καταθρασύνεσθαι! Ὡς ἀλλέτω καὶ νῦν ὁ μακάριος Δαβὶδ· « Οἱ ἐχθροὶ Κυρίου ἐψεύσαντο αὐτῷ. » Μωσῆς μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος, ἄνθρωπος ἦν καθ' ἡμᾶς; τὴν φύσιν, καὶ ἕτερον οὐδέν. Ἐπειδὴ δὲ Θεοῦ λέγοντος· « Δεῦρο, ἀποστείλω σε πρὸς Φαραῶ βασιλεῖα Αἰγύπτου, καὶ ἐξάξεις τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, » παρατήσεως ἀφορμὰς ἀποιεῖτο τὴν ἰχθυοθυλίαν, καὶ τὸ μὴ εὐλαὸς εἶναι, πρὸ τῆς χθῆς, καὶ πρὸ τῆς τρίτης, ἤκουσε Θεοῦ λέγοντος· « Ἰδοὺ δίδωμά σε θεὸν Φαραῶ· καὶ Ἁαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσται σοι ὑπερῆτης. » Ἀδρανὴς μὲν γὰρ ὁ νόμος εἰς τὸ ἀπαλλάττειν δύνασθαι τινα τῆς ὑπὸ τῷ διαβόλῳ δουλείας. Μασαίτιοντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦτο κατῶρθωται. Καθάπερ ἀμέλει συνόντο; τὸ τριηκᾶδε τοῦ Ἁαρὼν τῷ θεσπεσίῳ Μωσῆ, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ὁ Ἰσραὴλ ἀπῆλλάττετο ἔπειδὴ δὲ κατὰ καιροὺς ἔμελλεν ὁ Χριστὸς γενέσθαι καὶ ὑπὸ νόμον, ὡς καθ' ἡμᾶς τε καὶ ἄνθρωπος, τέθειται πως ἐν δευτέροις τοῦ Μωσέως ὁ Ἁαρὼν· καὶ ὁ μὲν τοῦ μυστηρίου λόγος, οὕτως. Πλὴν εἰ ἔλοιτό τις κάκεινο εἰπεῖν, ὡς τῆ τοῦ Θεοῦ κλήσει καὶ ὁ μέγας ἐκεῖνο; τετίμηται Μωσῆς, κατὰ τὸ κοινὸν δὴ τοῦτο, καὶ ὡς ἐν χάριτι καὶ φιλοτιμίᾳ τῆ παρὰ Θεοῦ τὸ πρὸς ἡμᾶς εἰρημένον· « Ἐγὼ εἶπα· Θεοὶ ἔστε, καὶ υἱοὶ Ἰψίστου πάντες. » Ἄρα καὶ οὕτω Θεὸς ὁ Χριστός; Καίτοι πῶς οὐ μανία τοῦτό γε, καὶ φρενὸς ἀμαθοῦς ἀπόδρασμα κενόν; Ὁ μὲν γὰρ, ὡς ἔφη, ψιλλῆ καὶ μόνη τετίμηται κλήσει, τὴν φύσιν ἀνθρώπου ὧν· ὁ δὲ ἔστι Θεὸς ἄληθῶς· Θεὸς γὰρ ἦν ὁ Λόγος ἐν ἀνθρωπιᾷ μορφῇ, τῆς ἰδίας φύσεως τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν ἀδιαλύθητον ἔχων· οὐ γὰρ ἂν ἐν παρατροπαίς ταῖς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἢ θεῖα γένοιτο φύσις, διὰ γε τοῦ καθικέσθαι πρὸς κοινωνίαν αἵματος καὶ σαρκός· καὶ γοῦν ὡς Θεὸς ἐπιγινώσκειται καὶ ἄνθρωπος πεφηνῶς· καὶ τοῦτου σαφῆς ἀπόδειξις τὰ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα. Ἐφῆ γὰρ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· « Ὡς δὲ ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ἔνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίησε. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς, οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντα· καὶ ὅτι οὐ χρεῖαν εἶχεν, ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. » Καίτοι τὸ καθορῆν δύνασθαι καρδίαν ἀνδρός, εἰδέναι τε τὰ κεκρυμμένα, πρέποι ἂν οὐκ ἀνθρώπῳ ποθὲν τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνί· ἀλλ' οὐδ' ἂν ἑτέρῳ τῶν τῶν πεποιημένων· μόνῳ δὲ μᾶλλον ἐνελεῖν, ὃς καὶ πλάσαι λέγεται καταούσας τὰς καρ-

tu, non ab ore Domini, ut scriptum est ¹⁷? « Nemo dicit anathema Jesum, nisi in Beelzebub ¹⁸. » Ut intelligitur, verbi gratia, aut dicitur a nobis deus ipse Moses, sic etiam Christus? **¶** Itane, dic mihi, ad similitudinem Israelis est etiam filius? O summam impietatem, o verba quæ nec ipsius Salvatoris nostri gloriam deprinere verentur, o effrenatam imperitiam et tantam, ut minime reformidet adversus Ecclesiæ dogmata impie et audacter insurgere. Psallat nunc quoque beatus David : « Inimici Domini mentiti sunt ei ¹⁹. » Nam beatus Moses homo erat, ex natura similis nobis, nihil præterea. Quia vero dicente Deo : « Veni, mittam te ad Pharaonem regem Ægypti, et educes filios Israel de terra Ægypti ²⁰ : » pro recusandi occasione exiguitatem vocis obtendit, causatus quod minime esset eloquens ab heri et nudius tertius, ideo Deum dicentem audivit : « Ecce dedi te deum Pharaonis, et Aaron frater tuus erit tibi interpret ²¹. » Infirmam namque est lex ad quemptiam a diaboli servitute liberandum. Sed id quoque mediatore Christo perfectum est, quemadmodum scilicet eo tempore in Ægypto cum beato Mosi ipse Aaron fuisset adjunctus, Israel est a servitute liberatus. Sed quia successu temporum futurum erat ut Christus etiam sub lege fieret, utpote nostri similis et homo, ideo post Mosen secundo loco positus est Aaron. Atque hæc est quidem ratio mysterii. Sed tamen si quis velit illud quoque dicere, Mosen illum magnum virum hac dei appellatione fuisse honoratum, juxta commune illud, et ex gratia atque magnificentia Dei in nos dictum : « Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes ²² : » num etiam hoc modo Christus est Deus? Jam vero quomodo id non sit insania, et inane stultæ mentis excrementum? Ille enim, ut jam dixi, nuda et simplici est honestatus appellatio, cum homo ex natura esset; sed hic est vere Deus (nam Deus erat Verbum) in humana forma præstantiam suæ naturæ qua cunctis excellit, integram servans : neque enim natura divina ex eo quod descendit ad communionem carnis et sanguinis, in pejus unquam perverti potest : itaque etiam cum homo apparuit, ut Deus tamen agnoscitur, ejusque rei perspicua sunt argumenta in Evangeliiis de eo scripta. Dixit enim beatus Joannes : « Cum vero esset Hierosolymis in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa quæ faciebat ; ipse vero Jesus non credebatur seipsum illis, quia ipse sciebat omnia, et quia non opus habebat ut quis testimonium perhiberet de homine : ipse enim sciebat quid esset in homine ²³. » **¶** Atqui inspicere posse cor hominis, et occulta scire, non ulli homini qui sit nostri similis convenit, neque vero ulli alteri creaturæ, sed illi soli qui etiam fingere dicitur singillatim corda nostra ²⁴. Hoc si ita est, quoniam modo sola ac simplici appellatione honoratus est Emmanuel, ut perinde ac Moses appel-

¹⁷ Jerem. xxiii, 16. ¹⁸ I Cor. xii, 3. ¹⁹ Psal. lxxxv, 16. ²⁰ Exod. iii, 10. ²¹ Exod. vii, 4. ²² Psal. lxxxii, 6. ²³ Joan. ii, 23-25. ²⁴ Psal. xxxii, 15.

letur Deus, et non potius id vere sit quod esse dicitur? Rursum de eo scribit in hunc modum Joannes: « Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur, et non ad mensuram dat Spiritum ²⁶. » Intelligis igitur quemadmodum verba Dei loquatur, quamvis homo perinde ac nos videatur? nam soli et secundum naturam ac vere Deo tanquam eximium supra omnia creata convenit etiam verba posse perficere quod ei placuerit, et sancti Spiritus participes efficere homines fide justificatos. Porro hæc omnia inesse Christo quisque videre potest: leproso namque dixit, « Volo, mundare ²⁶; » viduæ quoque filio, « Adolescens, tibi dico, surge ²⁷. » Participes etiam sancti Spiritus discipulos suos effecit; insufflavit enim in eos dicens: « Accipite Spiritum sanctum ²⁸. » Hæc cum ita sint, quomodo ille qui tam sublimis est, qui divinis honoribus ornatus, perinde ac Moses Deus erit? Cujus enim iste cor novit? quis credidit in nomine ejus? quem per fidem in se justificavit? ubinam locutus est, ut Filius, verba Dei? quamvis perspicuum sit ipsum ad filios-Israel clamasse, Hæc dicit Dominus; et domestici hominis mensuram et gradum habuisse; fuit enim ipse tanquam famulus in domo Dei ²⁹. Jam si eo modo Filius est Emmanuel, quo et ille secundum carnem Israel, in servorum ordinem redelegisti illum ex natura liberum, quamvis propter carnem et proprietates carnis servi forma sit factus: in eadem mensura eodemque ordine collocasti cum his qui sunt per gratiam filii, eum per quem illi adoptionis gratia sunt ditati. Factus est enim Primogenitus nostrum propter humanitatem; sed etiam sic qua ratione Deus erat, permansit unigenitus. Hæc ratione, ut ait beatus Paulus, introductum a Patre Primogenitum in orbem terrarum, supernæ illæ virtutes adorare jubentur ³⁰: et latens in ipso mysterium edocet, glorificationibus nunquam cessantibus celebrant illum unum et naturam et vere Filium. Nam si iis qui se receperunt, dat potestatem ut filii Dei fiant, ut Joannes ait ³¹, et si verum est ejus spiritu nosipsum quoque filios fieri: **43** « Misit enim Deus spiritum Filii sui in corda nostra clamantem, Abba Pater ³²: » nemo recte sentiens hunc ferat dicentem, illum eodem quoque modo esse Filium, quo Israel. Qui autem fieri potest ut eodem dicatur modo Christus, quo dicitur esse etiam Cyrus ille rex Persarum, et sanctus quomodo Medi quoque ipsi ac Persæ? Jam vero dicere licebit, ne sanctificatum quidem esse Christum humanitas, quamvis in eum columba: specie sanctus Spiritus insederit ³³. Nam Cyrus quidem Cambysæ filius olium exercitum duxit in Babylonios, sed tamen in errore versabatur, et impuris dæmo-

διας ἡμῶν. Εἶτα πῶς ψιλῆ καὶ μόνη τετίμηται κλη-
σει κατὰ Μωσέα χρηματίζων Θεὸς ὁ Ἐμμανουήλ·
καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὑπάρχων τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν,
ὅπερ εἶναι καὶ λέγεται; Γράφει οὕτω πάλιν ὁ Ἰωάν-
νης περὶ αὐτοῦ· « Ὁν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς, τὰ
ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ· καὶ οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσι
τὸ Πνεῦμα. » Συνιεις [Ἰσ. συνιεις, ἦ, συνιης] οὖν
ὅπως, καίτοι καθ' ἡμᾶς ὁρώμενος ἄνθρωπος, τὰ ῥή-
ματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ; Θεῷ γὰρ μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν
καὶ ἀληθῶς, πρέπει ἂν ὡς ἐξαιρετον καὶ ὑπὲρ τῆν
κτίσιν, τὸ καὶ ῥήματι δύνασθαι κατορθοῦν τὸ κατὰ
γνώμην αὐτῷ, καὶ μετόχους ἀποτελεῖν τοῦ ἁγίου
Πνεύματος, τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους. Ἴδοι δ'
ἂν τις ἐν τούτοις ὄντα Χριστόν. Ἐφη μὲν γὰρ τῷ
λεπρῷ· « Θέλω, καθαρίσθητι. » τῷ δὲ τῆς χήρας υἱῷ·
« Νεανίσκα, σοὶ λέγω, ἐγέθρητι. » Μετόχους δὲ τοῦ
ἁγίου Πνεύματος τοὺς ἰδίους ἐνέφηνε [Ἰσ. ἀνέφηνε]
μαθητάς· ἐνεφύσησε γὰρ αὐτοῖς, λέγων· « Λάβετε
Πνεῦμα ἅγιον. » Εἶτα τίνα τρόπον ὁ εἰς τοῦτο διε-
ληλακῶς, καὶ θεοπροπέσειν εὐκλείαις κατεστημένος,
οὕτω Θεὸς ἂν εἴη, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Μωσῆς; τὴν
[Ἰσ. ὁς τὴν] τίνος ἔγνω καρδίαν; τίς πεπίστευκεν εἰς τὸ
ὄνομα αὐτοῦ; τίνα δεδικαίωκε διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς
ἐαυτόν; ποῦ λελάληκεν, ὡς Υἱὸς, τοῦ Θεοῦ τὰ ῥή-
ματα; καίτοι γε κεκραγῶς ὄρθαι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ,
Τάδε λέγει Κύριος· καὶ μέτρον ἔχων οἰκετικόν· γέ-
γονε γὰρ πιστὸς ὡς θεράπων ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ.
Εἰ δὲ δὴ καὶ οὕτως Υἱὸς ὁ Ἐμμανουήλ, καθὰ καὶ ὁ
κατὰ σάρκα γεγονὸς Ἰσραὴλ, κατεκόμισας ἐν δού-
λοις τὸν κατὰ φύσιν ἰδίαν ἐλεύθερον, κἂν εἰ γέγονε
C δούλου μορφή, διὰ τοι τὴν σάρκα καὶ τὰ αὐτῆς· ἐν
Ἰσῳ τέθεικας μέτρῳ τοῖς κατὰ χάριν υἱοῖς τὸν δι' ὄν
ἐκείνοι τὴν τῆς υιοθεσίας πεπλουτήκασιν χάριν· κε-
χρημάτικε μὲν γὰρ Πρωτότοκος ἡμῶν διὰ τὸ ἀνθρώ-
πινον· πλὴν καὶ οὕτω μεμένηκε μονογενὴς ὡς Θεὸς
ταύτητοι, καθὰ φησὶν ὁ σοφώτατος Παῦλος, εἰσε-
νεχθέντα παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐν πρωτότοκον εἰς τὴν
σικουμένην προστάττονται προσκυνεῖν αἱ ἄνω δυνά-
μεις· καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ μαθοῦσαι μυστήριον, ἀκατα-
λήκτοις δοξολογίαις γεραίρουσι τὸν ἕνα καὶ φύσει
καὶ ἀληθῶς Υἱόν. Εἰ γὰρ δίδωσιν ἐξουσίαν τοῖς λα-
βοῦσιν αὐτὸν τέχνα Θεοῦ γενέσθαι, κατὰ γε τὴν
Ἰωάννου φωνὴν, καὶ εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὡς υἱοποιεῖ
τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ καὶ ἡμᾶς αὐτούς· « Ἐξαπέστειλε
γὰρ ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρ-
D διας ἡμῶν κρίζον, Ἄββὰ ὁ Πατὴρ. » ἀνάσχοιτο ἂν
οὐδεὶς τῶν εἰ φρονεῖν εἰωθότων, τούτου λέγοντος,
οὕτως εἶναι καὶ αὐτὸν Υἱόν, ὡς τὸν Ἰσραὴλ. Πῶς δὲ
καὶ οὕτω Χριστὸς καὶ ἅγιος, ὡς ἂν εἶναι λέγοιτο
χριστὸς Κύριος τε ὁ τῶν Περσῶν βεβασιλευκῶς, καὶ
μὴν καὶ αὐτοὶ (12) Πέρσαι· τε καὶ Μῆδοι; Ὅρα γὰρ
εἰπεῖν μηδὲ ἠγέσθαι Χριστὸν ἀνθρωπίνως, καίτοι

²⁶ Joan. iii, 34. ²⁷ Matth. viii, 5. ²⁸ Luc. vii, 48. ²⁹ Joan. xx, 21. ³⁰ Hebr. iii, 4. ³¹ Hebr. i, 6.
³² I Joan. iii, 4. ³³ Galat. iv, 6. ³⁴ Matth. iii, 16, 17.

ANT. AGEILLI NOTÆ.

(12) Legendum videtur, καὶ μὴν καὶ ἅγιοι Πέρσαι. Sic namque præcedentia ac sequentia requi-
runt.

καταπτάντος ἐπ' αὐτὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν εἶδει A
περιστερᾶς. Κύρος μὲν γὰρ ὁ Καμβύσου, κατεστρά-
ταυσε τῆς Βαβυλωνίων κατὰ καιροῦς, πεπλάνητο δὲ,
καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν ἀντίθειε τὸ σέβας.
Ἐπειδὴ δὲ Θεοῦ παραθίγοντος, καὶ διανιστάντος
αὐτὸν εἰς ὄργας, ἔλεε τὴν Βαβυλωνίων, ὠνόματι
κοινῶν, καίτοι Πνεύματι τῷ ἁγίῳ μὴ κεχρισμένος,
εἴρηται χριστός. Ἄγιοι δὲ οὕτω Πέρσαι τε καὶ Μῆ-
δοι οἱ συνασπίζοντες αὐτῷ· λελατρεύασι γὰρ κάκει-
νοι τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα Θεόν, καὶ προσκε-
κυνήκασι τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν. Ἐπειδὴ δὲ
καὶ ἅπαξ κατὰ γε τὰς ἐν τῷ Μωσαϊκῷ νόμῳ φωνάς,
τὸ ἀφορισθὲν τῷ Θεῷ θῦμα, κἂν εἴ τε μόνος εἴη
τυχόν, ἢ δις, ἅγιον ὠνομάζετο, ταύτη τοι καὶ διὰ
τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς ἅγιοι κέκληνται καὶ αὐτοί,
διὰ τοῦ τὸ ἀφορισθαι τοῖς θεοῖς νεύματι πρὸς ἄλωνα· B
τὴν Βαβυλωνίων· εἶπερ οὖν ἐστὶν οὕτω Χριστός ὁ
Ἐμμανουήλ, καθὰ καὶ ὁ Κύρος, καὶ οὕτω· ἅγιος,
καθὰ καὶ Μῆδοι καὶ Πέρσαι· φαίη τις ἂν εἰκότως
ὡς ἀπὸ γε τῆς τῶν ἐννοιῶν ἀτοπίας, μήτε κεχρίσθαι
τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, μήτε μὴν ἅγιον ὑπάρχων αὐτόν-
ψευδοεπήσει δι' οὖν ὁ θεὸς ἡμῶν Δαβὶδ πρὸς αὐτό
[Ἰσ. αὐτόν] που λέγων· « Ἠγάπησας δικαιοσύνην,
καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός,
ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, παρὰ τοὺς μετόχους
σου. » Καταφλυαρήσας δὲ οὕτω τῆς τοῦ Σωτῆρος
ἡμῶν ὑπεροχῆς τε καὶ δόξης, ἀποκρούεσθαι δοκεῖ τὰ
ἐκ τῶν δυσφημιῶν ἐγκλήματα, μειρακιώδεις τι καὶ
ἀσύνητον λέγων· Ἡ μὲν γὰρ κοινωμία, φησί, τῶν
ὀνομάτων ὁμοία, οὐχ ἡ αὐτὴ δὲ ἀξία. Πῶς; εἰπέ μοι
νοεῖν γὰρ οὐκ ἔχω. Εἰ γὰρ ἐστὶν οὕτω Θεός ὡς ἂν εἴη C
καὶ ὁ Μωσῆς, καὶ οὕτως Υἱός, ὡς Ἰσραὴλ, οὕτω τε
Χριστός ὡς Κύρος, καὶ μὴν καὶ οὕτως ἅγιος ὡς Μῆ-
δοι· πῶς ἂν διαφύγη τὸ καὶ ἐν ἰσότητι κείσθαι δεῖν
τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀξίας; Ἀλώση δὴ οὖν καὶ εἰς αὐτὴν
δεδυσσεθηκώς τὴν τοῦ Λόγου φύσιν, ἔφησ γὰρ πάλιν·
[εἶπε τὸν ἀναλαβόντα, ὅτι Θεός· πρόσθε δὲ τὸν
ἀναληφθέντα, ὅτι δούλου μορφῇ· ἐπάγαγε μεταταῦτα
τὸ τῆς συναφείας ἀξίωμα, ὅτι τῶν δύο ἡ αὐθεντία
κοινή· ὅτι τῶν δύο, ταῦτὸν τὸ ἀξίωμα· τῶν φύσεων
μενουσῶν, ὁμολογεῖ τὴν τῆς ἀξίας ἐνότητα.]

ΚΕΦΑΛ. Ε΄.

Διατέμνει μὲν οὖν εἰς δύο δὴ πάλιν· ἀσυνέτως δὲ
σφόδρα τὴν τῆς ἐνώσεως δύναμιν τῇ ἀξίᾳ χαρίζεται·
τάχα που μὴ συνιεις, ὃ τί ποτὲ ἐστὶν ἡ ἔνωσις, καὶ τί D
τῆς ἀξίας τὸ χρῆμα· πλὴν ἐκεῖνο φαμεν· Μίαν ἔφη
τῶν δύο φύσεων τὴν αὐθεντίαν, καὶ ἐν τὸ ἀξίωμα.
Ἵτε τοίνυν ὁ ἐν ἰσότητι δόξης τῆς πρὸς Θεὸν Λόγον
οὐχ ὑπερκείσεται τὸν Μωσέα, κατὰ γε τὸ εἶναι Θεός,
δῆλον ἂν εἴη δῆπουθεν, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Λό-
γος ἰσοστατήσειεν ἂν τῇ τοῦ Μωσέως τάχα που φύ-
σει καὶ δόξῃ· εἰ γὰρ ἐστὶν ἰσοκός καὶ ἀπαρράλλάκτως
ἔχον ἅν ὁτιοῦν τῷ πρώτῳ καὶ τρίτῳ τὸ διὰ μέσου
εἴη ἂν οὐχ ἕτεροσ ἀποτοῖς ὁ τῆς φύσεως λόγος. Ἄλλ' ἰ-
σως ἔρει τῆς ἀξίας τὸν τρόπον οὐκ εἶναι καὶ φύ-
σιν· οὐκοῦν ἀνθ' ἑτοῦ τὰ τῆς πρὸς ἄλλα κοινω-

²⁸ Rom. 1, 25. ²⁹ Psal. XLIV, 8.

uiis venerationem exhibebat. Ubi vero Deo illum
exacunte, et ad iras excitante Babyloniorum ter-
ram cepit, communi vocabulo, quamvis minime
unctus Spiritu sancto; dictus est christus. Ita Persæ
quoque ac Medi satellites ejus sancti dicuntur. Nam
quamvis illi quoque servierint creaturæ potius quam
creatori Deo ²⁸, et adoraverint opera manuum
suarum, tamen quia semel juxta voces quæ sunt in
lege Mosi, segregatum Deo sacrificium, sive ille vi-
tulus esset fortasse, sive ovis, sanctum appellabatur,
ea ratione etiam prophetica voce ipsi quoque sancti
essent ad Babyloniam capiendam. Ergo si eadem
ratione ipse Emmanuel est Christus, quia Cyrus, et
eo modo sanctus quo Medi ac Persæ; consequenter
dicet aliquis, quantum ex sententiarum absurditate
concluditur, neque unctum fuisse illum sancto Spi-
ritu, neque sanctum esse: itaque mentietur beatus
David, ad ipsum procul dubio verba faciens: « Dil-
lexisti justitiam, et odisti iniquitatem: propterea
unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ consorti-
bus tuis ²⁹. » Jam vero adeo nugaciter adversus Sal-
vatoris nostri majestatem et gloriam oblocutus,
blasphemiarum suarum crimina repellere sibi vide-
tur, puerile quiddam et stultum inferens: Com-
munio, inquit, nominum similis est, non eadem vero
dignitæ. Qui tandem? dic, quæso, nam intelligere
nequeo. Nam si ita est Deus ut Moses etiam, et ita
Filius, ut Israel, et ita Christus ut Cyrus, quin etiam
ita sanctus ut Medi, quomodo poterit evitare quo-
minus eadem cum illis censatur æqualitate digni-
tatis? Deprehenderis igitur jam etiam in ipsam Ver-
bi naturam impius fuisse, sic namque dixisti rus-
sum:

[Nestor. Die de assumente, quod Deus sit: adjecto
44 de assumpto, quod servi forma: infer postea
conjunctionis dignitatem, quod communis sit duo-
rum auctoritas, quod eadem sit duorum dignitas:
manentibus naturis consistere dignitatis unitatem.]

CAP. V.

Dividit ergo rursus in duo, et imperite admodum
vim unitatis dignitati largitur, fortasse ne intelli-
gens quidem quid tandem sit unitas, quid res ipsa
dignitatis. Illud tamen dicemus: Unam esse dixit
duarum naturarum auctoritatem, et unam dignita-
tem. Ubi igitur is qui parem habet Deo Verbo glo-
riam, in eo certe quod Deus est, nihilo est Mose
superior, procul dubio liquet ipsi quoque Dei Ver-
bum pari momento et naturæ et gloriæ cum Mose
exæquandum. Ubicumque enim quodlibet medium
primo ac tertio persimile est, nullaque in re diver-
sum, omnino sequitur ut nulla sit inter illa natura
diversa ratio. Sed dicet fortasse, dignitatis modum
non idem esse ac naturam: cur igitur ea quæ a

mutua communione, atque etiam æqualitate tam magno essentialis discrimine disjuncta sunt, in unam, ut ipse dicis, auctoritatem colligenda, et pari honore censes ornanda? Ubi namque prorsus minor est natura, cui altera superponitur, qui fieri potest ut illi contingat et paritas honoris, et æqualitas dignitatis, et idem minimeque diversus gloriæ modus? Quod autem conjunctionem appellans, eam scilicet quæ ex vicinia sola vel secundum appositionem, vel secundum habitudinem intelligitur, ipse suis rationibus adversatur, et quæ destruxit ædificat, et quæ demolitus est erigit, planum fiet ex hoc rursus: sic namque dixit:

[NESTOR. Ideo volo vos caute firmiterque tenere. Divisio nulla est conjunctionis dignitatis, filiationis: hoc ipsum quod Christus est, nullam patitur divisionem: sed deitatis et humanitatis est divisio. Christus, quia Christus, individuus est: neque enim duos christos habemus, neque duos filios: non enim est apud nos primus et secundus, neque alius et alius: neque rursus alius Filius, et alius rursus; sed ipse ille unus est duplex: non dignitate, sed natura.]

CAP. VI.

Explica mihi rursus quidnam esse individuum conjunctionem dicis? Unitatemne, secundum hypostasim nimirum, quam ipsi prædicamus cum pro dogmatum veritate certamus, an vero hanc quæ secundum appositionem, et alicujus ad aliquid vicinitatem intelligitur? Nam sic etiam 45 sacre Litteræ hanc dictionem accipiunt: itaque dixit Deus ad beatum Moysen, de veteri illo tabernaculo loquens: « Et facies fibulas quinquaginta aureas, et conjunges cortinas alteram alteri ²⁶. » Cum enim quinque essent, et unaquæque seorsim diversa esset ab aliis, conjungebatur fibulis. At vero nos hanc ista modo factam in Christo unionem dicimus: non enim ut quispiam, verbi gratia, conjungitur alteri vel per unanimitatis modum, vel per corporis viciniam, sic ille quoque conjunctus est; sed, ut sæpius jam dixi, suum effecit corpus ex sancta Virgine sumptum, et illud ex Deo Verbum carni non inanimatæ vere unitum dicimus. Igitur si conjunctionis, ut ipse vocat, vis eam unitatem significat quam ipsi intelligimus, illam, inquam, secundum hypostasim, recte sanè dixit, nullam esse Christi, quia Christus est, divisionem: neque enim est alter, neque filius et filius, alius atque alius, prior et secundus, sed unus nimirum, et ante carnem et post carnem: sic namque erit, ut tu dicis, secundum dignitatem atque etiam secundum potentiam individuus, imo vero idem. Id si ita est, quomodo illum unum et individuum duplicem esse ais, et non dignitate, sed natura? Non enim quia Dei Patris Verbum assumpta carne prodiit homo similis nobis, ideo duplex est appellandus: unus est enim et non sine carne, qui secundum propriam naturam extra

Α νίας, καὶ μὴν καὶ ἰσότητος οὐσιωδῶς τοσοῦτον ἀφ-
εστηκότα συλλίγειν εἰς μίαν, καθὰ φῆς αὐτός, αὐ-
θεντίαν, καὶ τιμαῖς ταῖς ἰσῆς στεφανοῦν ἀξίους;
Ὅπου γὰρ ὅλως μειονεκτεῖται φύσις, ἑτέρας ὑπερ-
κειμένης, πῶς ἂν αὐτῇ προσάγειτο καὶ γερῶν ἰσό-
της, καὶ ἰσομοιροῦν ἀξίωμα, καὶ ὁ τῆς εὐκλείας οὐχ
ἕτερος τρόπος; Ὅτι δὲ συνάφειαν ὀνομάζω, τάχα
που τὴν κατ' ἐγγύτητα μόνην καὶ [Ἰσ. ἦ] κατὰ
παράθεσιν, ἦγουν σχετικὴν νοουμένην, αὐτὸς τοῖς
ἰδίοις ἀντανίσταται λόγοις, ἃ κατέλυσεν οἰκοδομῶν,
καὶ ἀνιστάς τὸ καθηρημένον, σαφές ἂν γένοιτο καὶ
διὰ τοῦδε διὰ πάλιν· Ἐφη γὰρ οὕτως·

[Διὰ τοῦτο βούλομαι ὑμᾶς μετὰ ἀσφαλείας κρα-
τεῖν· διαίρεσις οὐκ ἔστι τῆς συναφείας τοῦ ἀξιώμα-
τος, τῆς υἰότητος· αὐτοῦ τοῦ εἶναι Χριστὸς οὐκ ἔστι
διαίρεσις· τῆς δὲ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ἔστι
διαίρεσις· ὁ Χριστὸς, κατὰ τὸ Χριστὸς, ἀδιαίρετος·
οὐ γὰρ ἔχομεν δύο χριστούς, οὐδὲ δύο υἱούς· οὐ γὰρ
ἔστι παρ' ἡμῖν πρῶτος καὶ δευτέρος, οὐδὲ ἄλλος καὶ
ἄλλος· οὐδὲ πάλιν ἄλλος Υἱὸς, καὶ ἄλλος πάλιν· ἀλλ'
αὐτὸς ὁ εἷς ἔστι διπλοῦς· οὐ τῆ ἀξία, ἀλλὰ τῆ φύσει.]

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Φράζε δὴ μοι πάλιν, τί δὴ ἄρα τὴν ἀδιαίρετον συν-
άφειαν εἶναι φῆς; Ἄρα τὴν ἔνωσιν, δῆλον δὲ εἶναι τὴν
καθ' ὑπόστασιν, ἣν ἡμεῖς προσθεύομεν, τοῖς τῆς
ἀληθείας συναθλοῦντες δόγμασιν· ἡ αὐτην τὴν κατὰ
παράθεσιν, καὶ τὴν πρὸς τόδε τι τοῦ δεῖνος ἐγγύτητα
νοουμένην; Δέχεται γὰρ οὕτω τὴν λέξιν ἡ θεόκνευ-
στος Γραφή· καὶ γούν ἔφη πρὸς Μωσέα τὸν ἱερώτα-
τον, περὶ τῆς ἀρχιεῖς ἐκείνης σκηπῆς συντιθεὶς τοῦς
λόγους· « Καὶ ποιήσεις κρίκους πενήτηντα χρυσοῦς,
καὶ συνάψεις τὰς ἀλλήλας ἑτέραν τῆ ἑτέρᾳ τοῖς κρί-
κοις. » Πέντε γὰρ οὖσαι, καὶ ἰδιωκῶς ἐκάστη πρὸς τὴν
ἑτέρα τίς εἶναι παρὰ τὰς ἄλλας ἔχουσα, συνῆπτο τοῖς
κρίκοις. Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω φαμέν πεπερχῆθαι ἐπὶ
Χριστοῦ τὴν ἔνωσιν· οὐδὲ γὰρ ὅσπερ ὁ δεῖνα τυγῆν
τῷ δεῖνι συνάπτοιτο ἂν, ἢ κατὰ τὸν τῆς ἐμοφυχίας
τρόπον, ἦγουν κατὰ τὸ ἐγγύς ἐν σώματι, οὕτω καὶ
αὐτός· ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἤδη πλειστάκις ἔφη, ἴδιον
ἐποιήσατο σῶμα τὸ ληφθὲν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου·
καὶ ἀληθῶς ἠνωσθαί φαμεν, οὐκ ἀψύχῃ σαρκὶ τὸν ἐκ
θεοῦ Λόγον. Οὐκοῦν τῆς παρ' αὐτοῦ λεγομένης συν-
άφειας ἡ δύναμις, εἰ τὴν καθ' ἡμᾶς νοουμένην ἐνόητα
δηλοῖ, φημι δὴ τὴν καθ' ὑπόστασιν, ἔφη ἂν εἰκότως,
μηδὲ μίαν εἶναι· Χριστοῦ τὴν διαίρεσιν, κατὰ τὸ εἶναι
Χριστὸν· οὐ γὰρ ἔστιν ἕτερος καὶ ἕτερος· οὕτε μὴν
υἱὸς καὶ υἱὸς, ἄλλος καὶ ἄλλος, πρῶτος καὶ δευτέρος,
ἀλλ' εἷς θελονότι καὶ πρὸ σαρκὸς καὶ μετὰ σάρκα·
ἔσται γὰρ οὕτω κατὰ γε τὴν ἀξίαν, ὡς σὺ φῆς, καὶ
μέντοι καὶ τὴν δυναστείαν ἀδιαίρετος, μᾶλλον δὲ ὁ
αὐτός. Ἐἴτα πῶς τὸν ἕνα καὶ ἀδιαίρετον διπλοῦν εἶναι
φῆς, καὶ οὐχὶ τῇ ἀξίᾳ μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ φύσει; Οὐ
γὰρ ἐπαίτοι σάρκα λαβὼν ὁ ἐκ θεοῦ Πατὴρ Λόγος,
προῆλθεν ἀνθρώπος καθ' ἡμᾶς, ταύτης ἕνεκα τῆς
αἰτίας, ὀνομάζετο ἂν καὶ διπλοῦς· εἷς γὰρ ἔστι καὶ

²⁶ Exod. xxvi, 1, 2.

οὐ δίχα σαρκὸς ὁ κατὰ φύσιν ἰδίαν ἔξω σαρκὸς καὶ αἵματος. Ὡσπερ γὰρ εἶπες τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπῶν ὀποικτενῶν, οὐχ ὡς δύο που μᾶλλον ἡδικοικῶς ἀνθρώπους, κατηγοροῦσι· ἀν εἰκότως, ἀλλ' ἓνα καὶ μόνον, καὶ ἐννοοῖτο τυχόν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ τῶν ἀλλήλοις συμβεβηκότων ἢ φύσις· ἀν εἴη οὐχ ἡ αὐτὴ μᾶλλον, ἀλλὰ διάφορος· οὕτω πάλιν ἐπὶ Χριστοῦ νοητέον· οὐ γὰρ τοι διπλοῦς ἐστίν· ἀλλ' εἰς τε καὶ μόνος Κύριος καὶ Ἰῆς, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐ δίχα σαρκὸς· ἀνθρωπότητος μὲν γὰρ καὶ θεότητος δοῖν ἂν καὶ αὐτὸς ἐγὼ πλείστην εἶναι τὴν διαφορὰν, ἥτοι διάστασιν· ἕτερα γὰρ κατὰ γὰρ τὸν τοῦ πῶς εἶναι λόγον, καὶ οὐδὲν ἀλλήλοις ἑοικῶτα φαίνεται τὰ ὀνομασμένα. Παρετηνεγμένον γε μὴν εἰς μέσον ἡμῶν μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστὸν, ὁ τῆς ἐνώσεως λόγος οὐκ ἀνοεῖ μὲν τὴν διαφορὰν, ἐξίστησι δὲ τὴν διαίρεσιν· οὐ συγχέων [τὰς φύσεις] ἢ ἀνακρινῶν τὰς φύσεις· ἀλλ' ὅτι σαρκὸς καὶ αἵματος μετεσχηκῶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, εἰς δὴ πάλιν καὶ οὕτως ὁ Ἰῆς [Ἰσ. οὗτος Ἰῆς] νοεῖται καὶ ὀνομάζεται. Οὐδὲ [Ἰσ. σὺ δὲ | μὴ χρῆναι λέγων χριστοῦς ὀνομάζεσθαι δύο, μήτε μὴν υἱοῦς ὀμολογεῖν εἶναι δύο, καὶ τῆς εἰς τοῦτο δογματικῆς ὀρθότητος [ἀπλότητος] ὑποκλέπτων τὴν ὀκνησιν, δύο δὴ λέγων ἀλίσκη χριστοῦς, καὶ εἰς ἰδικὴν ἑτερότητα διείστας ἀνθρωπῶν καὶ Θεῶν· καὶ τὸν μὲν, ἐνεργούμενον· τὸν δὲ, καὶ ἐνηργηκῶτα καταδείξει πειρᾶσαι. Ἔχει δὲ οὕτω τὰ παρὰ σοῦ·

[Ἦγουν τοῦ Μονογενοῦς εὐδοξία ποτὲ μὲν τῷ Πατρὶ περιῆπται· «Ἔστι γὰρ, φησὶν, ὁ Πατὴρ μου ὁ δοξάζων με·» ποτὲ δὲ, τῷ Πνεύματι· «Τὸ γὰρ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, φησὶν, ἐμὲ δοξάσει·» ποτὲ δὲ τῷ Χριστοῦ δυναστείᾳ· «Ἐξεληθόντες γὰρ, φησὶ, διεκτῆρυσσον τὸν λόγον πανταχοῦ, τοῦ Κυρίου συνεργούοντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιούντος, διὰ τῶν ἐπακολουθησάντων σημείων.»]

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Εἰ μὲν ὡς δόξης ἐπίδειξαι τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον, καθὼ ἐστὶ καὶ νοεῖται Λόγος, καὶ οὕτω σεσαρκωμένος, δεδοξάζεσθαι φησὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἀγίου Πνεύματος, ὅτι καὶ παραπταίει καὶ διημάρτηκε τ' ἀληθοῦς, παρήσω λέγειν εἰς τὸ παρόν· ἀγει γὰρ ἡμᾶς ἐφ' ἕτερον ὁ καιρός. Ἐπιλεῖσθαι δὲ μοι δοκεῖ τῶν ἀρετικῶν αὐτῶν θεωρημένων τε καὶ εἰρημένων. Ἐφη γὰρ, Οὐχ ἕτερος καὶ ἕτερος ὁ Χριστὸς, οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος Ἰῆς· οὐδὲ γὰρ ἔχομεν χριστοῦς δύο, καὶ υἱοῦς δύο. Ἀλλ', ὡ συνετώτατε, φαίην ἂν, εἰ τῇ Χριστοῦ δυναστείᾳ περιῆφθαι διαβεβαίωσιν τὴν τοῦ Μονογενοῦς εὐδοξίαν, πῶς οὐχ ἕτερος καὶ ἕτερος εἶεν ἂν, ἢ πῶς οὐ δύο πάντη τε καὶ πάντως, εἴπερ ἐστὶν οὐχ ὁ αὐτὸς ὁ διδούς καὶ δεχόμενος, ἤγουν περιάπτων ὡς ἑτέρω παρ' ἑαυτὸν τὰ φύσει προζόντα αὐτῷ. Ἐνηργηκε γοῦν ἐνεργούμενος, ὡς ἕτερός τις ὑπάρχων Χριστὸς παρὰ τὴν Μονογενῆ· εἰ γὰρ περιῆπται μὲν αὐτῷ, καθὰ φησὶ, ἢ τοῦ Μονογενοῦς εὐδοξία, τῇ δὲ παρ' αὐτοῦ δυναστείᾳ χρώμενοι, διεκτῆρυσσον καὶ ἐργάζοντο τὰς θεοσημείας οἱ θεσπέσιοι μαθηταί,

ca nem et sanguinem. Ut enim qui nostri similem hominem occidisset, non utique tanquam duos violasset homines jure accusaretur, sed unum solum, quamvis fortasse ex anima et corpore consideretur, et iis quæ alterutri accidunt, natura sit non eadem, sed diversa; ita vicissim in Christo est intelligendum: non enim est duplex, sed unus et solus Dominus ac Filius illud ex Deo Patre Verbum, non sine carne; nam Inter humanitatem et divinitatem maximam esse differentiam sive distantiam ego quoque fateor: diversa sunt enim quæ his nominibus indicantur, quod ad rationem essentiae pertinet, et nihil inter se similia videntur. At ubi nobis profertur in medium Christi mysterium, illius unionis ratio non ignorat quidem differentiam, sed divisionem excludit; non quod confundat aut misceat naturas, sed quod carnis et sanguinis particeps factum ipsum Dei Verbum, unus **46** rursus etiam hoc modo Filius intelligitur et appellatur. Tu vero cum duos christos appellari duos, et opinionem recti dogmatis similes, duos tamen christos dicere convinceris, et in propriam diversitatem hominem Deumque distinguere, et illum quidem ad operandum cieri, hunc etiam ad opus cieri, conaris ostendere. Tua namque illa sic habent:

[Nestor. Illa certe Unigeniti glorificatio nonnunquam Patri ascribitur: «Est, inquit, Pater meus qui glorificat me»²⁷; nonnunquam Spiritui: «Spiritus, inquit, veritatis me glorificabit»²⁸; aliquando autem Christi potentiae: «Exeuntes enim, inquit, prædicabant verbum ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis»²⁹.]

CAP. VII.

Si tanquam ex pers gloriæ unigenitum Dei Verbum, quæ est et intelligitur Verbum, et nondum incarnatum, dicit esse glorificatum a Patre, sanctoque Spiritu; labi illum et a veritate aberrare, ad præsens mitto dicere, ad aliud namque nos præsens ducit occasio. Sed mihi videtur oblitus eorum quæ nuper ab ipso considerata dictaque sunt: dixit enim: Non est alius et alius Christus, non alius et alius Filius: neque enim habemus duos christos duosque filios. Sed, o vir prudentissime, inquam, si Christi potentiae ascribi affirmas Unigeniti glorificationem, quomodo non alter sit et alter, aut quomodo non prorsus duo, siquidem non idem est qui dat et qui accipit, aut qui ascribit alteri tanquam a se diverso, quæ sibi per naturam insunt? Operatus est ergo Christus, idemque ad operandum excitus tanquam diversus ab Unigenito: nam si ascribitur ipsi, ut asseris, Unigeniti glorificatio, et potentia ab ipso data utentes beati illi discipuli prædicabant, et divina illa signa faciebant,

²⁷ Joan. viii, 53. ²⁸ Joan. xvi, 14. ²⁹ Marc. xvi, 20.

quomodo quod dixi negari potest? Operatus erit enim aliena virtute utens, ut non ipse, sed qui ad opus ciebat, ab his qui in mundo erant, glorificaretur. Quid igitur, quæso, in eo amplius cernitur quam in sanctis apostolis? nam hi non sua virtute miracula perfecerunt: idque ipsi aperte confessi sunt: digni namque sunt laude et quia id cognoverunt, et quia in ipsis operantem glorificabant. Hoc si ita est, annon æquum erat ut Christus qui ab alio, ut tu asseris, ad operandum ciebatur, et extrinsecus habebat Unigeniti gloriam, ad se tanquam ad **47** Deum accedentibus, et ejus ope indigentibus inclamaret, In nomine, seu in virtute Unigeniti hoc, verbii gratia, tibi commodum eveniat? nam id faciebat illi sapientissimi discipuli, ubique Jesum ex Nazareth appellantes. Sed neminem prorsus ita est allocutus, suæque potius virtuti perpetrata signa tribuebat, nunc quidem cæcis dicens: «Creditis quod possim id facere ⁴⁰?» et consensum exposcens; nunc cum imperio exigens, ac dicens: «Volo, mundare ⁴¹»; cur non prætermittis anilibus fabellis, quas tibi et soli commentus es, mysterii profunditatem sapienti consilio perquiris? Sed perspicuum est rerum in primis utilium exiguum prorsus illi curam esse, ac quodammodo metuere ne quid veri parum advertens dicat, et recti aliquid sentire deprehendatur: et absurdissima quæque cogitat, et inconsiderate admodum accusat Ecclesiæ dogmata. Atqui meminisse eum oportuit Dei verborum, præpositis rationalium gregum per vocem Ezechiel dicentis: «Præclara pascua depascebamini, et aquam consistentem bibebatis; et reliquam turbabatis pedibus vestris, et oves meæ conculcata: pedibus vestris depascebantur, et turbatam aquam pedibus vestris bibebant ⁴².» Nos enim, divinitus inspiratis Litteris animam adjicientes, præclara pascua depascimur, ut scriptum est, aquam etiam consistentem bibimus, hoc est, sermonem Spiritus minime mendacio mistum, et perspicuum ac purissimum: ubi vero veluti ingratas quasdam nostrarum cogitationum faces in eo sermone misceamus, eumque confundimus, Salvatoris nostri gregibus insidiamur. Hoc ipsum verum esse, nobis perspicuum facient ea quæ de Christo rursus ab eo et excogitata, et temere dicta sunt, quæ sic habent:

[NESTOR. Erat quidem ille Deus Verbum, etiam antequam homo fieret, Filius et Deus, et consentiens Patri: suscepti vero posterioribus temporibus servi formam: sed cum esset antea Filius et vocaretur, post assumptionem non potest vocari seorsim Filius, ne duos filios dogmatizemus. Sed quia illi conjunctus est Filio qui erat in principio, qui que sibi copulatus est, non potest quod ad dignitatem filiationis attinet, divisionem suscipere: quod ad dignitatem filiationis, inquam, non quod ad naturas: ideo etiam Christus appellatur ille **48** Deus Ver-

A πῶς οὐκ ἀληθὲς ὅπερ ἔφη; Ἐνήργηκε γὰρ ἄλλοτρίῃ δυνάμει χρώμενος, ἐν ᾧ ἐνεργήσας, καὶ οὐκ αὐτὸ [Ἰσ. αὐτός] που μᾶλλον παρὰ τῶν ἐν κόσμῳ δοξάζηται. Τί οὖν, εἰπέ μοι, τὸ πλεόν ἐν τε αὐτῷ φαίνεται, καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις; Ἀποτετελέκασαι γὰρ οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει τὰς θαυματουργίας· καὶ τοῦτο αὐτοὶ ὠμολόγησαν ἐναργῶς· ἀξιάγαστοι γὰρ [δὲ] καὶ τοῦτο εἰδότες, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἐνεργοῦντα δοξάζοντες· εἶτα πῶς οὐκ ἔδει τὸν ἐνεργοῦμενον παρ' ἐτέρου κατὰ σὲ Χριστὸν, καὶ θύραθεν ἔχοντα τὴν τοῦ Μονογενοῦς εὐδοξίαν, τοῖς προσιοῦσιν ὡς Θεῷ, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δεδεημένοις ἐπικουρίας ἐπιφανεῖν, ἐν ὀνόματι τοῦ Μονογενοῦς, ἤγουν ἐν δυνάμει, Τόδε τί σοι γένοιτο τῶν ἀγαθῶν; τοῦτο γὰρ ἔδρων οἱ πάνσοφοι μαθηταί, Ἰησοῦν τὸν ἐκ Ναζαρέτ ὀνομάζοντες πανταχοῦ. Ἄλλ' οὐδενὶ μὲν τοῦτο προσπεφώνηκε παντελῶς· ἀντίθει δὲ μᾶλλον ἰδίᾳ δυνάμει τὰ κατορθούμενα· ποτὲ μὲν λέγων τοῖς τυφλοῖς, «Πιστεῦτε ὅτι δύνάμαι τοῦτο ποιῆσαι;» καὶ τὴν συναίνεσιν ἀπαιτῶν· ποτὲ δὲ μετ' ἔξουσίας ἀπαιτῶν [Ἰσ. παρέλκει] λέγων, «Θέλω, καθαρῶσθητι· ἢ τί μὴ παρὲς τὰ σαυτῷ τε καὶ μόνῳ ἐξευρημένα γρασπεπῆ μυθάρια σοφῆ διανοίᾳ τὸ τοῦ μυστηρίου περιεργάζῃ βάθος; ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι τῶν μὲν ἀναγκαίων εἰς θνησιν, ὀλίγος αὐτῷ παντελῶς ὁ λόγος· δέδιδε δὲ ὡς περ μὴ ἄρα τι καὶ τῶν ἀληθῶν παραφθέγγασαι· καίτοι [Ἰσ. καὶ τε] τῶν ἐπαινουμένων ἀλοῖπῃ φρονητικῶς οἴεται δὲ πᾶν ἡτιοῦν τῶν ἀπηχεστάτων, καὶ ἀκατάσκοπον κομιδῆ τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογματῶν ποιεῖται τὴν κατάρρησιν· καίτοι μεμνησθαι δεόν αὐτὸν Θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς Ἰεζεχιήλ τοῖς τῶν λογικῶν ποιμνίων προεστηκόσιν, ὅτι τὴν «Καλὴν νομὴν ἐνέμεσθε, καὶ τὸ καθεστῆκός ὕδωρ ἐπίνετε, καὶ τὸ κατάλοιπον ἐπαράττετε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ τὰ πρόβατά μου τὰ πατήματα τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐνέμοντο· καὶ τὸ τεταραγμένον ὕδωρ ὑπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐνέπινον.» Ταῖς μὲν γὰρ θεοπνεύστοις Γραφαῖς τὸν νοῦν ἐνιέντες ἡμεῖς, τὴν καλὴν νομὴν νεμόμεθα, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ μὴν καὶ τὸ ὕδωρ πίνομεν τὸ καθεστῆκός, τοῦτέστι, τὸν ἀμιγῆ τῷ ψεύδει, διεϊδῆ τε καὶ καθαρῶτατον τοῦ Πνεύματος λόγον· ἐμφύροντες δὲ καὶ ἀναμίσγοντες θοδὸν ὡς περ τινὰ τῶν ἰδίων ἐνθυμημάτων τὸ ἀτερπὲς αὐτῷ, ταῖς τοῦ Σωτῆρος ἀγέλαις ἐπιβουλεύομεν. Ἐκδειξείεν ἂν καὶ τοῦτο ἡμῖν ὡς ἔστιν ἀληθὲς τὰ περὶ Χριστοῦ πάλιν αὐτῷ τεθεωρημένα τε καὶ ἀτημελῶς εἰρημένα· ἔχει δὲ οὕτως·

[Ἦν μὲν γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, Υἱὸς καὶ Θεὸς, καὶ συναίνων τῷ Πατρὶ· ἀνέλαθε δὲ ἐν ὑστέροις καιροῖς τὴν τοῦ δούλου μορφήν. Ἄλλ' ὢν πρὸ τούτου Υἱὸς, καὶ καλούμενος, μετὰ τὴν ἀνάληψιν οὐ δύναται καλεῖσθαι κειχωρισμένως Υἱὸς, ἵνα μὴ δύο υἱοὺς δογματίσωμεν. Ἄλλ' ἐπειδὴ περ ἐκείνω συνήπται τῷ ἐν ἀρχῇ ὄντι Υἱῷ τῷ πρὸς αὐτὸν συναφθέντι, οὐ δύναται κατὰ τὸ ἀξίωμα τῆς υἰότητος διαίρεσιν δέξασθαι· κατὰ τὸ ἀξίωμα φημι τῆς υἰότητος, οὐ κατὰ τὰς φύσεις. Διὰ τοῦτο καὶ Χριστὸς, ὁ Θεὸς Λόγος ὀνομάζεται, ἐπεὶ περ ἔχει τὴν συνάφειαν]

● Matth. ix, 28. ⁴¹ Matth. viii, 5. ⁴² Ezech. xxiv, 18.

την πρὸς τὸν Χριστὸν διηγεκῆ· καὶ οὐκ ἔστι τὸν Θεὸν Λόγον ἀνευ τῆς ἀνθρωπότητος πράξαι τι· ἀπηκρίβωται γὰρ εἰς ἄκραν συνάφειαν, οὐκ εἰς ἀποθέωσιν, κατὰ τοὺς σαφοῦς τῶν δογματιστῶν τῶν νεωτέρων.]

ΚΕΦΑΛ. Η΄.

Ὁ φάναι τολμήσας τὴν τοῦ Μονογενοῦς εὐδοξίαν τῆ Χριστοῦ περιιφθαί δυναστεῖν, καὶ τὸν τῆς ἐνόητου· σύνδεσμον διασπάσας, συνάγει πάλιν εἰς ἔνωσιν, διαλύει τε αὐτὸν, καὶ ἐξίστησιν ἀλλήλων τὰς φύσεις, πεισιστὰ τε ὅσα περὶ τούτων ἡμῖν κενολογεῖ καὶ τερατεύεται, ἵνα κἂν εἴ τι φαίνοιτο λέγων τῶν εἰς ὀρθότητα νενευκότων, ἐξελέγχεται σαφῶς μὴ εἰδῶς δ λέγει. Εἶναι μὲν γὰρ ἐνθάδε φησὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ Υἱὸν καὶ Θεόν, καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως· καὶ μὴ ὅτι καὶ ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀνέλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν. Φράζε δὴ οὖν, εἰ μὴ σοι δοκῶ τὰ εἰκότα λέγειν, τίς δὴ ἄρα ἔστιν ὁ ἐνανθρωπήσας λεγόμενος; καὶ τί τὸ, ἐνανθρωπήσας, φῆς; τίς ὁ τὴν τοῦ δούλου μορφήν ἀναλαβών; ἀνελήφθη δὲ παρ’ αὐτοῦ τίνα τρόπον; Ὅτι μὲν οὖν ἀνθρώπων ἐνανθρωπήσας λέγων, γέλωτος ἀξίαν ἀποφανεῖ τὴν ἑαυτοῦ φρένα, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; ὁ γὰρ ὢν ἀνθρώπος κατὰ φύσιν, πῶς ἂν ὁ ἦν γένοιτο πάλιν, καὶ ὡς ἐφ’ ἑτερόν τι μετακωρηχῶς εἴη ἂν, κατὰ γέ φημι· τὸν τῆς φύσεως λόγον; Τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἴδιαν οὐκ ἐλεύθερον, τίνα τρόπον ἂν λέγοιτο γεγενῆσθαι δούλου, ὡς τοῦτο οὐκ ἦν ἐν ἀρχαῖς; Οὐκοῦν οὐκ ἀνθρώπων πρόποσι ἂν τὸ, ἐνανθρωπήσας, πολλοῦ γε δεῖ· καὶ τὴν τοῦ δούλου μορφήν λαθεῖν, οὐχὶ τῷ καὶ ἐν ἀρχαῖς τὸ τῆς δουλείας ἔχοντι μέτρον, ἀλλ’ ἐκεῖνον μᾶλλον, ὅς οὐκ ὢν ἀνθρώπος κατὰ φύσιν, τοῦτο γενέσθαι πιστεύεται· καὶ τῶν ὄλων ὑπάρχων Δεσπότης, ὡς Θεός, καθῆκεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς; καθ’ ἡμᾶς, ἐνώσας ἑαυτῷ καθ’ ὑπόστασιν τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τὴν τοῦ δούλου μορφήν ἀναλαβών. Οὕτω γὰρ ἔσται καὶ ἀληθὲς ὅπερ ἔφη, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάληψιν οὐ δύναται κελεῖσθαι κεχωρισμένως Υἱὸς, ἵνα μὴ δύο υἱοὺς δογματίσωμεν. Καὶ ἡ μὲν τῶν δογμάτων ὀρθή τε καὶ ἀδιάστροφος, καὶ εἰς εὐθὴ διέφττουσα τρίτος, ἥδε τε ἔστι καὶ οὐκ ἑτέρα. Αὐτὸς δὲ δὴ πάλιν, ὁ τὴν ἐνανθρώπησιν ἡμῖν ὀνομάσας τοῦ ἐκ Πατρὸς ὄντος Λόγου, μονοουχὶ καὶ εἰς λήθην εὐθύς ὢν ἔφη παρενεχθεῖς, διίστησι πάλιν εἰς δύο τὸν ἕνα, καὶ ταῖς τῶν ὀνομάτων [νοημάτων] ἐξετηλιαῖς ἀσυφῆλως ἐπινηχόμενος· καὶ φωναῖς ἀβασανιστοῖς αἰεὶ κεχωρημένος. Ἐφη γάρ· [Ἄλλ’ ἐπειδὴ περ ἐκεῖνον συνῆπται τῷ ἐν ἀρχῇ ὄντι Υἱῷ, τῷ πρὸς αὐτὸν συναφθέντι, οὐ δύναται κατὰ τὸ ἀξίωμα τῆς υἰότητος διαίρεσιν δέξασθαι· κατὰ τὸ ἀξίωμα φησὶν τῆς υἰότητος, οὐ κατὰ τὰς φύσεις.] Ὁρθῶς γε, ὧ τάν· τὸ ἀνασφαλὲς εἶναι δοκεῖν, . . . ἀχρεῖον παραίτη. Ἄει διεγηγερμένω κεχρηθῆσθαι τῷ λόγῳ, διὰ σπουδῆς τέθειται σοι. Ἴδου γάρ, ἰδοὺ διαιρῶν τὰς φύσεις, συλλέγεις εἰς ἔνωσιν κατὰ τὸ ἀξίωμα τῆς υἰότητος. Ἄρ’ οὖν ἀπόχρη πρὸς ἔνωσιν ἀληθῆ τοῖς κατὰ φύσιν ἀλλήλων διεσσηκόσιν, ἡ τῶν ὀνομάτων ταυτότης, ἦγον ἡμωσυμία, καὶ τὸ κατ’ αὐτὴν ἀξίωμα; σοὶ γὰρ καὶ οὕτω φάναι δοκεῖ. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ περ τὸ τε Χρι-

bum, quia habet perpetuam cum Christo conjunctionem : neque contingit ut Deus Verbum sine humanitate faciat aliquid : perductus est enim ad summam conjunctionem, non ad deificationem, ut sapientes e recentioribus dogmatistis asserunt.]

CAP. VIII.

Qui dicere ausus est Unigeniti glorificationem Christi potentiae tribui, et qui vinculum unitatis distraxit, rursus ad unionem conjungit, disjungitque rursus, et naturas invicem separat, et his de rebus quamplurima nobis vane portentoseque loquitur, ut etiam si quid recti dicere videatur, tamen aperte coarguatur ignorare quid dicat. Nam hoc loco ipsum Dei Verbum et Filium et Deum esse asserit etiam antequam homo fieret; praeterea posterioribus temporibus formam servi accepisse. Explicata igitur, nisi tibi consequentia videor dicere, quisnam ille est qui homo factus esse dicitur? quid etiam hoc ipsum hominem fieri dicitis? quisnam ille qui formam servi suscepit? et quoniam modo ab eo suscepta est? Ac si hominem dixerit esse humanatum, quisquam ne dubitet quin sententiam suam risu dignam sit proditurus? nam qui homo sit secundum naturam, quomodo quod erat rursus fiet, et tanquam in aliud quiddam transibit, quod ad naturam, inquam, attinet rationem? Qui etiam ex ipsa sua natura non est liber, quomodo servus factus esse dicetur, tanquam ejusmodi ante non fuerit? Ergo homini non conveniet hominem fieri, prorsus nullo modo, et servi formam accipere, non ei qui etiam a principio mensuram atque conditionem servitutis habeat; sed illi nimirum, qui cum homo non esset secundum naturam, id factus esse creditur; et cum universorum esset Dominus, utpote Deus, seipsum ad nostra dejecit, uniens sibi secundum hypostasim ipsam humanitatem, et servi formam assumens. Sic namque verum erit quod dixisti, post assumptionem non posse Filium vocari scorsim, ne duos filios dogmatizemus. Ac recta quidem et minime perversa, et in directum tendens dogmatum semita praeter hanc nulla est alia: ipse autem qui humanationem Verbi ex Deo existentis dixit, propemodum in oblivionem illico eorum quae dixit, abreptus, rursus unum in duo dividit, inanitati nominum absurde innans, et vocibus parum examinatis semper utens: ait enim: [Sed quia illi conjunctus est Filio qui erat in principio, sibi copulato, non potest, quod ad dignitatem filiationis attinet, suscipere divisionem: quod ad dignitatem filiationis, inquam, non quod ad naturas.] Recte, vir optime, quod minime tutum esse videtur... tanquam inutile refugis. Semper tibi vigilantia sermone uti studium fuit. Ecce jam certe dividendo naturas colligis ad unitatem secundum filiationis dignitatem: numi igitur ad unionem veram rerum inter se natura distantium sufficit cognominatio, seu homonymia, et dignitas quae inde existit? sic namque dicere

tibi placet. Ergo quoniam Christi nomen, et nomen propterea Filii et Domini etiam aliis communiter imposita sunt, nam plurimi sane fuere Christi, et vocati sunt filii et domini, erunt ipsi quoque secundum filiationis dignitatem inter se individui, et unum omnes ea unitate quam ipse etiam in Christo esse perfectam putas: distabit autem prorsus homo nostri similis a Deo Verbo. Hocposito quomodo non rursus divisi erunt, aut quomodo etiam unus Filius, intelligere non possum, nisi secundum unionem veram convenisse humanitatem cum Verbo dixerimus. Sed quia propter huius hominis voces necesse est etiam per absurdas sententias orationem circumferre, ut undique congruatur haud recte sensisse, agendum illud etiam dicamus: Nam si satis est ad unionem dignitas filiationis, quoniam appellatur et est Filius Dei ac Patris illud ex ipso Verbum, et commune est multis aliis hoc nomen, quid, rogo te, prohibet dicere et ipsos et alios omnes illi unitos esse, ut Emmanuel nihil præcipuum supra ipsos habeat? contendet enim cum eo, ut consentaneum est, de æquali honore decertabit id quodcumque eorumdem nominum dignitatem est adeptum; et illo conjunctionis modus in uuda solaque residebit appellatione, vel homonymia. Jam vero quidnam esse intelligetur ipsa humanatio? quid præterea erit quod ad servi formam descendit? Nam si, ut ipse asserit, humanationis modus conjunctio quædam est simplex et secundum solam filiationis dignitatem, quid prohibet eam conjunctionem in aliis etiam omnibus factam dicere? Sed procul dubio qui solers est et acutus, prospicit ejus orationis absurditatem. Quoniam igitur fertur, ad ea quæ dicere nefas est, impulsus? Dicitur autem illi a nobis illud Jeremias dictum: « In multitudine viæ tuæ laborasti »; fluctuat enim, et omni vento circumfertur, ut beatus Paulus ait ⁴⁴. Accipe igitur anchoram **50** animæ tutam ac firmam, statue supra petram pedes tuos. Si hominem factum ipsum Dei Verbum dicis, hoc ipsum satis est ad explicandum nostri similem factum esse illum, qui est supra omnem creaturam: accepit servi formam, quamvis libertatem ut Dens haberet; nam erat in æqualitate Patris ejus qui super omnia obtinet imperium. Desine dividere naturas post unionem: nam scire aliud atque aliud esse divinam humanamque naturam, non modo convenire prudentibus viris, verum etiam necessarium esse censeo: distant enim inter se, et quidem inæstimabili differentiarum spatio: in omnium autem nostrum Salvatore Christo ubi illas junxeris in veram et secundum hypostasim uni-

Α στὸς ὄνομα, καὶ μὴν τὸ, Υἱὸς καὶ Κύριος, κοινὰ τίθενται καὶ ἑτέροις, πλείστοι γὰρ ὄσοι γεγονῶσι χριστοὶ, κέκληνται δὲ καὶ υἱοὶ καὶ κύριοι, εἴην ἄν καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ ἀξίωμα τῆς υἰότητος, ἀδιαίρετοι τε ἀλλήλων, καὶ ἐν οἱ πάντες καθ' ἑνωσιν, ἦν δὴ πεπράχθαι νομίζεις· αὐτὸς καὶ ἐπὶ Χριστοῦ· διεστήξει δὲ ὁλως πρὸς τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς. Εἶτα πῶς οὐ διήρηνται πάλιν, πῶς δὲ καὶ Υἱὸς εἷς, οὐκ ἔχω νοεῖν, εἰ μὴ καθ' ἑνωσιν ἀληθῆ συμβεβηκέναι φάμεν τῷ Λόγῳ τὸ ἀνθρώπινον. Ἐπειδὴ δὲ χρῆ, διὰ γε τὰς τούτου φωνάς, καὶ εἰς ἐκτόπους ἐννοίας περιενεγκεῖν τὸν λόγον, ἵνα πανταχόθεν ἐλέγχηται περιφρονητικῶς οὐκ ὀρθῶ, φέρε δὲ, φέρε δὲ, κακίον λέγωμεν· Εἰ γὰρ ἀρκεῖ ὁρθῶς ἑνωσιν, τῆς υἰότητος τὸ ἀξίωμα, ἐπειδὴ καλεῖται τς καὶ ἔστιν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς· ὁ ἐξ αὐτοῦ Λόγος, κοινὸν δὲ πολλοῖς ἄλλοις τοῦνομα, τί τὸ λυποῦν, εἰπέ μοι, καὶ αὐτοὺς ἠνώσθαι λέγειν αὐτῷ, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἵνα μὴδὲν ἐξη παρ' αὐτοὺς τὸ πλεῖον ὁ Ἐμμανουήλ; φιλονεικῆσαι γὰρ κατὰ τὸ εἶδος αὐτῷ, καὶ περὶ τῶν ἰσῶν ἀμιλλήσεται τὸ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων ἡξιωμένον· καὶ τῆς συναφείας ἡμῶν ὁ τρόπος, κατὰ ψιλὴν καὶ μόνην ἔστα: τὴν κλήσιν, ἦγγον τὴν ὁμωνυμίαν. Εἶτα τί τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως νοεῖται χρῆμα; τί δὲ πρὸς τοῦτο, καὶ τὸ, ἐν τῇ τοῦ δούλου καθικέσθαι μορφῇ; Εἰ γὰρ ἔστι κατ' αὐτὸν ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπος συνάφειά τις ψιλῆ, καὶ κατὰ μόνον τῆς υἰότητος τὸ ἀξίωμα, τί τὸ κωλύον ἔτι καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν πεπράχθαι λέγειν αὐτήν; Ἄλλ' ὅρα (13) πῶς πάντως, ὁ φιλομαθῆς, τοῦ λόγου τὸ ἀκαλλῆς. Ποῖ δὲ οὖν ἀποφέρεται πρὸς ἃ μὴ θέμις ἐξεστηκῶς; Εἰρήσεται δὲ πρὸς ἡμῶν αὐτῷ τὸ εἶς τῆς Ἱερουσαλῆμ φωνῆς· « Ταῖς πολυουδίας σου ἐκοπίσασα, κλυδωνίζεται γὰρ ἀνέμιον παντὶ περιφερόμενος, καθὰ φησὶν ὁ σοφώτατος Παῦλος. Οὐκοῦν δέχου τὴν ἀγκυραν τῆς ψυχῆς τὴν ἀτφαλῆ καὶ βεβαίαν, στήσον ἐπὶ πέτραν τοὺς ἑαυτοῦ πόδας. Εἰ ἐνανθρωπήσαι φῆς τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ἀρκέσει τοῦτο πρὸς δὴλωσιν τοῦ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι τὸν ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν· ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφῆν, καίτοι τὴν ἐλευθερίαν ἔχων ὡς Θεός. Ἦν γὰρ ἐν ἰσότητι τοῦ Πατρὸς, τοῦ τὸ κατὰ πάντων ἔχοντος κράτος. Παῦσαι διαιρῶν τὰς φύσεις μετὰ τὴν ἑνωσιν. Ὅτι μὲν γὰρ ἕτερόν τι, καὶ ἕτερόν ἐστιν ἢ τε θεία καὶ ἢ ἀνθρώπου φύσις, πρέπει ἄν εἶδέναι, καὶ ἀναγκαῖον εἶναι φημι τοῖς ἀρτίφροσι. Διεστήκασιν γὰρ ἀλλήλων καὶ ἀσυγκρίτοις διαφοραῖς. Ἐπὶ δὲ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, συνεισενεγκῶν εἰς ἑνωσιν τὴν ἀληθῆ τε καὶ καθ' ὑπόστασιν, παραιτοῦ τὴν διαίρεσιν· ἕνα γὰρ οὕτως ὁμολογήσεις Χριστὸν, καὶ Υἱὸν, καὶ Κύριον. Ἄλλ', οὐκ οἶδ' ὅπως, ὁ τῶν ἐξιτήλων ἡμῶν δογματῶν εὐρετής, ἐν σμικρῷ μὲν κομιδῇ παποῖται λόγῳ τὸ τῆς ἐνώσεως χρῆμα· διωσάμενος

⁴⁴ Imo, Isa. LVII, 10. ⁴⁵ Ephes. IV, 11.

ANT. AGELLII NOTÆ.

(13) Legendum, ὄρθ, ut lib. II, pag. 21, ἀλλ' ὄρθ πῶς πάντως ὁ θεοφιλῆς, et 55, ὄρθ δὲ οὖν ὁ χρηστομαθῆς. Aut si secunda persona legatur ὄρα, legen-

dum ὦ φιλομαθῆς, ὦ θεοφιλῆς, ὦ χρηστομαθῆς· cui lectioni faveat locus lib. III, pag. 62, ὅρα δὲ μοι τῶν προρητικῶν ἐννοιῶν τὴν ἐγρήγορσιν.

δὲ καὶ αὐτὸ κατὰ τὸ εἰκός, καὶ τῆς ἀληθείας τὴν
 δύναμιν, κερύρηκε πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, καί
 φησι· [Διὰ τοῦτο καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς Λόγος ὀνομά-
 ζεται, ἐπεὶ περ ἔχει τὴν συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν Χρι-
 στὸν διηγεῖται. Καὶ οὐκ ἔστι τὸν Θεὸν Λόγον ἀνευ τῆς
 ἀνθρωπότητος πράξει τι. Ἀπηκριβῶται γὰρ εἰς
 ἄκραν συνάφειαν, οὐκ εἰς ἀποθέωσιν, κατὰ τοὺς σο-
 φούς τῶν δογματιστῶν τῶν νεωτέρων.] Ὅτε τοίνυν
 Χριστὸν ὀνομάσθαι φησὶν ἰδικῶς τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς
 Λόγον, ὡς ἔχοντα τὴν συνάφειαν πρὸς Χριστὸν, ὡς
 πρὸς ἕτερόν που δηλονότι, πῶς οὐ πεφλυδάρηκε που
 μάτην εἰρηκῶς, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάληψιν οὐ δύναται
 καλεῖσθαι κερύρησιμῶς; εἴπερ οὐχ ἔν τι νοεῖται
 πρὸς ἡμῶν, τὸ ἐτέρῳ τιτὶ σχετικῶς συνῆφθαι λεγόμε-
 νον· δύο γὰρ πάντως τὰ ἀλλήλοις συμβαίνοντα,
 καὶ οὐχ ἓν αὐτό τι, τὸ ἐαυτῷ συναπτόμενον, νοεῖται
 εἰκότως. Ψευδομυθία δὴ οὖν τὰ ἐκείνου καὶ λήρος
 ἐτέρως. Ἡμεῖς δὲ μετὰ τὴν ἔνωσιν, καὶ εἰ Θεὸν
 Λόγον ὀνομάσειέ τις, οὐ δίχα νοοῦμεν αὐτὸν τῆς ἰδίας
 σαρκός· καὶ εἴη Χριστὸν, σαρκωθέντα τὸν Λόγον
 ἐπιγινώσκωμεν. Τίς δὲ δὴ ἄρα καὶ ὁ τῆς παρὰ σοῦ
 λεγομένης συναφείας νοεῖται τρόπος; Εἰ μὲν γὰρ
 ἠνώσθη· φῆς καθ' ὑπόστασιν τῷ ἐκ Θεοῦ φόντι Λόγῳ
 τὸ ἀνθρώπινον, εἰ τὴν θεῖαν, εἰπέ μοι, περιυδρίζεις
 σάρκα; καίτοι προσκυνοῦν αὐτῇ μὴ παραιτούμενος,
 πρέποντος μόνῃ τῇ θεῖα τε καὶ ἀπορρήτῳ φύσει τοῦ
 προσκυνοῦντος δεῖν. Εἰ δὲ ἀληθῆ μὲν οὐκ οἶσε γενέ-
 σθαι τὴν ἔνωσιν, συνάφειαν δὲ μᾶλλον ἡμῖν ὀνομά-
 ζεις τὴν κατὰ γε τὴν ὁμωνυμίαν, καὶ τὴν ἐν ψιλῶς
 καὶ μόναις ταῖς ἰσῆς κληθεῖσιν ἄξιαν, τί σεμνοληρεῖς,
 ἀπηκριβῶσθαι λέγων τὸν ἐκ γυναικὸς πρὸς ἄκραν
 συνάφειαν, διῆλον δὲ ὅτι τὴν πρὸς τὸν Λόγον; Ὁμῶ-
 νυμον μὲν γὰρ ἀλλήλοις εἶεν ἂν, τὸ τε Υἱὸς Υἱῶ, καὶ
 Κύριος Κυρίῳ· ἀλλ' οὐδὲν ἀλλήλων μετονεκτότε ἂν
 τὰ ὀνόματα· καὶ τὸ περιττόν ἐν τούτοις πολυπρα-
 γμονεῖν, εἰκαλοῦ ὀμαί· που· Υἱὸς γὰρ Υἱοῦ, καὶ τὸ
 Υἱὸς [Ἰσ. καθὰ Υἱὸς, ἦ, καθὸ Υἱὸς], οὕτε τὸ μαῖζον,
 οὕτε τὸ ἐλαττον ἔχει. Περισοσπεῖς οὖν ἄρα καὶ μάλα
 σαφῶς, ἀπηκριβῶσθαι λέγων αὐτὸν πρὸς ἄκραν συν-
 ἀφειαν. Πρέποί· δ' ἂν, κατὰ γε τὸ αὐτῷ μοι δοκοῦν,
 οὐχὶ ταῖς ὁμωνυμίαις τὸ ἀπηκριβῶσθαι λέγειν αὐτάς
 ἀλλήλαις· ἐκεῖνοις δὲ μᾶλλον, ἅ τὴν εἰς πᾶν ὄτιον
 ἰσότητά τε καὶ ὁμοιότητα τῶν ἐν εἶναι πεπιστευμέ-
 νων, διαλαχόντα φαίνεται· οἷον, φέρε εἰπεῖν, ἀπ-
 ηκριβῶσθαι φάμεν πρὸς ἄκραν ἐμφέρειαν τῆς τοῦ
 δεῖνος μορφῆς, ἢ τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγονότα υἱόν, ἢ,
 φέρε εἰπεῖν, εἰκόνα. Κατὰ δὲ γε τὸν τῆς συναφείας
 τρόπον, πῶς ἂν ἀπηκριβῶσθαι λέγοντο καὶ νοεῖντό
 τε; Ἄλλ' αὐτὸς μὲν ἡρμήνευσεν ἡμῖν τῆς συν-
 αφείας τὴν δύναμιν. [Οὐ γὰρ ἔστι, φησὶ, τὸν Θεὸν
 Λόγον, ἀνευ τῆς ἀνθρωπότητος πράξει τι.] Ὁμόφρο-
 νες οὖν ἀλλήλοις καὶ ὁμογνώμονες κατὰ σέ, καὶ ἀπὸ
 κοινῶν σκεμμάτων ἐφ' ἕκαστα τῶν πρακτέων ἵνα
 πιστεύσωμεν τὴν τῶν παρὰ σοῦ λεγομένων υἱῶν
 ξυνορίδα· εἶτα, πῶς οὐ δύο χριστοί, καὶ υἱοί, καὶ
 κύριοι; Ἄλλ' ὡς ὄργανον τῶν σώματι κερήσθαι τὸν
 Λόγον διεσχυρίζη κατὰ τὸ εἰκός. Ἄλλ' εἰ μὲν ἓνα φῆς
 Υἱόν, καὶ μίαν ὑπόστασιν τὴν τοῦ Λόγου σεσαρκω-
 μένῃν, οὐκ αὐτὸς ἔστι· Θεότητος ὄργανον· κερήσε-

tatem, cave divisionem : sic namque unum Chri-
 stum fateberis, et Filium et Dominum. Sed nescio
 quomodo hic vanorum inventor dogmatum rem ip-
 sam unionis admodum parvipendit, illaque rejecta,
 ut consequens certe erat, et vi simul ipsa veritatis
 abdicata rursus ad id recurrit quod sibi placebat,
 et ait : [Ideo etiam Christus appellatur ille Deus
 Verbum, quia habet perpetuam cum Christo con-
 junctionem ; neque contingit ut Deus Verbum sine
 humanitate faciat aliquid : perductus est enim ad
 summam conjunctionem ; non ad deificationem, ut
 sapientes e recentioribus dogmatistis asserunt.]
 Cum igitur dicat Christum appellatum esse illud ex
 Deo Patre Verbum, quia habet eum Christo con-
 junctionem, ut cum altero nimirum, quomodo non
 temere nugatus est, cum dixit, post assumptionem non
 posse vocari seorsim? siquidem quod alteri cuidam rei
 secundum habitudinem conjunctum esse dicitur, id
 non potest a nobis tanquam unum aliquid intelligi :
 nam quæ inter se conveniunt, deo prorsus jure intel-
 liguntur, et non unum aliquid quod ipsum sibi co-
 puletur : fabulæ sunt igitur et vanissimæ nugæ illius
 verba. Nos autem post illam unionem, sive Deum
 Verbum nominet quispiam, non sine propria carne
 illud intelligimus, sive Christum dicat, incarnatum
 Verbum agnoscimus. Jam vero quinam etiam illius
 quam tu conjunctionem dicis, intelligitur modus?
 Nam si humanitatem dicis unitam secundum hy-
 postasim illi ex Deo genito Verbo, cur, quæso, divi-
 nam illam carnem afficis injuria? tametsi eam
 adorare minime refugias, cum adorationem exhiberi
 non nisi divinæ et ineffabili naturæ conveniat.
 Quod si haud veram putas factam unionem, et con-
 junctionem potius appellas illam secundum homo-
 nymiam, et **51** in sola ac nuda æqualis appellatio-
 nis societate positam dignitatem, quid magnifico
 nugaris, dicens illum ex muliere editum ad sum-
 mam conjunctionem perductum, nimirum cum
 Verbo? Homonyma namque inter se erunt et Filius
 Filio, et Dominus Domino. Sed nihil hæc nomina
 unum altero minus habebunt, et quid in his exi-
 mium sit, exquirere vanum sit, opinor: nam Filius
 Filio qua Filius est, nec majus aliquid nec minus
 habet. Supervacua igitur te verba fundere apertis-
 simum est, cum ipsum perductum dicis ad summam
 conjunctionem. Non enim, ut mihi videtur, de homo-
 nymis convenit dicere quod ad summam similitudinem
 sint perducta, sed his potius quæ per omnia æqualitate
 ac similitudinem quarumcumque rerum sortita
 sunt, cum quibus unum esse creduntur: verbi gratia,
 expressum dicimus ad summam similitudinem alicujus
 hominis formæ vel filium ex eo genitum, vel
 exempli gratia, imaginem: porro secundum conjun-
 ctionis modum quoniam pacto aliqua aut dicantur aut
 intelligantur expressa? Sed ipse nobis interpretatus
 est hujus vim conjunctionis. [Non enim, inquit, contin-
 git ut Deus Verbum sine humanitate faciat aliquid.]
 Concordes igitur et consentientes sunt, ut tu existi-
 mas, et communi consilio ad singulas res facien-

mis, pro quibus legalis ille pontifex faciebat preces: ut rursus animadvertas advocatum illum pro nobis factum³², innocentemque et sanctum pontificem, segregatum a peccatoribus³³. Igitur cum sermo adversarii undique absurditate laboret, nos pontificem et apostolum confessionis nostræ factum esse dicimus ipsum ex Deo Patre Verbum³⁴, cum factus homo, se ad exinanitionem dejecit³⁵, et nostra assumpsit, ut seipsum etiam pro omnibus offerens Patri in odorem suavitatis³⁶, acquireret orbem terrarum, eximeret veteribus culpis, gratia justificaret per fidem³⁷, mortis atque corruptionis victores efficeret, sacros etiam atque sanctificatos, et in omni virtutis genere perfectos redderet, illum Salvatorem ac Redemptorem confitentes, per quem et cum quo Deo et Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula. Amen.

ἀναθείς τῷ Πατρὶ, κατακτήσεται τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ῥίτι διὰ πίστει, θανάτου καὶ φθορᾶς ἀποστήνη εἶδος ἀρετῆς εἰς μάλα κατωρθωκότας, Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν ὁμολογούντας αὐτόν· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

TOMUS QUARTUS.

Beatus Paulus cum legis umbram haud inutilem hominibus pie vivere instituentibus ostenderet, et ea quæ olim priscis hominibus contigissent, velut tabulam quamdam et rerum veriorum descriptionem omnium animis apertissime proponeret: C « Hæc, inquit, omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt³⁸. » Age igitur, ex legalibus Litteris desumpto loco dicamus, filios Israel olim ex Ægyptiorum terris excedentes, cum in terram promissionis properarent, in eremo diversatos fuisse: cumque gestorum in Ægypto miraculorum infelices oblitii, et memoria charitatis in Deum abjecta impie murmurarent, a serpentibus, ut scriptum est, perierunt³⁹. Sed morsus venenatarum ferarum effugiebant, cum Dei omnium Salvatoris oraculo monitus Moses serpentem illis æneum erexit. 96 « Fac tibi, inquit, serpentem, et pone illum in signum: et erit, si monorderit serpens hominem, quisquis morsus fuerit, videns illum vivet⁴⁰. » Hæc ergo figura mysterium Christi erat. Cum enim Deus esset unigenitum Dei Verbum, et per naturam bonum ex bono Patre, particeps factum est sanguinis et carnis, hoc est, factum esse homo, et nobis qui mali eramus, affinis, quatenus certe homo nostri similis fuit: positum est etiam in sublime, hoc est, crucem pertulit in ligno, et mortem secundum carnem, etsi revixit die tertia, calcato mortis imperio⁴¹. Cum igitur adversus dispensationem carnis stultissime obloquimur, et

διειπῶν εὖ μάλα προσεπάγει, καὶ φησι· « Καὶ ἐξέλσεται περὶ αὐτῶν ὁ ἱερεὺς, καὶ ἀφεθήσεται αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία. » Ἄθρει δὴ οὖν, ὅτι προσεκομίζετο μὲν ὁ μόσχος ἐν τῷ Χριστοῦ τοῦ πανάγνου, καὶ μῶμον τοῦ (23) μὴ ἐχοντος· ἀπῆλλάττοντο δὲ τῶν ἰδίων αἰτιαμάτων οἱ προσκομίζοντες, καὶ οὐτι που μάλα ὁ μόσχος. Τέθειται γὰρ οὐχ ὑπὲρ γε μᾶλλον ἑαυτοῦ, καθὰ σὺ φησὶ· ἄλλ' ὑπὲρ γε τῶν ἡσθενηκότων, ὑπὲρ ὧν ἐποιοεῖτο τὰς λιτὰς ὁ κατὰ νόμους ἀρχιερεὺς, ἵνα πάλιν ἐνοῆς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν γεγονότα παράκλητον, ἀμωμόν τε καὶ ὅσιον ἀρχιερέα, κειχωρισμένον τῶν ἁμαρτωλῶν. Πανταχόθεν τοιγαροῦν ἠβρωστικὸς τοῦ λόγου τὸ ἀκάλλες τῷ δι' ἐναντίας, ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γενέσθαι φαιμέν αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, ὅτε γέγονεν ἀνθρώπος, καθὲς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, ἵνα καὶ ὑπὲρ πάντων εἰς ὁσμὴν εὐωδίας ἑαυτὸν ἐξέλῃται τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων, δικαιοσύνη τῇ χάριτι κρείττονας, ἱεροῦς τε καὶ ἡγιασμένους, καὶ πᾶν Λυτρωτὴν ὁμολογούντας αὐτόν· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ

TOMOS TETARTOS.

Ὁ Θεοπέσιος Παῦλος, οὐκ ἀσυνητῆ πρὸς ὀνησιν τοῖς εὐσεβεῖν ἠρημένους, τὴν ἐν γε τῷ νόμῳ σκιάν ἀποφαίνων, καὶ μὴν καὶ τὰ πάλαι τοῖς ἀρχαίοις συμβεβηκότα, καθάπερ τινὰ πίνακα καὶ γραφὴν τῶν ἀληθεστέρων ταῖς ἀπάντων διανοίαις εὖ μάλα παρατιθείς· « Ταῦτα δὲ [ἴσ. λέγει, φησί,] τυπικῶς συνέβαιναν ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νοουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰῶνων κατήντηκε. » Φέρε δὴ οὖν ἐκ νομικῶν Γραμμάτων ἐλόντες, λέγωμεν, ὡς κατηυλλίζοντο μὲν ἐρήμῳ ποτὲ τῆς Αἰγυπτίων ἀπαίροντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς τὴν τῆς ἐπαγγελίας διασπεύδοντες γῆν· ἐπειδὴ δὲ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θαυμάτων ἀμνημονοῦντες οἱ κάλανες, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἀμνημονήσαντες, διεγόγγυζον ἀνοσίως, ὑπὸ τῶν ὄφρων ἀπώλλυντο, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Διέδρων γε μὴν τὰ τῶν ἰοδόλων δῆγματα, τὸν ὄφιν αὐτοῖς τὸν χαλκοῦν ἀναστήλωσαντος τοῦ Μωσέως, τοῦ πάντων Σωτῆρος Θεοῦ κερχησιμωδέχουτος· « Ποίησον σαυτῷ ὄφιν, καὶ θές αὐτὸν ἐπὶ σημεῖον· καὶ ἔσται ἐὰν δάξῃ ὄφιν ἀνθρώπον, πᾶς ὁ δεδηγμένος ἰδὼν αὐτὸν ζήσεται. » Μυστήριον δὲ ἄρα τὸ κατὰ Χριστὸν ἡ τύπωσις ἦν. Θεὸς γὰρ ὑπάρχων ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ἐξ ἀγαθοῦ Πατρὸς ἀγαθὸς κατὰ φύσιν, μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκὸς, τούτεστι, γέγονεν ἀνθρώπος, ἡμῖν τε τοῖς πονηροῖς παρακλησίος, κατὰ γε τὸ εἶναι καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπος δηλονότι. Τέθειται δὲ καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ· τούτεστι, σταυρὸν ἀνέτηλ' τὸν ἐπὶ ξύλου, καὶ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον, εἰ καὶ ἀνεβίω τριήμερος, τὸ τοῦ θανάτου πατήσας κράτος. Ὅταν τοίνυν ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀσυνεσίας, τῆς μετὰ σαρκὸς

³² Joan. II, 1. ³³ Hebr. VII, 26. ³⁴ Hebr. III, 1. ³⁵ I Cor. X, 11. ³⁶ Num. XXI, 6 seqq.; I Cor. X, 9.

³⁸ Philipp. II, 7. ³⁹ Ephes. V, 2. ⁴⁰ Ephes. II, 8. ⁴¹ Num. XXI, 8, 9. ⁴² Hebr. II, 14.

οικονομίας καταγογγύζοντες, και τὸ ἀκαλλῆς αὐτῆς καθυρίζοντες, αἰσχυνόμεθα φρονεῖν ἢ λέγειν, ἄνθρωπον γενέσθαι καθ' ἡμᾶς τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, και ἐκωθῆναι σαρκὶ κατὰ ἀλήθειαν, τότε και δράκων ἡμᾶς ὁ ἀρχέκακος ἀποκτενεῖ, τῆς ἑαυτοῦ δυστροπίας ἴν ὡσπερ τινὰ ταῖς ἡμετέρας; διανοίαι; ἐνείεις τὴν πλάνησιν· διαφευξόμεθα δὲ, και τὰ τῆς ἐκείνου σκαλιότητος διακρουσόμεθα βλάβη, τοῖς τῆς καρδίας ὁμασιν ἐνωρῶντες τῷ ἔθει· τουτέστι, τὸ Χριστοῦ μυστήριον ἀκριβεῖ διανοίᾳ κατασκεπτόμενοι. Τότε γὰρ, τότε φρονούντες ὀρθᾶ, ἀνενοιάστως ὁμολογήσομεν ὅτι γέγονε σὰρξ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, και προῆλθεν ἐκ γυναικὸς μετὰ τοῦ μείναι Θεός, και ἔστιν ὁ αὐτός Θεός τε ὁμοῦ και ἄνθρωπος· οὔτε τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος; μέτροις ἐπερὸυθριῶν διὰ τε [Ισ. διὰ γε] τὸ τῆς ὑπεροχῆς ἀξίωμα· οὔτε μὴν τῆς θεοπερετοῦς ἐξουσίας, και ὑπερτάτης εὐκλείας ἐστερημένος διὰ τὸ ἀνθρώπινον. Οἱ δὲ δὴ τὰ τοιαῦδα διακρίνειν εἰ μάλα κατητισμένοι, δι' ἀμφοῖν τὸν ἕνα, και τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον ἰσχυρῶς και ἐξηγησάμενος συνιέντες, λέγουσιν· « Ἡ βλάβος πλοῦτος και σοφίας και γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, και ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; » Ἄλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ὡς ἀνεπίκτα τὰ και ἀκαλλῆ ταυτὶ διωθόμενος, τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐκλείας και ὑπεροχῆς, οὐ μετρίως οὔτοι ποιεῖσθαι κατατολμῆ τὴν κατάρβυσιν [Ισ. κατάρβυσιν]· και ἔτερον ὡσπερ αὐτῷ τὸ καθ' ἡμᾶς ἀπονέμων, και ἔτερον οὐδὲν, δεδοξάσθαι· φησὶν αὐτὸν παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐχ ὡς ἰδίᾳ δυνάμει χρωόμενον, τῆ δι' αὐτοῦ, και πληροῦν τὰ τῆς θεοσημείας, ἀλλ' ἐξωθεν και εἰσκακριμένως κερθαίνοντα, τὸ κατορθοῦν δύνασθαι τι τῶν τεθυμασμένων· ἵνα δὴ φαίνοιτο καθ' ἡμᾶς ἰαμάτων που τόχα χάρισμα λαθῶν, φάναι τε ὀφελῶν, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον· « Χάριτι δὲ Θεοῦ εἰμι ὁ εἰμι. » Οἷς γὰρ ἐπακτὸν και θύραθεν τὸ εἶναι τι και δύνασθαι κατορθοῦν, οὔτοι φαίεν ἂν εἰκότως και τὴν τοιάνδε φωνήν. Δεῖξαι γὰρ, ὡς οἴεται, βουληθεὶς ἰσουργῶν εἰς ἅπαντα τὴν ἁγίαν Τριάδα, πάλιν ὡδὲ φησιν·

[Ὁ Θεός Λόγος ἐγένετο σὰρξ, και ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Συνεκάθισεν ἑαυτῷ τὴν ἀναληφθεῖσαν ὁ Πατὴρ ἀνθρωπότητα. « Εἶπε γὰρ, φησὶν, ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. » Τὴν τοῦ ἀναληφθέντος τὸ Πνεῦμα κατελθὼν συνεκρότησε ὀδῶν. « Ὅταν γὰρ, φησὶν, ἔλθῃ τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει. » Βούλει και· ἄλλην ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς τῆς Τριάδος ἐνεργείαν; Ἐνῶχησεν ὁ Υἱὸς ἐν τῷ σώματι· συνέστησεν ὁ Πατὴρ βαπτιζόμενον· διέπλασεν ἐν Παρθένῳ τὸ Πνεῦμα.] *Εἶτα πάλιν φησὶ περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων*· [Ὁ Υἱὸς ἐξελέξατο. « Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς ἐξελεξάμην. » Ὁ Πατὴρ ἠγάπησεν· « Πάτερ γὰρ, φησὶν, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. » Τὸ Πνεῦμα κατεσκεύασε βήτορας.]

ΚΕΦΑΛΑ. Α'.

*Ὅτι μὲν οὖν ἄσφοδός τε και ἀτερπῆς ὁ σύμπαξ αὐ-

A turpem illam putantes erubescimus aut sentire aut dicere ipsum Dei Verbum factum esse nostri similem hominem, et carni secundum veritatem unitum, tum denique draco ille malorum origo nos occidet, in nostros animos malignitatis suae seductionem quasi venenum infundens; effugiemus autem, et illatam ab illius perversitate perniciem amoliamur, si cordis oculos in serpentem coniecerimus, hoc est, si Christi mysterium diligenti animadversione consideraverimus. Tum denique recte sentientes omni dubitatione remota constebimur ipsum Dei Verbum factum esse carnem, et ita ex muliere prodiisse, ut maneret Deus, eundemque Deum simul et hominem esse, neque de humanitatis mensuris erubescerentem propter excellentiae dignitatem, neque rursus divinae illius potestatis et summae gloriae expertem propter humanitatem. Qui igitur ejusmodi res probe discernere consueverunt, ut per utrumque unum, et ejus mysterium subtiliter et accurate intelligant, dicunt: « O altitudo divitiarum et sapientiae et scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ejus! Quis enim cognovit sensum Domini? » Sed nescio qua de causa iste homo his rebus, quasi impossibiles sint et absurdæ, rejectis, superbe audeat Salvatoris vestri gloriae et excellentiae detrabere, et mensuram illi nostram tribuens, et praeterea nihil, gloriolatum eum dicat a Spiritu sancto, ejus virtute non ut propria utentem, et divina signa facere, sed ad miracula edenda, extrinseca et adventitia vi praeditum, ut jam videatur nostro **97** more curationum gratiam accepisse, et cum beato Paulo dicere debere: « Gratia Dei sum id quod sum ^{43,44}. » Quibus enim adventitium est et quasi extrinsecus impertitum ut aliquid sint, ac perficere possint, ii merito hanc vocem emittere poterunt. Volens enim ostendere, ut putat, ad omnia paris esse efficaciae sanctam Trinitatem, rursus in hunc modum dicit:

NESTOR. [Deus Verbum factum est caro, et habitavit in nobis ⁴⁵. Secum considerare fecit Pater assumptam humanitatem: « Dixit enim, inquit, Dominus Domino meo: Sede a dextris meis ⁴⁶. » Gloriam assumpti Spiritus descendens comparavit: « Cum venerit, inquit, Spiritus veritatis, ille me glorificabit ⁴⁷. » Visne etiam aliam ad haec adjiciamus Trinitatis efficientiam? Habitavit Filius in corpore: commendavit baptismum Pater; efformavit eum in Virgine Spiritus.] *Deinde rursus ait de sanctis apostolis*: [Filius elegit: « Ego enim, inquit, elegi vos ⁴⁸. » Pater sanctificavit: « Pater, inquit, sanctifica eos in veritate tua ⁴⁹. » Spiritus effecit oratores.]

CAP. I.

Totum quidem sermonem ab eo habitum, et

⁴³ Rom. xi, 35. ^{44,45} I Cor. xv, 10. ⁴⁶ Joan. i, 14. ⁴⁷ Psal. cix, 1. ⁴⁸ Joan. xvi, 13, 14. ⁴⁹ Joan. xv, 16. ⁵⁰ Joan. xvii, 17.

imperitum esse et molestum, facillimum est ostendere: sed in eo quomodo etiam insanit exponam. Una est enim divinitatis natura, sed subsistit proprie ac singulariter Pater, et Filius, itidemque Spiritus: efficiuntur autem omnia a Patre, et per Filium in Spiritu; et dum Pater movetur ad efficientiam aliorum, procul dubio efficit Filius in Spiritu: et si quid Filius complere dicitur aut Spiritus, hoc sane prorsus est ex Patre, ac per totam pergit sanctam et consubstantialem Trinitatem in quamcumque rem tendens operatio atque voluntas. Verumtamen in his illud dicendum est. Vide rursus ut aperte et evidenter, quamvis illud ex Deo Patre Verbum factum esse carnem dicat, tamen corruptat vim sententiarum et a recto tramite longius abducatur, dum ipsam incarnationem esse tanquam ejus efficientiam pronuntiat; subjicit enim illico: « Visne etiam aliam ad hæc ipsius Trinitatis efficientiam? quasi jam priorem Dei Verbi fuisse ostenderit efficientiam, id ipsum quod caro factum est, secundum Scripturas: et quænam sit illa altera post illam priorem efficientia, demonstrat, ut ipse putat, ac dicit: « Habitavit Filius in corpore. » Ergo Deifer homo erit Christus: deinde id solum in homine effecisse Dei Patrisque Verbum, perspicuum erit; itaque quamvis dicat beatus evangelista: **98** « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, » nil aliud indicat nisi illud solum, nimirum ipsum Deum Verbum in homine habitasse, ut etiam in nobis ipsis. Templamque sumus Dei viventis⁹⁹; et in hoc cognoscimus quod in nobis est, quia ex Spiritu suo dedit nobis¹⁰⁰. Sed id fortasse minime dices, blasphemiam reformidans: ac nobiscum confiteberis ipsum Dei Verbum hominem factum: idque esse incarnationem: consenties etiam mansisse Deum, et suæ naturæ decus servasse, quamvis appellatus sit Filius hominis, idque secundum veritatem fuerit. Quid igitur jam tibi accidit, ut diceres ipsum Patrem simul secum considerare fecisse humanitatem assumptam, ac non potius in suæ ipsius divinitatis sedibus constituisse ex Dei Patrisque beneplacito, ortum ex eo Verbum etiam postquam factum est homo, ne ipsius humanitas tanquam ab eo diversa intelligatur aut dicatur a nobis, cum vera unio et unum esse illum ostendat nobis et ejus carnem non esse ab eo alienam? Convinceris ergo in hoc quoque mendax, et a recta rationatione non parum aberrans. Ac si nihil aliud est dicere Verbum factum esse carnem, nisi quod factum est homo, servata excellentia divinitatis, manensque quod erat, quamam externa gloria opus habuit, cum ipse Dominus esset gloriæ? Glorificabatur enim sine dubio, Spiritu divina efficiente signa, non ut Deifer homo, ab externa superioreque natura eo munere comparato, ut nobis accidit, sed Spiritu tanquam proprio usus. Deus enim erat ex natura; ideoque Spiritus ejus ab eo non erat alie-

Α τῷ παροίηται λόγος, καταβείζει βῆρον· παραπαλαί δὲ κᾶν τούτῳ, καὶ ὅπως, ἐρῶ. Μία μὲν γὰρ θεότητις φύσις, ὑφέστηκε δὲ ἰδικῶς ὁ Πατήρ, καὶ μέντοι καὶ ὁ Υἱός, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα. Πράττεται γὰρ μὴν τὰ πάντα παρὰ Πατρὸς, καὶ δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι· καὶ ὅσον κεκινημένον τοῦ Πατρὸς εἰς ἐνέργειαν τὴν ἐπὶ τοῖσιν, ἐνεργεῖ δὲ πάντως ὁ Υἱὸς ἐν Πνεύματι· κᾶν εἴ τι λέγοιτο πληροῦν ὁ Υἱὸς ἢ τὸ Πνεῦμα, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶν ἐκ Πατρὸς, καὶ διὰ πάσης ἔρχεται τῆς ἀγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, ἢ εἰς πᾶν ἕτιον ἐνέργειά τε καὶ βούλησις. Πλὴν ἐν γε τοῦτοις ἐκεῖνο φάμεν. Ἄθραι δὴ πάλιν, ὡς σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς, καίτοι σάρκα λέγων τὸν ἐκ Θεοῦ γεγενῆσθαι Λόγον, τὴν τῶν ἐνοιῶν παρασημαίνει δύναμιν, καὶ τῆς ὁρθότητος ἀποφέρει μακράν· ὡς ἐν-
 Β ἐργεῖαν αὐτοῦ τὴν σάρκωσιν ἀποφαίνων. Ἐπιφέρει γὰρ εὐθύς: « Βούλει καὶ ἀλλῆν ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς τῆς Τριάδος ἐνέργειαν; » ὡς ἤδη πρώτην ἀποδείχως ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὸ σάρκα γενέσθαι, κατὰ τὰς Γραφάς. Καὶ τίς ἢ ἕτέρα μετὰ τὴν πρώτην ἐνέργειαν διαδεικνυσιν [Ἰσ. δεικνύς], ὡσπερ οἴεται, φησὶν: « Ἐνύκησεν ὁ Υἱὸς ἐν τῷ σώματι. » Θεοφόρος οὖν ἄνθρωπος ὁ Χριστός. Εἶτα καὶ μόνον τοῦτο ἐνεργήσας εἰς ἄνθρωπον ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς διαφαίνεται Λόγος· ὥστε, κᾶν εἰ λέγοι τυχὴν ὁ μακάριος εὐαγγελιστής, « Ὁ Λόγος, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » καταδηλοῦν ἡμῖν ἕτερον οὐδὲν, πλὴν ἐκεῖνο καὶ μόνον, ὅτι κατέφυκησεν ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, καθὰ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς. Ναοὶ γὰρ ἐσμεν Θεοῦ ζῶντος, καὶ ἐν τούτῳ γινώσκωμεν ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστὶν, ὅτι ἐκ τοῦ
 C Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν. Ἄλλ' οὐ τοῦτο μὲν ἴσως ἔρεῖς, καταναρχήσας τὴν δυσφημίαν· ὁμολογήσεις δὲ μεθ' ἡμῶν, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ σάρκωσις. Συνήρησθαι δὲ, ὅτι μεμένηκε Θεός, καὶ τὴν ἰδίαν φύσιν διεσώσατο κάλλος· κᾶν εἰ κεχηρημάτικον Υἱὸς ἀνθρώπου, γέγονέ τε τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν. Εἶτα τί μαθῶν [Ἰσ. πικυῶν], συγκαθίσαι φησὶ ἐαυτῷ τὸν Πατέρα, τὴν ἀναληψθεῖσιν ἀνθρωπότητα, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον, τίς τῆς ἰδίας θεότητος ἐνιδρύσθαι θύκεις, ἐν εὐδοκίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἄνθρωπον γεγονότα τὸν ἐξ αὐτοῦ φόντα Λόγον, ἵνα μὴ ὡς ἕτερα τι παρ' αὐτὸν ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ πρὸς ἡμῶν νοοῖτο καὶ λέγοιτο, καίτοι τῆς κατὰ ἀλήθειαν ἐνώσεως, ἵνα τε ἡμῖν ἀποφαινούσης αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ τὴν σάρκα
 D αὐτοῦ; Ψευδοεπιθῆσιν οὖν ἄρα, καὶ λογισμοῦ τοῦ καθήκοντος οὐ μετρίως ἡμαρτηκώς, ἀλίσκεν κᾶν τούτῳ. Καὶ εἰ μὴδὲν ἕτερον ἐστὶ τὸ φάναι δὴ σάρκα γεγενῆσθαι τὸν Λόγον, ἢ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ἐν ὑπεροχῇ θεότητος ὢν, καὶ μεμένηκώς ὅπερ ἦν, ποίας ἀνέδεθη τῆς ἐξωθεν δόξης, καίτοι τῆς δόξης Κύριος ὢν αὐτός; Ἐδοξάζετο μὲν γὰρ ὁμολογουμένως, ἐνεργούντος τοῦ Πνεύματος τὰς θεοσημίας· ἀλλ' οὐκ ὡς ἄνθρωπος θεοφόρος, ἐξ ὀθνείας τε καὶ ὑπερκειμένης φύσεως τὸ χρῆμα κερδαίνων, καθὰ καὶ ἡμεῖς· ὡς ἰδίῳ δὲ μᾶλλον κεχηρημένος τῷ Πνεύματι. Θεὸς γὰρ ἦν φύσει, καὶ οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα

⁹⁹ I Cor. vi, 16. ¹⁰⁰ I Joan. iv, 13.

αὐτοῦ. Οὐκοῦν οὐκ ἐξώθεν, οὐδὲ εἰσποίητον αὐτῷ δε-
 δόσθαι φαρμὴν τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν, καθὰ
 καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, ἦγον τοὺς ἁγίους ἀποστόλους. Δε-
 δώρηται γὰρ αὐτοῖς ἐξουσίαν ὁ Χριστὸς κατὰ πνευ-
 μάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ· προστέταξε
 δὲ θεραπεύειν, καὶ πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλα-
 κίαν ἐν τῷ λαῷ. Οἴκοθεν οὖν ἄρα καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ
 Πνεῦμα αὐτοῦ. Καὶ τούτου σαφὴς ἀπόδειξις εἴη ἂν,
 τὸ καὶ ἑτέροις δύνασθαι χορηγεῖν αὐτὸ, καὶ οὐκ ἐκ
 μέτρου, καθὰ φησὶν ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς· ἐπι-
 μέτησε μὲν γὰρ τοῖς ἁγίοις τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος
 χάριν ὁ τῶν ὄλων Θεός· καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε λόγον σο-
 φίας· ἄλλω δὲ λόγον γνώσεως· ἑτέρω δὲ χάρισμα
 λαμάτων· καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἔστι τὸ, ὡς ἐκ μέτρου δύ-
 νασθαι τοὺς ἔχοντας ἐνέργειαν. Ὁ δὲ γὰρ Κύριος ἡμῶν
 Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐξ ἰδίου πληρώματος προίεις τὸ
 Πνεῦμα, καθὰ καὶ αὐτὸς ὁ Πατήρ, οὐκ ὡς ἐκ μέτρου
 δίδωσιν αὐτὸ τοῖς ἁγίοις ἐλεῖν. Ἀνθότου δὴ οὖν, ὧ
 βέλτιστε, τὸν οὐκ ἐκ μέτρου δίδοντα τὸ Πνεῦμα τοῖς
 μεμετρημένον ἔχουσιν αὐτὸ ποιεῖς ἐναριθμῶν; συγ-
 κεκροτῆσθαι λέγων παρὰ τοῦ Πνεύματος τὴν δόξαν
 αὐτοῦ, καὶ ἐνηργησθαι μᾶλλον, ὡς ἓνα τῶν καθ' ἡμᾶς,
 ἐν χάριτος τάξει λαβόντα τὴν παρ' αὐτοῦ συγκρό-
 τησιν, ἦγον ἐνεργῆσαι μᾶλλον ὡς δι' ἰδίου Πνεύ-
 ματος τὰς θεοσημίας. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ οἱ πάντολ-
 μοι, πικρὰν ἐπ' αὐτῷ καταθήγοντες γλώτταν, ἀνο-
 σίως ἔφασκον· « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ
 μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοῦλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων »· ὁ δὲ
 γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἀμαθαινοντας οὐ
 μικρῶς, μᾶλλον δὲ καὶ δυσσεβούτας ἐλέγχων, « Εἰ
 ἐγὼ, φησὶν, ἐν Βεελζεβοῦλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων
 ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβα-
 λούσι; »· Ἐθαύμασται γὰρ ὁ λαμπρὸς καὶ μέγας τῶν
 ἁγίων ἀποστόλων χορδὸς, ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ
 τοῦ Ναζωραίου πληρῶν τὰ παραδόξα· καὶ γοῦν ὑπε-
 ἔστρεφον χαίροντες τε καὶ λέγοντες· « Κύριε, καὶ τὰ
 δαιμόνια ἡμῖν ὑποτάσσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου. »
 Ἄλλ' εἴπερ ἔστιν ἐφικτὸν ἐν ὀνόματι τίνος τῶν ἐνερ-
 γουμένων, καὶ ἑτέροις δύνασθαι τὰ ἴσα πληροῦν,
 ἡχέτω· φραζέτω διὰ ποίαν αἰτίαν οὐδεὶς ἐν ὀνόματι
 τῶν ἁγίων τινός, ἢ ἀκαθάρτοις πνεύμασι ἐπιτιμῆσας
 θαυμάζεται, ἦγον ἕτερόν τι τῶν πέρα λόγου τετε-
 λεκώς. Ἄλλ' οἱ μὲν ἐνήργηται παρὰ τοῦ Πνεύμα-
 τος, καὶ μεμετρημένην ἔχουσι χάριν· ὁ δὲ, ὡς Θεός
 ἐνεργεῖ, καὶ ὡς δι' ἰδίου Πνεύματος ἀμογητὶ κατορ-
 θεῖ τὰ δι' ὧν θαυμάζεται. Καὶ γοῦν ἡ τὴν τοῦ αἵμα-
 τος ῥύσιν ἀβρωστήσασα γυνὴ προσελθοῦσά ποτε
 λεληθότως ἀπὸ θπισθεν αὐτοῦ, γέγραπται ὡδί, ἤψατο
 τοῦ κρᾶσπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, καὶ παρασχῆμα
 ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς. Ὁ δὲ καὶ συν-
 εις ὁ Χριστὸς, « Τίς ὁ ἀψάμενός μου; » φησὶν.
 Ἐπειδὴ πρὸς τοῦτο ἔφασκον οἱ θεοσέπειοι μαθηταί·
 « Ἐπιστάτα, βλέπεις, οἱ ὄχλοι συνέχουσίν σε καὶ ἀπο-
 θλιβόσαι; »· πάλιν ἔφασκεν αὐτός· « Ἠψατό μου τις·
 ἐγὼ γὰρ ἔγνω δύναμιν ἐξελαθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ. » Συν-

anus. Non igitur extrinsecus, neque ascitam aliunde
 dicimus ipsi datam Spiritus efficientiam similiter
 ac nobis ipsis, aut etiam sanctis apostolis. Dedit
 enim illis Christus potestatem adversus spiritus im-
 mundos ut eos ejicerent : jussit etiam ut curarent
 omnem infirmitatem et omnem languorem in po-
 pulo⁵⁵. Intrinsecus igitur et ab ipso est Spiritus
 ejus : cujus rei perspicuum est argumentum, quod
 etiam aliis illum tribuere potest, et non ex men-
 sura, ut ait beatus evangelista⁵⁶ ; nam ille om-
 nium Deus ad mensuram quidem tribuit sanctis viris
 Spiritus sancti gratiam, et alii quidem dedit sermo-
 nem sapientiæ, alii sermonei scientiæ, alteri gratiam
 curationum⁵⁷ : idque est, ut opinor, quod tan-
 quam ex mensura possunt ii qui habent efficientiam.

B 99 At vero Dominus noster Jesus Christus ex sua
 plevitudine profundens Spiritum, ut etiam (1) Pater,
 non illum dat tanquam ex mensura iis qui digni
 sunt accipere. Quamvis igitur de causa, vir egregie,
 eum qui non ex mensura dat Spiritum, in eorum
 numerum refers qui dimensum illum habent, dum
 comparatam a Spiritu ejus gloriam dicis, et illius
 efficientiæ subjectum potius, ut unum e nobis gra-
 tiæ loco ejus cooperationem accepisse, quam pro-
 prio Spiritu divina signa effecisse? Judei namque,
 ad omnia audacissimi cum venenatam linguam ad-
 versus illum exaceruerent, impie dicebant : « Hic non
 ejicit dæmonia nisi in Beelzebub, principe dæmo-
 niorum⁵⁸. » Dominus vero noster Jesus Christus
 illos non modica incertitia, imo vero etiam impietate
 laborare coarguens : « Si ego, inquit, in Beelzebub
 ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt⁵⁹ ? »
 Erat enim in admiratione clarus ille et magnus
 sanctorum apostolorum chorus, cum in nomine
 Jesu Christi Nazareni ederet miracula : itaque re-
 vertebantur gaudentes ac dicentes : « Domine, in
 nomine tuo etiam dæmonia subjiciuntur nobis⁶⁰. »
 Sed si fieri potest ut in nomine alicujus eorum qui
 ad efficiendum ab alio moventur, etiam alii similia pos-
 sint efficere, prodeat ac dicat, quam ob causam nemo
 celebretur quod in illius sancti viri nomine vel spiritus
 impuros increparit, vel aliud quidpiam quod supra ra-
 tionem sit, perfecerit. Sed illi quidem a Spiritu ad
 opus efficiendum impelluntur, et dimensam habent
 gratiam; hic vero ut Deus operatur, et tanquam per
 proprium Spiritum sine labore miracula perficit. De-
 nique illa mulier quæ sanguinis fluxu laborabat, cum
 accessisset clam a tergo, sicut scriptum est⁶¹, tetigit
 limbriam vestimenti ejus : et continuo stetit fluxus
 sanguinis ejus. Quo cognito Christus : « Quis me,
 inquit, tetigit ? » cumque ad id dicerent sancti
 apostoli : « Præceptor, vides, turbæ te comprimunt
 et affligunt ; » rursus ipse dixit : « Tetigit me ali-
 quis, ego enim novi virtutem a me exire⁶². » In-
 telligis ergo quemadmodum non vim extrinsecus

⁵⁵ Matth. x, 8, 9; Luc. ix, 1. ⁵⁶ Joan. iii, 34. ⁵⁷ I Cor. xii, 8-10. ⁵⁸ Matth. xii, 24. ⁵⁹ ibid. 27.
⁶⁰ Luc. x, 17. ⁶¹ Luc. viii, 43, 44. ⁶² ibid. 43, 46.

(1) Et hic locus aperte declarat Spiritum ex Filio etiam procedere.

ascitam, sed intrinsicens et ex seipso habeat ut operari et efficere possit, et ab infirmitatibus liberare. Scribit etiam alicubi beatus evangelista Matthæus : « Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes ⁶⁰. » **100** Virtus ergo ejus est ejus Spiritus : idque confirmat beatus David cum dicit : « Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum ⁶¹. » Os autem Dei ac Patris, ipsum ex eo Verbum appellat, cujus Spiritu, quæ per ipsum facta sunt, continentur ut subsistant. Hæcenus igitur dixi quemadmodum pietatis mysterium, quod ipsi quoque admirantur angeli, ad nihilum deducant; et negligens dogmata veritatis, extenuet, dicens : « Visne et aliam ad hæc adjiciamus Trinitatis operationem? Inhabitavit Filius in corpore : commendavit baptizatum Pater : formavit in Virgine Spiritus. » Porro cum his quæ a nobis dicta sunt, congruere veritatem, neque adversus ejus verba fictam nos composuisse declamationem, sed apertam veramque redargutionem, ipse perspicuum faciet, cum alibi sic dicat :

ΝΕΣΤΟΡ. [Atque cooperationis hujus evitans est argumentum : Filius est factus homo, Pater in throno collocavit, Spiritus signis honestavit.]

CAP. II.

An vero posthac ambiget quisquam, sententiarum ejus intentionem ad inscitiam simul impietatemque spectare, et adversus pietatis dogmata cum audacter insurgere? qui sicut ipsum Dei Verbum esse carnem factum stulte rejiciens, operatum fuisse ait illam inhabitationem in homine; ita rursus accipit quod homo factus est : quamvis universæ per orbem terrarum sanctæ Ecclesiæ, et ipsi venerabiles Patres qui rectæ et immaculatæ fidei definitionem nobis ediderunt, sancto Spiritu in eis loquente, incarnatum esse et hominem factum Dei Verbum, non aliud esse intelligant, nisi factum esse nostri similem hominem, et secundum carnem ex muliere natum, quia nobiscum factus est sub lege, qui tanquam Deus est supra legem. Quoniam vero, ut sæpius dixi, id ipsi propositum est, ut veritatem infirmet, hac de causa et quidem audacter solus reluctatur, et cum omnium sententia pugnat, et adversus ineffabilem gloriam arma movet; et quod ipsi solum placet velut quisquilias quasdam in Dei Ecclesiis invehere conatur : affirmat enim nihil aliud esse humanationem nisi inhabitationem, non quod carnis et sanguinis similiter ac nos particeps fieri voluerit ipsum Dei **101** Verbum; tametsi in omnibus sanctis hominibus habitavit, et adhuc inhabitet ipsum Verbum, semel autem sit factum in nostris, et carni uni secundum hypostasim communicaverit, in qua etiam pro nobis mortuus esse et resurrexisse creditur,

⁶⁰ Imo Luc. vi, 19. ⁶¹ Psal. xxii, 6.

Α ιελς [συνίης] οὖν ὅπως οὐκ εἰσκακριμένον ἐξῶθεν, ἀλλ' οἰκοθεν ἔχει καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι, καὶ ἀπαλλάττειν ἀβύωστημάτων. Γράφει δὲ πού καὶ ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος· « Καὶ πῶς ὁ ὄχλος ἐξήγει ἀπτεσθαὶ αὐτοῦ, ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἴατο πάντας. » Δύναμις οὖν αὐτοῦ, τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· καὶ πιστώσεται λέγων ὁ θεοπέσιος Δαβὶδ· « Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Ἡ στόμα δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὸν ἐξ αὐτοῦ φησι Λόγον, οὗ τῷ Πνεύματι διακρατεῖται πρὸς ὑπαρξιν, τὰ δι' αὐτοῦ γεγνότα. Ἦδη μὲν οὖν ἐφην ὅτι τῆς εὐσεβείας τὸ μυστήριον, ὃ καὶ παρ' αὐτοῖς θεοθάμναται τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, κατακομίζει πρὸς τὸ μὴ ἔν, καὶ τῶν εἰς ἀλήθειαν δογμάτων οὐ πεφροντικῶς, κατασμικρύνει, λέγων· « Βούλει καὶ ἄλλην ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς τῆς Τριάδος ἐνεργεῖαν, Ἐνψύκησεν ὁ Υἱὸς ἐν τῷ σώματι· συνέστησεν ὁ Πατὴρ βαπτίζόμενον· διέπλασεν ἐν Παρθένῳ τὸ Πνεῦμα. » Ὅτι δὲ τοῖς πρὸς ἡμῶν εἰρημένοις ἐφέται δὴ πάντως τὸ ἀληθές, καὶ οὐ ψιλὴν κατὰ ῥῆσιν [Ἰσ. κατὰ ῥῆσιν] τῶν αὐτοῦ πεποίημεθα λόγων, Ἐλεγχον δὲ μᾶλλον σαφῆ τε καὶ ἀληθῆ, διαδείξει δὲ [Ἰσ. δὴ] λέγων αὐτὸς ἐν ἐτέροις ὡδί.

[Καὶ τῆς συνεργείας ἡ ἀπόδειξις πρόδηλος· ὁ Υἱὸς ἐνηυθρώπησεν· ὁ Πατὴρ ἐνεθρόνησε· τὸ Πνεῦμα σημεῖοις ἐσέμυνε.]

ΚΕΦΑΛ. Β΄.

Ἄρ' οὖν ἐνδοιάσειεν ἄν καὶ μετὰ τοῦτό τις, ὅτι τῶν ἐννοιῶν ὁ σκοπὸς αὐτῷ, πρὸς ἀμαθίαν τε ὁμοῦ καὶ ἀνοσιότητα βλέπει, καὶ τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων καταβρασύνεται; ὡς περὶ τὸ γενέσθαι σάρκα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ἀσυνέτως ἐκβαλῶν, ἐνεργῆσαι φησιν εἰς ἄνθρωπον τὴν ἐνοίκησιν, οὕτω δὴ πάλιν τὸ ἐνανθρωπήσαι δέχεται· καίτοι τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἄγων Ἐκκλησιῶν, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν αἰοδιμῶν Πατέρων, οἱ τὸν τῆς ὀρθῆς τε καὶ ἀμωμήτου πίστεως ὄρον ἡμῖν ἐξήνεγκαν, λαλοῦντος ἐν αὐτοῖς; τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸ σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνανθρωπήσαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, οὐδὲν ἕτερον εἶναι νοούντων, πλὴν ὅτι μόνον τὸ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον, ἀποτεχθῆναι τε κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, ὅτι καὶ γέγονε μεθ' ἡμῶν ὑπὸ νόμον, ὃ ὑπὲρ νόμον ὡς Θεός. Ἐπειδὴ δὲ ὡς ἤδη πλειστάκις ἐφην, σκοπὸς αὐτῷ παραλύειν τὴν ἀλήθειαν, ταύτην τοι καὶ μάλα νεανικῶς ἀνταίρει μόνος, καὶ ταῖς ἀπάντων μάχεται γυνώμαις, καὶ κατὰ τῆς ἀβήτου δόξης τὰ ὅπλα κινεῖ· καὶ τὸ αὐτῷ καὶ μόνῳ δοκοῦν, συρφετὸν ὡς περὶ τινὰ ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ παρεισκρίνει ἐπιχειρεῖ· διῆσχυρίζεται γὰρ ἐνοίκησιν εἶναι τὴν ἐνανθρώπησιν· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὸ, αἵματος καὶ σαρκὸς, παραπλησίως ἡμῖν μετασχεῖν ἐλέσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον· καὶ τοι πᾶσι μὲν τοῖς ἁγίοις ἐνοικηκός τε καὶ ἐνοικούντος ἐστὶ τοῦ Λόγου· γεγονότος δὲ ἅπαξ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ σαρκὶ μίξ καθ' ὑπόστασιν κεκοινωνηκός, καθ' ἣν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανεῖν τε καὶ ἐγγεῖρθαι πιστεύεται, σαρκὶ πέπονθεν ἐκόν. Ὅτι δὲ

καὶ εἰκὴ παραβρίπτει λόγους, καὶ τῆς τῶν φωνῶν ἀτοπίας ὀλίγα περροντικῶς, σημεῖους φησὶ τοῖς διὰ τοῦ Πνεύματος κατασεμνύνεσθαι τὸν Χριστὸν, ὁ γεγωνως ἡμῖν ἐναγχως, καὶ διαρκῶς, ὡς γε οἶμαι, ἔδειξε λόγος· βασανίζωμεν, εἰ δοκεῖ, τὰς ἐτέρας αὐτοῦ φωνάς. «Ὁ Πατήρ, φησὶ, συνέστησε.» τὸ μὲν οὖν, συνέστησεν, ὃ τί ποτὲ ἔστιν ἐν τούτοις οὐκ ἂν ἔχοιμι νεῖν· καὶ γὰρ ἔστιν ὁμολογουμένως· ἀγοραία τε καὶ ἀγυρτώδης, καὶ τερθρείας ἰδιωτικῆς ἀνάμεστος ἡ φωνή· πλὴν οἶμαι δηλοῦν ἐθέλειν αὐτὸ, τὸ παρεθετο, φέρε εἰπεῖν, ἤγουν μεμαρτύρηκε Πῶς οὖν, εἰπέ μοι, συνέστησεν ὁ Πατήρ, ἐνοικῆσαι; θείας ἤξιωμένον; ἢ τοῦτο μὲν ἤμιστά γε· κατέδειξε δὲ μᾶλλον ἐνανθρωπήσαντα τὸν Ἰδιον Υἱόν, μεμενηκότα δὲ καὶ ἐν σαρκί, τοῦθ' ὅπερ ἦν τε, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, Θεὸν δηλονότι. «Ἰησοῦς γὰρ Χριστὸς ὁ χθὲς, καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.» Φέρε τοίνυν τὰς ἐπ' αὐτῷ πολυπραγμονώμεν φωνάς. Τί φησὶν ὁ εὐαγγελιστής; «Καὶ ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης λέγων· Ὅτι τεθέαμαι τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν· τῷ-τός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· καὶ ὡς ἔώρακα καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.» Εἶη μὲν γὰρ οἰκονομικῶς ἀγιάσαν τὸν Ἰορδάνην ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός· κατηξίω δὲ σὺν ἡμῖν βαπτίζεσθαι, τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τὸ μυστήριον διὰ τῶν αὐτῆ προπόντων δικαιοῦμενος τρόπων. Ἐδεῖ γὰρ ἀνθρώπων γεγονότα γινώσκεισθαι τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον· ἀλλ' ἐβαπτίζετο μὲν, ὡς ἀνθρώπος, ἐβάπτιζε δὲ θεϊκῶς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Καὶ οὐ δὴ πού φαμεν, ἢ ὑπουργικῶς, ἢ ὡς παρ' ἐτέρου τινὸς τοῖς βαπτίζομένοις τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος διηκονεῖτο μέθεξιν· ἀπέτέλει δὲ μᾶλλον ἡγιασμένους, ὡς φύσει Θεὸς ἐνεῖς αὐτὸς ἐξ ἰδίου πληρώματος. Πῶς οὖν ἀφειδήσας τῶν εἰς ὀρθότητα λόγων, καὶ μὲν τοὶ καὶ ἐνοιοῦν, ἐνηργησθαι φησὶ; ἐν ἀνθρώπῳ τὴν ἐνοικῆσιν παρὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου; καίτοι πλείστον τε ὄσων ἁγίων, ἐν γε δὴ σφίσι αὐτοῖς ἐσχηκότων ἐνοικῶν τὴν τῶν ὅλων Θεόν· βαπτίσαντος; δὲ οὐδεὶς ἐν ἰδίῳ πνεύματι, ἤγουν θεϊκῶς ἐνοικῆσαί τισιν εἰρημένους καὶ ἐνοικηκότος· καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν αὐλίξεται διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἴδιον αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς; Καὶ πρὸς γε τοῦτο ἡμᾶς ἐμπεδοί λέγων αὐτός· «Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ.» Ἄθροι δὴ οὖν ὅπως τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορευόμενον Πνεῦμα, τοῦτο καὶ τῆς ἀληθείας ἴδιον εἶναι φησὶ [Ἰσ. φησὶν]. Αὐτὸς δὲ πού πάντως ἔστιν ἡ ἀλήθεια. Εἴτα πῶς, εἴπερ ἔστιν ἀληθῶς οὐκ ἐνανθρωπήσας Θεός, ἀνθρώπος δὲ μᾶλλον, τὴν θεῖαν ἐνοικῆσιν, ὡς ἐνέργειαν ἔχων, ὡς ἴδιον Πνεῦμα τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν καταπέμψειν ἐπαγγέλλεται; Ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἔφην, τὴν τοῦ μυστηρίου δόξαν κατασεῖε πρὸς τὸ μηδὲν, μερίζων ὡσπερ τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν ἐπὶ τισι τῶν δρωμένων ἐνέργειαν, ἐκά-

A sponte carne passus est. Porro illum temere verba jactare, et de vocum absurditate parum curare, cum dicit, signis per Spiritum editis honestari Christum; proximo superiori sermone satis, ut opinor, ostendimus: itaque reliquas ejus voces, si placet, examineinus. «Pater, inquit, commendavit;» ac verbum commendandi, quidnam hoc loco sit, intelligere non possum: nam ea vox e mediis nudinis est, et vili concione et plebeia nugatione plena; sed tamen puto significare, deposuit, verbi gratia, vel, testatus est. Quomodo igitur, rogo te, commendavit Pater hominem inhabitatione divina dignatum? an vero id minime, sed ostendit potius proprium Filium hominem factum, manentem tamen etiam in carne id ipsum quod erat, et est, et erit, nempe Deum? B «Jesus Christus enim heri et hodie, idem et in sæcula⁶².» Age igitur, voces de eo dictas exquiramus. Quid ergo ait evangelista? «Et testimonium perhibuit Joannes, dicens, «Vidi Spiritum descendentem sicut columbam e caelo, et manentem super eum: hic est qui baptizat in Spiritu sancto; et ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei⁶³.» Ibat enim dispensatoria ratione Dominus noster Jesus Christus ut Jordanem sanctificaret, dignatusque est baptizari nobiscum, ut mysterium illius secundum carnem dispensationis modis illi convenientibus exsequeretur: oportebat enim ut illud ex Deo Patre Verbum hominem esse factum agnosceretur: sed baptizabatur quidem ut homo, baptizabat autem ut Deus in Spiritu sancto. Neque vero dicimus vel more subservientium, vel tanquam ab alio quopiam Spiritus sancti participationem subministrasse, sed potius tanquam ex natura Deum ex plenitudine sua infundentem, sanctificatos reddidisse. Cur ergo rectis verbis sentiētiisque neglectis, effectam esse asseris inhabitationem in homine ab ipso Dei Verbo; quamvis quamplurimi sancti viri inhabitationem in se ipsis habuerint illum universorum Deum, et ex iis nemo in suo spiritu baptizaverit, aut divino more in aliquibus habitaverit, aut inhabitasse dictus sit, cum ipse Christus 102 in nobis habitet per sanctum Spiritum, qui est ejus quoque proprius, ut etiam procul dubio Dei ac Patris? Et in hac sententia ipse nos confirmat, dicens: D «Cum venerit Paraclētus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me⁶⁴.» Considera igitur quemadmodum Spiritum a Deo et Patre procedentem, eundem etiam veritatis proprium esse dicit; ipse autem prorsus est veritas⁶⁵. Atqui si revera non Deus homo factus est, sed homo potius est divinam inhabitationem tanquam operationem qua diceatur habens, quomodo in se credentibus Dei Patrisque Spiritum tanquam proprium se missurum pollicetur? Sed, ut jam dixi, tanti mysterii magnitudinem ad nihilum dejicit, dividens quodammodo per quædam opera illam sanctæ Trinitatis efficien-

⁶² Hebr. xiii, 8. ⁶³ Joan. i, 33, 34. ⁶⁴ Joan. xv, 26. ⁶⁵ Joan. xiv, 6.

tiam, et cuique hypostasi privatim tribuens, quod non fecit altera. Rursus ita dixit : [Filius elegit ; « Ego enim, inquit, vos elegi. » Pater sanctificavit : Spiritus effecit oratores.] O immodicam emotæ mentis insaniam ! Si omnia facta sunt a Patre per Filium in Spiritu, neque aliquid fieri contingit a Deo et Patre, nisi hoc ipso modo, qui fieri potest ut non sit plane stupidus, qui immortalis illius et unius divinitatis quibusdam in rebus operationes hypostasibus privatim ac proprie impertitur, nec potius affirmat singula quæ geruntur, a Patre per Filium in Spiritu esse facta ? Nam si est Filius et consilium, et sapientia, et virtus Patris⁶⁶, prorsus omnia Pater per Filium tanquam per consilium et sapientiam et virtutem operabitur. Sic optimorum habita ratione discipulos elegit, sic jam electos dicimus fuisse sanctificados, sic factos oratores, tanquam ex una videret deitate, a Patre per Filium in Spiritu. « Pater, inquit, sancte, sanctifica illos in veritate tua. » Sanctificat ergo ipsa Veritas, hoc est, Filius : immittit etiam sanctum Spiritum similiter, et efficit sapientes, ac per sancti Spiritus operationem religiose eloquentes. Itaque in Matthæi Evangelio dixit discipulis suis : « Cum tradiderint vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini ; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis⁶⁷. » In Lucæ autem Evangelio : « Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt contradicere et resistere omnes adversarii vestri⁶⁸. » Audisne quemadmodum, loquente in ipsis sancto Spiritu, ipse dat os ? est enim sermonis dator utpote Verbum et Spiritus tributor, ut qui illum proprium naturaliter habeat, sicut etiam ipse Pater. Eadem igitur operatur sancta Trinitas, et quæcunque gesserit ac valuerit Pater efficere, eadem et Filius eodem modo facit, similiterque Spiritus sanctus. Singulis vero hypostasibus tribuere seorsim operationes cuique proprias, nihil est aliud quam tres seorsim et prorsus inter se disjunctos deos pronuntiare. Nam in sancta Trinitate, illa naturalis unitatis ratio unam prorsus in omnibus operibus motionem ostendit. Quod si dicamus, cum una hypostasis movetur ad opus, reliquas duas nihil agere, quomodo negari poterit quin corporea inducatur sectio, propemodum locum quendam singulis hypostasibus tribuens, eo ipso quod extra reliquas et abijuncta cogitatur, non eo quod proprie subsistit, id enim vere dicitur, sed quod in cuiusque rei diversitate, rationem quæ ad naturalem unitatem colligat non patitur ? Una enim divinitatis natura in sancta et consubstantiali Trinitate intelligitur. Hic autem bonus vir Deum Verbum Deo Patrique consubstantialia perinde ac si ignoraret esse factum hominem, non abijciendo quod Deus est, sed prius assumendo quod non erat, audet extenuare.

Α στη τε τῶν ὑποστάσεων ἀπονέμων ἰδικῶς, ὃ μὴ πέπραχεν ἢ ἑτέρα. Πάλιν ὡδὲ φησιν· Ὁ Υἱὸς ἐξελέξατο· « Ἐγὼ γάρ, φησὶν, ὑμᾶς ἐξελεξάμην· » ὁ Πατὴρ ἠγάσασεν τὸ Πνεῦμα κατεσκευάσασα ῥήτορας. Ἡ τῆς ἀμέτρου φρενοβλαβείας. Εἰ πάντα γέγονε παρὰ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι, καὶ οὐκ ἂν τι δρῶτο παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, πλὴν ὅτι κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν τρόπον, πῶς οὐκ ἀπόπληκτος εἴη ἂν καὶ μᾶλα εἰκάτως, ὃ ταῖς ὑποστάσεσι καταμερίζων ἰδικῶς τὰς ἐπὶ γέ τισιν ἐνεργείας, τῆς ἀκηράτου καὶ μιᾶς θεότητος· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἕκαστα τῶν δρωμένων πεπεραχθῆαι διαθεβαίνουμονος παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι; Εἰ γὰρ ἔστιν ὁ Υἱὸς καὶ βουλή καὶ σοφία καὶ δύναμις τοῦ Πατρὸς, πάντα που πάντως, ὡς διὰ βουλῆς καὶ σοφίας καὶ δυνάμεως ὁ Πατὴρ ἐργάσεται δι' Υἱοῦ. Οὕτως ἀριστὸν δ' ἀπολέκτους ἐποιεῖτο τοὺς μαθητὰς· οὕτως ἠγάσθαι φαμέν τοὺς ἐξελεγεμένους· οὕτω γεγενῆσθαι ῥήτορας, ὡς ἐκ μιᾶς δηλονότι θεότητος, παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι. « Πάτερ γὰρ ἅγιο, φησὶν, ἁγιάσον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. » Ἁγιάζει τοίνυν ἡ ἀλήθεια, ταυτέστιν ὁ Υἱὸς· ἐνήχαι δὲ καὶ ὁμοίως καὶ ἀποφαίνει σοφοὺς, καὶ διὰ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος [Ἰσ. τὸ ἅγιον Πνεῦμα] ἐνεργείας, θεοφιλῶς κατεγλωττισμένους [Ἰσ. κατεγλωττισμένους]. Ἐφη γοῦν ἐν μὲν τῇ τοῦ Ματθαίου συγγραφῇ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, « Ὅταν δὲ παραδίδωσιν [Ἰσ. παραδιδῶσιν] ὑμᾶς, μὴ μεριμνήσητε πῶς, ἢ τί λαλήσητε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τί λαλήσετε· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Διὰ δὲ γε τῆς τοῦ Λουκᾶ· « Θέσθε οὖν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν μὴ προμελετῆν ἀπολογηθῆναι· ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν, ἥ οὐ δυνήσονται ἀντιπεῖν, ἢ ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν. » Ἀκούεις ὅπως λαλοῦντος ἐν αὐτοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, αὐτὸς δίδωσι τὸ στόμα; λόγου γὰρ ἔστι δοτήρ ὡς Λόγος, καὶ Πνεύματος χορηγός, ὡς ἴδιον ἔχων αὐτὸ φυσικῶς, καθὰ καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ. Ταυτοεργεῖ μὲν οὖν ἡ ἅγια Τριάς, καὶ ἅπερ ἂν δρῶν καὶ βούλοιο κατορθοῦν ὁ Πατὴρ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς κατὰ τὸν ἴσον τρόπον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα. Τό γε μὴν ἀνὰ μέρος δίδοναι τὰς ἐνεργείας ἐκάστη τῶν ὑποστάσεων ἰδικῶς, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τρεῖς ἀνὰ μέρος καὶ ὁλοτρόπως· ἀλλήλων διεστηκότας, ἀποφαίνειν θεοῦς. Ὁ μὲν γὰρ τῆς φυσικῆς ἐνότητος λόγος ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, μίαν δὴ που τὴν ἐφ' ἅπασιν τοῖς δρωμένοις ἀποφαίνει κίνησιν. Εἰ δὲ δὴ λέγοιμεν, ὅτι μιᾶς ὑποστάσεως, ὅσον εἰς ἔργα κεινημένης, ἀπρακτῆσειεν ἂν αἱ δύο, πῶς οὐ παχεῖα τομῆ παρεισχυρίνεται, τόπον ὡτπερ τινὰ τῶν ὑποστάσεων ἐκάστη νέμουσα, τὸ, ἔξω τε καὶ ἀπεσοινισμένως νοεῖσθαι τῶν ἄλλων, οὐ κατὰ γε τὸ ὑπάρχειν ἰδιοστάτως, τοῦτο γὰρ ἀληθές· ἀλλ' ὡς ἐν τῇ κατὰ πᾶν ἑτερότητι, μὴ ἀνεχομένη λόγου τοῦ συναγειρόντος εἰς ἐνότητα φυσικὴν; Μία γὰρ θεότητος φύσις ἐν ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίᾳ νοεῖται Τριάδι· Ὁ δὲ χρηστὸς οὐτοσί, τὸν ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ Θεῶν Λόγον, ὡς οὐκ εἰδῶς ὅτι

⁶⁶ 1 Cor. i, 24. ⁶⁷ Matth. x, 19, 20. ⁶⁸ Luc. xxi, 14, 15.

γένονεν ἄνθρωπος, οὐ τὸ εἶναι Θεὸς ἀποβεδληκῶς, προσειληφῶς δὲ μᾶλλον ὅπερ οὐκ ἦν, κατασμικρύνειν ἀποτολμῆ. Συναγορεύει μὲν γὰρ, ὡς εἴρηται, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, περιυβρίζει δὲ τὸν Υἱὸν, οὕτω λέγων πρὸς τίνας τῶν τὰ Ἀρείου φρονεῖν ἡρημένων.

[Πλείονα, φησὶ, τὴν εἰς αὐτὸν κατασκευάζοντες ὕβριν, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς θείας ἀποτέμοντες φύσεως, τὸ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ διαπλάσαν· « Τὸ γὰρ ἐν τῇ Μαρίᾳ, φησὶ, γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματος ἐστὶν ἁγίου· κατὰ [Ἰσ. τὸ κατὰ] δικαιοσύνην τὸ πλασθὲν ἀνεπλασαν [Ἰσ. ἀναπλάσαν]· « Ἐφανερῶθη γὰρ, φησὶν, ἐν σαρκὶ· ἐδικαιώθη ἐν Πνεύματι· » τὸ δαίμοσι φοβερόν ἐργασάμενον· « Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια· » τὸ τὴν αὐτοῦ σάρκα πεποιημένον ναόν· « Τεθέαμαι· γὰρ, φησὶ, τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερᾶν, καὶ μεμένηκεν ἐπ' αὐτόν· » τὸ τὴν ἀνάληψιν αὐτῷ χαρισάμενον· « Ἐντειλάμενος γὰρ, φησὶ, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, οὓς ἐξελέξατο, διὰ Πνεύματος ἁγίου, ἀνελήφθη· » Τοῦτο δὴ τὸ τηλικαύτην Χριστῷ χαρισάμενον δόξαν, Χριστοῦ κατασκευάζουσι δοῦλον.]

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Τὸ μὲν οὖν τῆς θείας τε καὶ ἀκηράτου φύσεως ἀποτέμνειν τὸ Πνεῦμα κατατολμῶν, μοχθηρᾶς εἶναι φημι καὶ ἀλιτηρίου φρενός, καὶ πολὺ τοῦ εἰκότος ἐξυψισμένης. Ὁμοούσιον γὰρ ἐστὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ μὴν καὶ αὐτῷ τῷ Υἱῷ· καὶ Θεὸς εἶναι, καὶ ἐκ Θεοῦ πιστεύεται. Χρῆναι δὲ οἶμαι ταυτὶ μεθέντας εἰς τὸ παρὸν, τὸν ἐν χερσὶν ἡμῖν, πολυπραγμονῆσαι λόγον, καὶ ὅποι ποτὲ βλέπει, νουνεχέστατα κατιδεῖν. « Πλείονα γὰρ, φησὶ, τὴν εἰς αὐτὸν κατασκευάζοντες ὕβριν· δὴλον δὲ ὅτι τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον· καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς θείας ἀποτέμοντες φύσεως, τὸ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ διαπλάσαν· » Τὴν τίνας, ὧ βέλτεστε, φῆς διαπεπλάσθαι ἀνθρωπότητα διὰ τοῦ Πνεύματος; Καίτοι· τοὺς λόγους ἡμῖν ἀρτίως ἐπ' αὐτῷ πεποίησαι τῷ Μονογενεῖ, καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀπαρρήτως γεγεννημένῳ· θεῖαν γὰρ δὴ φύσιν ὠνόμαζες αὐτόν· αὐτοῦ δὲ οἶμαι καὶ οὐκ ἑτέρου τὴν ἀνθρωπότητα φῆς. Οὐκ οὖν διαμένησο τῶν σεαυτοῦ φωνῶν· ἰδίαν γὰρ εἶναι φῆς τοῦ Λόγου τὴν σάρκα ψυχῆς ἐνούσης αὐτῇ τῆς λογικῆς δηλονότι· ἔσται γὰρ οὕτως ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ. Εἶτα πῶς, εἴπερ ἐστὶν ἐν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ἰσχύος εἶναι νομίζεις αὐτὸν τῆς θεοπροποῦς ἐπιδεᾶ, καὶ φοβερόν αὐτὸν εἰργάσθαι τοῖς δαίμοσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἀπὸ γε τῆς ἰδίας φύσεως οὐκ ἔχοντα τοῦτο δρᾶν· καὶ μὴν καὶ τὸ, δύνασθαι συντρίβειν τὸν Σατανᾶν, ὡς δοτὸν παρ' ἑτέρου, καὶ μόλις ἐραυζόμενον; Εἰ μὲν οὖν οἶσθα ὅτι τὸ ἀποτέμνειν τὸ Πνεῦμα τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως, ἐγκλημάτων ἀσχιστον εἶναι, καὶ μάλα εἰ-

A Nam cum sancto Spiritui, ut dictum est, patrocinetur, Filium afficit injuria, ubi adversus Arii sectatores ita dicit.

[NESTOR. Majorem, inquit, in ipsam struentes injuriam, et Spiritum a divina natura separantes, qui humanitatem ejus formavit : « Quod enim in Maria, inquit, natum est, de Spiritu sancto est ⁶⁹; » qui secundum justitiam quod formatum erat reformavit : « Manifestatum enim est, inquit, in carne, justificatum est in Spiritu ⁷⁰; qui ut dæmoniis esset terribilis effecit : « Ego enim, inquit, in Spiritu Dei ejicio dæmonia ⁷¹; » qui illius carnem effecit templum : « Vidi enim, inquit, Spiritum descendantem sicut columbam, et mansit super eum ⁷²; » qui assumptionem illi largitus est ; « Præcipiens, inquit, sanctis apostolis, quos elegit, per Spiritum sanctum, **104** assumptus est ⁷³. » Hunc igitur qui tantam Christo gloriam largitus est, Christi servum efficiunt.]

CAP. III.

Audere quidem a divina illa immortalique natura Spiritum abscindere, improbi esse et scelesti animi censeo, et longo intervallo ab eo quod convenit remoti. Consubstantialis est enim Deo et Patri, quæ etiam ipsi quoque Filio, et Deus esse et ex Deo creditur. Sed oportere arbitror, iis ad præsens omissis, verba quæ nunc sunt in manibus, examinare, et quo spectent accurate perspicere. « Majorem, inquit, in ipsum statuentes injuriam (*nimirum in illud ex Deo Patre Verbum*), et Spiritum a divina natura separantes, qui ejus humanitatem formavit. » Cujusnam, vir optime, asseris humanitatem a Spiritu formatam? Atqui dudum de ipso Unigenito et ex Deo Patre ineffabiliter nato verba feceras : ipsum enim divinam naturam appellabas : ipsum ergo, ut opinor, non alterius humanitatem dicis. Recordare igitur verborum tuorum : propriam enim esse Verbi illam carnem dicis, anima rationali præditam scilicet : sic namque erit ejus humanitas. Atqui si ipsum ex Deo Patre Verbum unum est cum sua carne, quomodo divinis viribus eum indigere putas, et terribili dæmoniis a Spiritu sancto factum, ut qui a sua natura id non posset efficere ; adhæc etiam, hoc ipsum posse conterere Satanam, quasi ab alio datum, vixque dono acceptum? Si igitur non ignoras, separare Spiritum a divina ejus natura, turpissimum habendum esse crimen, et quidem jure, ipsius procul dubio Spiritus est, ut qui per ineffabilem ipsius naturam procedat, et ipsi sit consubstantialis,

⁶⁹ Matth. 1, 20. ⁷⁰ I Tim. iii, 16. ⁷¹ Matth. xii, 28. ⁷² Joan. 1, 32. ⁷³ Act. 1, 2.

ANT. AGELLII NOTÆ.

(24) Sic distinguendus videtur locus, ut apte cadat ad Nestorii sententiam : quamvis pessima sit distinctio, et contra usum Ecclesiæ ; quam distin-

ctionem improbat Cyrillus pag. 105, et ecclesiasticam ac vulgatam sequitur.

et ita minime Indignit virtute ab eo data, tanquam externa et aliunde ascita : sed utetur potius tanquam proprio Spiritu, et per ipsum terribilem se dæmonis ostendet. Sin tibi placet eos qui separant, impietatis crimine immunes pronuntiare : quomodo nobis dudum eos injurios appellans, postea teipsum in eorum numerum referre non sentis? siquidem unitum carni illud ex Deo Patre Verbum velut unum aliquem e nostro numero, et vulgarem prorsus, auxilio sancti Spiritus indignuisse dicis, ut terribilis immundis **105** spiritibus videretur : nam etiamsi in Spiritu Dei dicit se ejicere dæmonia, annon ipsam sermonis dispensationem satis admirabilem videre oportuit? Judæorum enim duces cum gloriæ nostri Salvatoris inviderent, et in eum os effrenatum aperirent, obtrecebant infelices, asserentes eum in Beelzebub principe dæmoniorum ejicere dæmonia. Ille vero, insita erga omnes usus tranquillitate, ut errantes, atque ipsi dicaciter detrahere volentes, ad meliorem sensum ac veritatem ipsam traduceret, gloriam partam ex vi conterendi Satanam illi secundum naturam Deo potius tribuebat, in Spiritu Dei dicens se improbos spiritus ejicere; neque seipsum abnegans Deum esse secundum naturam, et Spiritum sanctum proprium habere asserens. Sed quia congruebat, et divino artificio dignum erat parricidarum iræ cedere, et hominum qui in eo offendebantur, occasiones præcidere; adoriebantur enim, dicentes : « De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum ⁷⁵; » hanc ob causam ienigne admodum ad hominum adhuc infirmorum sensum se componens, Dei Spiritum inquit, novit enim probe, ut jam dixi, seipsum esse ex natura Deum simul cum Patre, et omnia quæ illius sunt, se habere, præterquam id solum quod est Pater. Itaque etiam dicebat ad illum : « Omnia mea, tua sunt, et tua mea, et glorificatus sum in ip-sis ⁷⁶; » et ad nos ipsos eum de Spiritu sancto verba faceret : « Omnia, inquit, quæ habet Pater, mea sunt : propterea dixi vobis quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis ⁷⁶. » Ut enim procedit ex Patre Spiritus sanctus, cum sit ipsius secundum naturam, eodem quoque modo per ipsum Filium, cum sit ejus naturaliter, ipsique consubstantialis. Ergo quamvis per Spiritum glorificetur, ipse tamen seipsum tanquam per proprium Spiritum glorificare intelligitur; neque ea res illi extrinsecus advenit, etiam si factus homo nostri similis videatur. Periculosum est autem ad hoc etiam illud dicere de sancto Spiritu, qui carnem ipsius effecit templum : erat enim caro propria Verbi, idque paulo ante ipse confessus es; ipsius enim esse humanitatem dixisti, et templum ipsius fuit sanctum illud corpus ex sancta Virgine sumptum. **106** Proprius item ipsius ille ejus Spiritus, neque unquam illud Dei Verbum sine suo Spiritu intelligitur. Præstat igitur ac sapientius

A κώτως, αὐτοῦ δηλονότι τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ὡς δι' αὐτῆς προῖν τῆς ἀπορρήτου φύσεως αὐτοῦ, καὶ ὁμοούσιον αὐτῷ, καὶ οὐκ ἂν ἐδεήθη καθάπερ τινὸς τῆς ἐξωθέν τε καὶ ἐπακτῆς δυνάμεως τῆς παρ' αὐτοῦ· χρήσεται δὲ μᾶλλον ὡς ἰδίῳ Πνεύματι, καὶ φοβερὸν ἑαυτὴν τοῖς δαίμοσιν ἀποφανεῖ δι' αὐτοῦ. Εἰ δέ σοι δοκεῖ τῶν εἰς δυσσέθειαν ἐγκλημάτων ἀποφαίνειν ἡμοιορηκότας τοὺς ἀποτέμνοντας, πῶς ἡμῖν ἀρτίως ὕβριστάς ὀνομάζεις [Ἰσ. ὠνόμαζες] αὐτούς; Εἶτα τούτοις σαυτὴν ἐναρθῆμιον οὐκ αἰσθάνη ποιῶν, εἴπερ ἐνωθέντα σαρκὶ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, καθάπερ ἓνα τινὰ τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ κοινὸν ἀπλῶς, τῆς τοῦ Πνεύματος ἐπικουρίας δεδεῆσθαι φῆς, ἵνα φοβερός τοῖς ἀκαθάρτοις ὄρωτο πνεύμασιν. Εἰ γὰρ καὶ ἐν Πνεύματι Θεοῦ φησιν ἑαυτὴν ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, πῶς οὐκ ἔδει τοῦ λόγου τὴν οἰκονομίαν ἀξιάγαστον οὖσαν ἰδεῖν; Οἱ μὲν γὰρ τῶν Ἰουδαίων καθηγῆται, τῆ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐκλείῃ διεφθονηκότας, καὶ ἀπύλωτον ἐπ' αὐτῷ διοηγύνοντες στόμα, κατεφλύραρον οἱ δειλοιοι, φάσκοντες ἐν Βεελζεβοῦλ ἄργοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. Ὁ δὲ τῆ ἐμφύτῳ πρὸς ἅπαντας γαληνότητι κεχρημένος, καὶ μετισταὺς τοὺς πεπλανημένους, ἤγουν ἀθυροστομεῖν ἐθέλοντας ἐπ' αὐτῷ, πρὸς τὰ ἀμεινόν τε καὶ ἀληθές, Θεῷ δὴ μᾶλλον τῷ κατὰ φύσιν, τὴν ἐπὶ γε τῷ δύνασθαι συντρίβειν τὸν Σατανᾶν ἀνετίθει δόξαν, ἐν Πνεύματι Θεοῦ λέγων τὰ πονηρὰ διύκειν πνεύματα· καὶ οὐκ ἔξω τιθεὶς ἑαυτὴν τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι Θεοῦ, καὶ ἴδιον ἔχειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀκόλουθον, καὶ θεοπροποῦς εὐτεχνίας· ἄξιον, τὰς τῶν φωνόντων ὑποτρέχειν ὀργάς, καὶ τὰς τῶν ἐπ' αὐτῷ σκανδαλιζομένων περικόπτειν ἀφορμάς· ἐπεφύοντο γὰρ λέγοντες· « Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας· ὅτι σὺ, ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν· » ταύτη τοι καὶ ἄγαν ἀστειώς, τοῖς ἀσθενοῦσιν ἔτι· συγκαθιστάμενος, Θεοῦ τὸ πνεῦμά φησιν· οἷδε γὰρ οἶδεν, ὡς ἔφηγ, ἑαυτὸν ὄντα φύσει Θεοῦ ὁμοῦ τῷ γεγεννηκότι, καὶ πάντα ἔχοντα αὐτοῦ, διότι μόνου τοῦ εἶναι Πατῆρ. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε πρὸς αὐτὸν, « ὅτι Πάντα τὰ ἐμὰ, σὰ ἐστι, καὶ τὰ σὰ, ἐμὰ· καὶ δεδόξασμα· ἐν αὐτοῖς. » Καὶ πρὸς γε ἡμᾶς αὐτοὺς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοὺς λόγους ποιούμενος, « Πάντα, φησὶν, ὅσα ἔχει ὁ Πατῆρ, ἐμὰ ἐστι· διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. » Ὡς περ γὰρ πρόεισιν ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχον· καὶ κατὰ τὸν ἴσον τοῦτο· τρῶπον καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, φυσικῶς ὄν αὐτοῦ, καὶ ὁμοούσιον αὐτῷ. Οὐκοῦν καὶ δοξάζηται διὰ τοῦ Πνεύματος. αὐτῆς ἑαυτὴν, ὡς δι' ἰδίου Πνεύματος νοεῖται δοξάζων, καὶ οὐχ ὡς θύραθεν τὸ χρῆμα αὐτῷ, καὶ εἰ ὄρωτο γεγονώς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς. Ἄνασφαλὲς [Ἰσ. Ἄνασφαλὲς] δὲ πρὸς τούτῳ κάκεινο εἰπεῖν περὶ τοῦ Πνεύματος, τὸ, τὴν σάρκα τὴν αὐτοῦ πεποιημένον ναόν· ἦν μὲν γὰρ ἡ σὰρξ ἰδίᾳ τοῦ Λόγου, καὶ τοῦτο ἡμῖν ἀρτίως διωμολόγηκας αὐτέος· αὐτοῦ γὰρ ἔφησ ἔναι τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ ναὸς αὐτοῦ καχοματίεον τὸ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου λη-

⁷⁵ Joan. x, 33. ⁷⁶ Joan. xvii, 10. ⁷⁷ Joan. xvi, 15.

in populum hujusmodi non ulciscetur anima mea ⁴³) Dolus enim, et impostura, et tecta amarulentia execrabiles sunt coram Deo : et pacifice quidem loqui, sed inimicum animum gerere, res apud eum intoleranda reputatur. Quare et horum quoque vindicem se fore interminatur. Verum strenuus ille conviciator, callidusque calumniator, excusationes in peccatis, ut scriptum est ⁴⁴, prælendens, nonnihil ad hæc, fortasse haud inscite, ut ipse putat, respondebit ac dicet : Et ego quoque pro Domino zelatus sum, sicut et sancta synodus : sed cum hæretici essetis, mea vos sententia contristavit. At dum hæc dicit, similem se illis ostendit, quos Isaias propheta adducit, dicentes : « Posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protegemur ⁴⁵ ? » Quod si nemo fortasse hoc dicat, res ipsa tamen clamat. Primum namque superbus et arrogans reprehendetur, quod omnes, quotquot per univrsam orbem degunt, sanctos sacerdotes contumelia afficiens, eademque virga feriens, sua sententia a communione exclusos esse voluerit : qua re non tam illos læsit, quam seipsum ab illorum communione sejuncti. Familiare est enim stolidioribus, dum quidpiam adoriuntur quod nefas erat, **254** ut se magis lædant, quam alios, quos lædere se arbitrabantur. Ad hæc, quomodo sit ordine ac rite factum, majoribus pœnas irrogare, et ia homines sublimiorem ordinem sortitos imprudenter insilire, et ecclesiasticarum legum disciplinam pacis conciliatricam deserere, et ne eorum quidem qui in sæculo versantur, prudentiam imitari? Enimvero pia vestra majestas dignitatibus modum præfinit. Unusquisque autem ex iis qui aliquo honore potiti sunt, ordinis locique sui non ignarus, præstantiori cedit, nec paria cum illis habere contendit. Hic autem istud ut rem parvi momenti negligens, omnemque decori rationem contemnens, effreni quodam temerarioque impetu in omnes fertur : et cum omnium communione sese privaverit, credit tamen res suas egregie se promovisse. Verum si me et Ephesiorum episcopum hæresi infectos esse certo noverat, quid prohiberet quominus, antequam ad Ephesiorum civitatem venisset, litteris nos accusaret, easque de quibus nobiscum illi certamen erat manifesta faceret? Postea vero quam Ephesum venerat, quid prohibuit quominus nos conveniret, libere accusaret, in medium crimiua proferret, considens in sancta synodo ad respondendum vocaret, ac demique una cum aliis aut crimine liberaret, si quidem recte sapiebamus, et loquebamur, aut certe ab ecclesiasticis dogmatibus aliena sentire volentes justæ condemnationi subiceret? Verum quia non ignorabat frustra se nos accusasse, impiamque contra orthodoxos calumniam se struxisse,

Α ται ' παρὰ Θεῶ· καὶ τὸ λαλεῖν μὲν εἰρηνικά, διακεῖσθαι δὲ δυσμενῶς, ἀφόρητόν τι χρῆμα λελόγηται παρ' αὐτῶ· ταιγάρτοι καὶ ἐκδικεῖν ἐπαγγέλλεται· προφασίζόμενος δὲ ἰσως προφασίος ἐν ἀμαρτίας, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὁ νεανίσκος εἰς ὕβρεις, καὶ ὁ τεχνίτης εἰς συκοφαντίας, ποιήσεται τινα πρὸς τοῦτον λόγον, οὐκ ἀκομφὸν ἰσως, ὡς γε οἰεταί τε καὶ φρονεῖ. Φησὶ γάρ, ὅτι Κἀγὼ ἐξήλωκα τῷ Κυρίῳ, καθὰ καὶ ἡ ἀγία σύνοδος· αἰρετικούς δὲ ὄντας ὑμᾶς, ταῖς παρ' ἐμαυτοῦ λελύπηκα ψήφοις· ὅτι δὲ ταῦτα λέγων, ἐκείνοις ἔσται προσσοικῶς, οὗς καὶ ὁ προφήτης ἡμῖν 'Ἰσαίας εἰσοικόμενος λέγοντας· ' Ἐθέμεθα ψεῦδος τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, καὶ τῷ ψεῦδει σκεπασθησόμεθα· » καὶ εἰ μὴ τις λέγοι τυχόν, αὐτὰ βοήσεται τὰ πράγματα· πρῶτον μὲν γὰρ ὑπεροφρῶς τε καὶ ἀλαζῶν εὐθεήσεται, τοὺς κατὰ πᾶσαν ὄντας τὴν οἰκουμένην ἁγίους ἱερουργοὺς ὕβρει τε περιβαλὼν, καὶ ῥάβδῳ μιᾷ καταπαίτων, ἀκοινωνήτους δὲ εἶναι προστέταχεν, οὐκ ἐκείνους μᾶλλον διὰ τοῦτου λυπῶν, ἀλλ' ἐαυτὸν ἐξωτῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας τιθεῖς. " Ἔθος γάρ πως αἰ τοῖς ὀλιγογνώμοσιν, οἰεσθαι μὲν, ὅτι πλῆττουσὶ τινας, δρᾶν ἐπιχειροῦντες ἅ μὴ θέμις ἔσθ' ὅτε, ἐαυτοὺς δὲ μᾶλλον, ἢ ἐτέρους ἀδικεῖν. Πῶς δὲ ἦν ἀκόλουθον καὶ τοῖς προύχουσιν ἐπιτιμᾶν, καὶ τοῖς τὴν ἀμείνω λαχοῦσι τάξιν ἀσυνέτως ἐπιπηδᾶν, καὶ τῶν τῆς ' Ἐκκλησίας θεσμῶν τὴν τῆς εἰρήνης προμνήστριαν. ' » καταλιπεῖν εὐταξίαν, μηδὲ ἑ αὐτῶν ἀποιμειεῖσθαι φιλεῖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τὴν ἐπιστήμην ; Μέτρα μὲν γὰρ τοῖς ἀξιώμασι τὸ εὐσεβὲς ὑμῶν ὠρίσατο κράτος· ἕκαστος δὲ τῶν τετιμημένων τὴν ἐαυτοῦ τάξιν οὐκ ἠγνοηκῶς, εἶχε τε τῷ προύχοντι, καὶ περὶ τῶν ἰσων οὐ φιλονεικεῖ. ' Ὁ δὲ καὶ τοῦτο παρεῖς ὡς ἔωλον, καὶ ἀλογήσας τοῦ πρέποντος, ἀχαλίνους ὡσπερ, καὶ ἀπερικέκλιτους ὄρμαῖς καχώρηκε κατὰ πάντων· καὶ τῆς πρὸς ἅπαντας κοινωνίας ἐαυτὸν ἐκβαλὼν, οἰεταί τι δρᾶσαι τῶν ὀνησιφόρων ἐαυτῷ. Ἄλλ' εἴπερ ὄντως ἐμὲ, καὶ τὸν τῆς ' Ἐφεσίων ἱερουργόν, αἰρετικούς ὄντας ἠπίστατο, τί τὸ κωλύον ἦν, καὶ πρὶν εἰς τὴν ' Ἐφεσίων ἀφικέσθαι πόλιν, αἰτιάσθαι διὰ γραμμάτων, καὶ ἐμφανῆ καταστήσαι τὰ, ἐφ' οἷς ἦν αὐτῷ καθ' ἡμῶν ὁ λόγος ; Ἀφιγμένον δὲ εἰς τὴν ' Ἐφεσίων, τί κενώλυκε συντυχεῖν, αἰτιάσθαι ἰ μετὰ παρῆρησίας, εἰς μέσον ἀγαγεῖν τὰ ἐγκλήματα, συνιδερεύοντα τῆ ἀγία συνόδῳ, καλέσαι πρὸς ἀπολογία, οὕτω τε ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, ἢ ἀπαλλάξει τῆς αἰτίας ὀρθὰ φρονούντας, καὶ λέγοντας, ἢ γοῦν ὑποθεῖναι ψήφῳ δικαίᾳ τὰ τοῖς τῆς ' Ἐκκλησίας ἀπόδοντα δόγμασι φρονεῖν ἡρημένους ; Ἐπειδὴ δὲ ἠπίστατο μάτην ἐγκαλῶν, καὶ συντιθεῖς ἀνοσίως τὰς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων συκοφαντίας, καὶ τῆ πρὸς Νεστόριον αἰδοί, καὶ φιλία τὰ καθ' ἡμῶν δωροῦμενος, λεληθότως ἠδίκα· καὶ καθάπερ ἐν νυκτομαχίᾳ τετόξευκεν, οὐχ ὀρώμενος, καὶ ψευδοῦς ἡγορίας μεστὸν συντάξας χαρτίον, τετόλμηκεν ἀνεργεῖν εἰς τὰς εὐσεβεῖς ὑμῶν ἀκοάς, οὕτ' ἔκεινε

⁴³ Jerem. ix, 8, 9. ⁴⁴ Psal. cxi, 4. ⁴⁵ Isa. xxviii, 15.

Variae lectiones ex codice Segueriano.

f μεμίσηται. g προμνήστρια. h καὶ μηδέ. i αὐτῷ. j αἰτιάσθαι.

λαδῶν εἰς νοῦν, τὸ παρὰ τῆ θείᾳ κείμενον Γραφῆ· A Nestoriique reverentiæ et amicitia tribuere, quod nos insectaretur, abscondite nos læsit; et veluti in nocturna quadam pugna non visus, jaculo nos petiit; siquidem chartam falsis accusationibus plenam concinnavit, eamque ad pias vestras aures deferre ausus est, nequaquam id quod divinis Litteris proditum est, animo perpendens: « Nullum mendacium coram rege protuleris »⁴⁵. Nos vero ubi hoc rescivimus, libellos sanctæ et œcumenicæ synodo exhibuimus, cum rectam illibatamque Ecclesiæ fidem proficientes, tum eos quoque qui Arii, Eunonii et Apollinari dogmata sectantur, anathematizantes. Rogavimus etiam ut juxta ecclesiasticas leges in medium ille prodiret, suos sermones firmaturus, errorisque nos convinceret. Erant autem, opinor, quæ agobamus legi consentanea. Ipse autem in eam stultitiam, imo vero timiditatem ac desperationem prolapsus est, ut neque ad nos venire, 255 neque sanctam synodum intueri ausus fuerit; cum tamen potius fortiter instare oportuisset, neque expectare ut vocaretur, sed sponte accedere, diserte redarguere, damnationis reos pronuntiare, ac pro sua ipsius sententia decertare. Verum male sibi conscius id minime fecit; adeoque sanctæ synodi præsentiam metuebat, ut ne ex sedibus quidem prodire auderet. At quomodo verisimile erat electos sacerdotes, memores sacrificii, memores Dei dicentis: « Justum judicium judicate; » et: « Personam in judicio non accipies: Dei enim judicium est »⁴⁶; nos condemnationis sententiæ omnino subiecturos non fuisse, si hæresis infectos deprehendissent? Erat enim necessarium ut et actorum communitarii conficerentur, et hæc ipsa vobis palam fierent. Regionibus etenim totis, magnisque civitatibus dominationis vestræ nota unus judex præscitur, cui capitalium rerum judicia committuntur; vos legislatores veretur, vestrisque decretis ad jus investigandum dirigitur. Cum itaque hæc ita habeant, quomodo credibile sit homines a Deo ad sacerdotium electos, tantoque numero, qui propter vitæ splendorem existimatione admirabili essent, nos magis reverituros fuisse, quam divinum præceptum? Quod autem illius animis ad superbiam et arrogantiam fuerit plane infrenis, id ex aliis quoque rebus perfacile cognoscere licet. Jam per tres fere totos annos, ex quo novorum dogmatum inventor Nestorius blasphemias suas in Ecclesia evomere non desisterat. Postquam vero suis etiam litteris sanctissimo Romanæ Ecclesiæ episcopo Celestino animi sui morbum patefecisset, non statim duram severamque sententiam excepit, sed admonitus est potius, ut, prava illa, qua laborabat, opinione rejecta, rectam et inculpata fidem complecteretur.

⁴⁵ Prov. xxiv, 23, sec. LXX. ⁴⁶ Deut. i, 16, 17.

Varia lectiones ex codice Segueriano.

ἰ σπουδῆ. ^κ ἔδραμεν εἰς τοῦτο. ^λ γὰρ καί. ^μ ἴσ. ex suprapositis, θαρσείται, infr. etiam. ^ν ἀπευθύ-
νετε. ^ο ὑπεροφίας τε καὶ ὕβρις.

Admonitus est autem non semel, sed sæpius. Ipse vero diligens, ut putat, divinorum dogmatum scrutator (nolo enim gravius aliquid in illum dicere), quique propter divinarum legum cognitionem mire sibi blanditur, cum nunquam eos quos læsit, commonefecisset, nec verbum ullum cum illis communicasset, imo neque temeritatem suam lueri ausus fuisset; impia tamen sententia sua contumeliam illis intulit: et forte magnifice ea de re sese jactat, ut etiam audiat beatum Davidem dicentem, vel potius Spiritum sanctum per ejus vocem: **256** « Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die injustitiam cogitavit lingua tua: sicut novacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem; iniquitatem magis, quam loqui æquitatem. Dilexisti omnia verba præcipitationis, linguam dolosam. Propter hoc Deus destruet te in finem, evellet te, et emigrare faciet te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium⁴⁷. »

Intelligo autem non deesse, qui illum a delicto in nos commisso absolvere conentur, asserentes eum juste ob id nobis succensusse, quod ipso adhuc absente contra blasphemum Nestorium concilium sit celebratum. Verum hi longo rectius facerent, si in nos culpam conjicere omittentes, suam illorum potius cunctationem accusarent. Adhæc eos, qui adventum ejus præcurrerunt, et sacræ synodo denuntiaverunt, ipsum exspectandum non esse, nec se venisse sponte, sed ipsius mandata ferentes, cur non potius exosos habuit ut mendaces ac seductores, sed eosdem inter præcipuos amicos habet? Sed esto, forsitan offensus sit: oportuitne ob id illum divinas leges aspernari, Deique oblivi sci dicentis: « Insontem ac justum non occides⁴⁸? » Debatne eos condemnare, qui de nullo crimine fuerant convicti? debeatne fratres gladio impietatis impetere? ecclesiasticas leges contemnere, calumniari, mentiri, idque piissimis vestris auribus? Debatne rectam fidem nihili facere, et velle sapere quæ nullam omnino falsitatis maculam habent? et interea illius causæ patrocinari, qui contra Christum blasphemias effudit; ac quærere mendacium, statuere, veritatem evertere? Dabitne quisquam, hæc esse sanctæ mentis fructum? hæc esse sacerdotalis consilii inventa? Atqui Deum dicentem audio: « Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus⁴⁹. » Clarum est itaque, quod per ea ipsa, quibus vesaniæ, qua contra nos usus est, crimen amoliri se putat, impie egisse apertius deprehendatur. Ego vero, Christi amans rex, gaudebam quidem cum e patria discederem, Alexandria vestra relicta, etiamsi magna vis venti velis sese infunderet, atque instar tonitruum navem percelleret, ac fluctus in sublime elatus summa gubernacula **257** circumstrepere: tamen alacri tranquilloque animo eram, et tempestatis periculum posthabui, ut optatissimo majesta-

ναι ταῖς ἑαυτοῦ προπετελαῖς θαρβήσας, ὑβρίζει μὲν ἀνοσίᾳ ψήφῳ, τάχα δὲ καὶ μέγα πεφρόνηκεν ἐπὶ τοῦτω· ἵνα καὶ ἀκούη λέγοντος τοῦ μακαρίου Δαυὶδ, μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ φωνῆς τοῦ Δαυὶδ· « Τί ἐγκαυχᾶ ἐν κακίᾳ ὁ δυνατὸς ἀνομίαν; ὀλην τὴν ἡμέραν ἀδικίαν ἐλογίσαστο ἢ γλῶσσά σου· ὡσεὶ ξυρὸν ἠκονημένον ἐποίησας δόλον· ἠγάπησας κακίαν ὑπὲρ ἀγαθοσύνην, ἀδικίαν ὑπὲρ τὸ λαλῆσαι δικαιοσύνην· ἠγάπησας πάντα ῥήματα καταποντισμοῦ, γλῶσσαν δολίαν. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς καθελεί σε ῤ εἰς τέλος, ἐκτίλει σε, καὶ μεταναστεύσαι σε ἀπὸ σπηνωμάτων σου, καὶ τὸ βίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων. »

Ἐπιθυμῶν δὲ, ὅτι τῆς καθ' ἡμῶν πλημμελείας ἀπαλλάττειν αὐτὸν ἐπιχειροῦσί τινες, λελυπησθαι δικαίως διαβεβαιούμενοι, διὰ τοὶ τὸ δίχα αὐτοῦ τὸ ἐπὶ τῷ δεδυσφημηκῷ γενέσθαι συνέδριον. Ἄλλ' ἦν ἄμεινον οὐχ ἡμᾶς αἰτιάσασθαι μᾶλλον, γράφεσθαι δὲ τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἐπὶ τοῦτω μέλλησιν. Ἔβτα τοὺς προαφίγμένους, καὶ προαφίγγελοκῶσας τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, μὴ δεῖν χρῆναι περιμένειν αὐτὸν, καὶ οὐκ αὐτομόλους εἰς τοῦτο ἔλθειν, ἀλλὰ γὰρ ταῖς παρ' αὐτοῦ διακονουμένους φωναῖς, τί μὴ μᾶλλον ἐποιεῖτο κατεστραγγιμένους, ὡς ψευδηγορήσαντας, ὡς ἠπατηκῶτας, ἀλλ' ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα γνησιωτάτοις ἔχει; Ἄλλ' ἔστω τυχόν, καὶ λελύπηται. Ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς αἰτίας ἔδει τῶν θείων αὐτὸν ἀλογησθαι νόμων, ἐπιλαθέσθαι δὲ Θεοῦ λέγοντος· « Ἀθῶον, καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς; » Ἐδει κατακρίναι τοὺς ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀτόπων κατεγνωσμένους; ἐχρῆν ἀδελφῶν ἢ τὸ τῆς ἀνοσιότητος κατωθῆσαι ξίφος; Θεσμούς ἐκκλησιαστικῶς περιυβρίσαι; συκοφαντῆσαι, ψεύσασθαι, καὶ τοῦτο τὰς εὐσεβεστάτας ὡμῶν ἀκοάς; ἐχρῆν ἠγήσασθαι παρ' οὐδὲν τὴν ὀρθότητα τῆς πίστεως, καὶ τὸ ἐθελήσασαι φρονεῖν ὅσα μῶμον ἔχει παντελῶς οὐδένα, χαρῖσασθαι δὲ τὴν ἐπικουρίαν τῷ δυσφημοῦντι κατὰ Χριστοῦ, καὶ ἀναστῆσαι ζητεῖν τὸ ψεῦδος, καταστρέφειν δὲ τὴν ἀλήθειαν; Ταῦτα φρονὸς ἁγίας δοίη τις ἂν εἶναι καρπὸν; Ταῦτα βουλήσας ἱερατικῆς εὐρέματα; Καίτοι λέγοντος ἀκούω Θεοῦ, ὅτι « Χεῖλη ἱερέως φυλάξεται ὡς χρῖσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. » Πρέβηλον οὖν, ὅτι δι' ὧν ἂν οἴεται τῆς καθ' ἡμῶν ἀπονοίας πᾶς αἰτίας ἀποσκευάζεσθαι, διὰ τούτων αὐτῶν ἀνόσια πεπραχῶς καταφωρᾶται μειζόνας. Ἐγὼ δὲ, ὡ φιλόχριστε βασιλεῦ, ἔχαιρον μὲν τῆς ἐνεγκούσης ἀπαίρων, καὶ τῆς ἡμετέρας· Ἄλεξνδρείας ἐκδεδημηκῶς· πνεύματος δὲ λαύρου καταχεμένου τῶν ἱσθίων, καὶ μονονουχὶ καταβροντιῶσας τῆς νεῶς, αἰρομένου τε εἰς ὕψος τοῦ κύματος, καὶ ταῖς τῶν οἰάκων περιπαφλάζοντος κεφαλαῖς, εὐθυμὸς καὶ οὕτω διετέλουν, τὸν ἐκ τοῦ χειμῶνος κίνδυ-

⁴⁷ Psal. LI, 3-7. ⁴⁸ Exod. xxiii, 7. ⁴⁹ Malach. ii, 7.

Varia lectiones ex codice Segueriano.

ῤ καθέλοι σε. ἢ ἀδ:λφῶ. ῤ φυλάξει. ῤ ὕμετέρας.

von ὀπίσω τιθεὶς τῆς εὐκτασιότητος μοι θεᾶς τοῦ ὑμετέρου κράτους. Καὶ μὴν ὅτε τὴν Ἐφεσίων ἀφέντες, ἐπὶ τὴν λαμπρὰν ἐκείνην ἀνεκομίζοντο πόλιν οἱ ἐκ τῆς ἁγίας συνόδου προκχειρισμένοι πρὸς γὰρ τὸ χρῆσθαι συνεπιεῖν τοῖς παρ' αὐτῆς πεπραγμένοις, ἐπεθύμουν γενέσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἐναριθμιοῖς, πρῶτον μὲν ὑπὲρ τοῦ τὸ ὑμέτερον κράτος ἰδεῖν, εἶτα πρὸς τούτῳ, ἵνα καὶ αὐτῷ τῷ τῆς Ἀντιοχείας ἐφ' ὑμῶν δικάσωμαι, καὶ δεῖξω συκοφαντήσαντα, καὶ παρὰ νόμῳ λελυπηκότα¹, καὶ μανίαις ἀκράτοις νενικημένον, ὅτι τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν ἀνεθεμάτισα τὰ κεφάλαια. Τῇ γὰρ ἐμῇ πίστει μεμαρτύρηκε τὴν ὀρθότητα καὶ ἡ Ῥωμαίων Ἐκκλησία, καὶ μὴν καὶ ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ ἐξ ἀπάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς ὑπ' οὐρανὸν συναγερμένη. Ὅτι γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον ἔξω γεγονώς ἀλοῖον ἂν τῆς τε ἀποστολικῆς, καὶ εὐαγγελικῆς παραδόσεως, ὀρθήν τε, καὶ ἀδιάστροφον τῶν ἱερῶν δογμάτων διελαύνω τρίβον, παμψηφεί διωμολογήκασι, καὶ τοῦτο ἐγγράφως ἐπὶ πίστει ὑπομνημάτων, ἀναγινωσκομένων τῶν παρ' ἐμοῦ γραφέντων πρὸς Νεστόριον². Ἡ γὰρ οὐχὶ τούτων ἕνεκα μόνων ἐκεῖσε γενέσθαι, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰς τῶν ἐτέρων διαβολὰς κατ' ἐμοῦ, καὶ τῶν ἐμῶν, ψευδεὶς ἀπορήνω. Οἱ γὰρ τῶν Νεστορίου δογμάτων ὑπασπίσται τὸ ἐκ φθόνου καὶ βασκανίας ἐπ' ἐμοὶ συνείοντες τόξον, καὶ τὰ ἐξ ἀκρατοῦς μανίας³ πολυτρόπως ἀρτυόντες, ἀνδρας ἐξωνοῦμενοι, καὶ κατηγοροῦς ἰστώντες⁴, ἐὼν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, καὶ καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, τῷ ὑμέτερω κράτει δι' ὄχλου γενέσθαι παρ-

A lis vestrae aspectu potiri quandoque daretur. Rursum cum ex Ephesiorum civitate ad Illustrem illam urbem debeherentur ii, qui ad hoc a sancta synodo delecti sunt, ut quae ab illa acta fuerant defenderent, ex illorum numero esse cupiebam : primo quidem, ut majestatem vestram coram viderem : deinde vero, ut in vestra praesentia contra episcopum Antiochenum disceptarem, palamque ostenderem eum calumniatum fuisse, et inique insanisse [ac per injuriam offendisse], et quasi impotentibus furiis actum esse, eo quod capita blasphemiarum Nestorii anathematizassem. Fidei namque meae recititudini testimonium perhibuit et Romana Ecclesia, et sancta quoque synodus ex universo, ut ita dicam, orbe qui sub caelo est, congregata. Quod enim nulla ex parte ab evangelica et apostolica traditione aberrarim, imo vero quod rectam minimeque obliquam sacrorum dogmatum semitam teneam, id posteaquam epistolas, quas ad Nestorium perscripseram, legissent, communi sententia confessi sunt omnes, et quidem scripto in ipsa fide monimentorum, rerumque gestarum. Optabam autem non horum tantum gratia eo venire, sed ut aliorum quoque declarationes, quas contra me measque instituerunt, falsas esse monstrarem : siquidem Nestorii dogmatum propugnatores, invidiae odiique arcum in me tendentes, impotentisque insaniae suae ausus variis modis adversum me concinnantes, viros quosdam « quorum deus venter est et gloria in confusione eorum, » sicuti beatus Paulus dicit⁵, mercede parant, et accusatores adornarunt, ac ut vestro imperio molesti essent, et quidem frequenter, curaverunt, cum nulla injuria a me sint affecti : neque enim illis mecum quidquam rei prorsus erat. Qui insidiatoribus meis nugaces linguas suas cum vendidissent, frustra contra me obloquebantur, nihil intentatum relinquentes. Hujusmodi vero homines nihil non audent : coalitam enim malitiam habent. Quare etiam pro nibilo ducunt, si calumniandi crimine convicti teneantur, saepissimeque adversus quos liberit mentiantur, quanquam ne eos quidem cognoscant, quos accusant. Norunt autem eos esse tales, talemque vitae consuetudinem inivisse, quotquot Alexandriam vestram inhabitant. Oblocuti sunt itaque illi, propinantes hoc iis, qui ad id eos incitarent, **258** et velut acceptorum munerum pretium temerariam in me linguam ostentantes. Tuli autem ista eadem admodum aegre. Quomodo enim id aegre non ferrem ? Verumtamen recordatus sum omnium nostrum Salvatoris dicentis : « Beati estis cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me. Gaudete et exsultate, quia merces

¹ Philipp. iii, 19.

Variae lectiones ex codice Segueriano.

¹ λελυπηκότα. ² γραφειῶν πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῶν. ³ ἀκρασίας καὶ μανίας. ⁴ ἰστώντες. ⁵ κατ' ἐφ' ἑαυτῶν. ⁶ γραφῆ. ⁷ ὑμέτεραν. ⁸ ἡμῶν.

vestra copiosa est in cœlis : sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos ¹¹. » Sane cum iniquitatis pater Satanas Ecclesiis iisque qui rectam fidem habent, laqueos tendere molitur, apostolicæque et evangelicæ fidei traditionem per suos satellites et administratos adulterare conatur, ac deinde illi qui rectæ fidei custodes sunt, veritatem ipsi opponunt, et recta pervertentibus obsistunt, Christum ipsum, qui veritas est, belli socium et auxiliatorem habentes, tunc statim mendacii pater multos qui mentiantur excitat ; statim sæva illa calumniatorum multitudo adversus illos qui pie vivere volunt, bellum ciēt. Hanc molestiam ipsos quoque sacros prophetas perpressos comperimus. Etenim prophetabat olim beatus Amos ; et Israelitas vehementer reprehendit, quod dilectionem erga Deum pro nihilo habuissent, legesque sibi datas neglexissent. Verum mox in medium prodiit, et restitit illi Amasias [Paschor, *al.* Pasbur,] (erat autem hic pseudopropheta, et cultor dæmoniorum), detulitque ad regem Israelis vim vere sanctum ac prophetam, ad hunc modum illum accusans : « Conjurationes facit contra te Amos : non poterit terra sustinere universos sermones ejus ¹². » Pari modo beatus quoque Jeremias propheta peccantem populum Israel vias suas corrigere jussit ¹³ : verum non defuerunt qui illum calumniarentur. Incitaverunt enim contra illum Sedechiam, qui regni solium tunc obtinebat. Erat profecto sanctis res hæc gravis et vere molesta : at quod Deo placitum gratumque sciebant, propriæ vitæ præferentes, in suscepto studio constanter persistebant, scriptum esse recolentes : « Cor regis in manu Dei est : quocumque voluerit, inclinabit illud ¹⁴. » Reddebat enim eos qui Judaicarum rerum potiebantur, clementes ac misericordes, quamvis sæpe vehementer essent incitati. Sed mittamus **259** quæ illis acciderunt, tanquam omnibus nota : in mentem revocemus celeberrimum beatissimumque patrem nostrum Athanasium, qui olim Alexandria vestræ episcopus fuit. Impugnabat ille perversam Arii opinionem : pugacitatis vero illius assentatores pertinaci studio illum calumniabantur, petulantemque et infrenem linguam adversus illum exserebant. Neque mendacii contenti, manum quoque cujusdam hominis abscederant, eamque circumferentes, horrendum videntibus spectaculum exhibebant (1). Dicebant autem Athanasium illam abscondisse, quemdam vero Arsenium nomine istud passum esse. Multo autem tempore ignaros decipere perstiterunt, donec tandem Arsenius ille, qui hactenus latuerat, adhuc vivus compertus est : atque ita vix tandem

Α ὁ τῆς ἀνομίας πατήρ, τουτέστιν ὁ Σατανᾶς, ταῖς Ἐκκλησίαις παγίδα, καὶ τοῖς ὀρθῶν ἔχουσι πίστιν ἐξαρτύειν ἐπιχειρεῖ ^ο, καὶ διὰ τῶν ἰδίων ὑπασιτιστῶν παραχαράττειν ἀποτολμᾷ τῆς ἀποστολικῆς τε καὶ εὐαγγελικῆς πίστεως τὴν παράδοσιν, εἶτα τῆς ὀρθῆς δόξης οἱ φύλακες ἀντανιστῶσιν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοῖς τὰ ὀρθὰ διαστρέφουσιν ἀντιφέρονται, σύνοπλον ἔχοντες, καὶ συμπαραστάτην αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ὃς ἐστὶν ἀλήθεια, τότε δὴ πάντως ὁ τοῦ ψεύδους πατήρ πολλοὺς ἐγείρει τοὺς ψευδηγῶρους· τότε δὴ καὶ συκοφαντῶν ἀγρία πληθὺς τοῖς εὐσεβεῖν ἡρημένοις ἀντανίσταται. Τοῦτο καθόντας καὶ αὐτοὺς εὐρίσκομεν τοὺς ἀγίους προφήτας. Προεφήτευσεν μὲν γὰρ κατὰ καιροὺς ^α ὁ μακάριος Ἀμώς, κατηγιᾶτο δὲ σφόδρα τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ὡς τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἡφειδικότας, καὶ τῶν δοθέντων αὐτοῖς ὑπερορῶντας νόμων· ἀλλ' εἰς μέσον ἦλθε παραχρήμα, καὶ ἀντέπραττεν ὁ ^ο Πασχώρ. Ψευδοπροφήτης δὲ οὗτος, καὶ δαιμονίων θεραπευτής. Εἶτα τῷ βασιλεῖ τοῦ Ἰσραὴλ διαβέβληκε τὸν ἀληθῶς ἅγιον, καὶ προφήτην, ὡς γεγραφώς· « Συστροφὰς ποιεῖται κατὰ σοῦ Ἀμώς· οὐ μὴ δύνηται ἡ γῆ ὑπνεγκεῖν πάντας τοὺς λόγους αὐτοῦ. » Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἰεριμίας πλημμελοῦντα τὸν Ἰσραὴλ ἐπινοροῦν ἐκέλευε τὰς οἰκίας οὐδοῦς. Ἀλλ' οὐκ ἀπήσων οἱ ἐνδιαβάλλοντες ^ε. Παρώτρυναν γὰρ κατ' αὐτοῦ τὸν Σεδεκιαν, τοὺς τῆς βασιλείας διέποντα θρόνους. Καὶ φορεῖσκον ἦν τοῖς ἀγίοις τὸ χρέμα καὶ δύσπιστον ἀληθῶς. Πλὴν τὸ Θεῷ δοκοῦν καὶ φίλον τῆς ἑαυτῶν προθένης ζωῆς, εἴχοντο καὶ οὕτω τῶν ἐν χειρὶ σπουδασμάτων, οὐκ ἀγνοοῦντες τὸ γεγραμμένον· ὅτι· « Καρδία βασιλέων ^κ ἐν χειρὶ Θεοῦ, οὐ δ' ἂν θέλων νεύσει ^ι, ἐκεῖ ἐκλινεν αὐτήν. » Πράους γὰρ αὐτοὺς ἀπετέλει, καὶ φιλοκτιρμονας, καίτοι πλειστάκις παρατρομμένους ^ι, τοὺς τῶν Ἰουδαϊκῶν κρατουντας πραγμάτων. Ἀλλὰ γὰρ παρήσομεν τὰ ἐκείνων, ὡς πᾶσιν ἐγνωσμένα. Μνησόμεαι δὲ τοῦ πανευφήμου, καὶ τρισμακαρίου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, τοῦ γεγονότος κατὰ καιροὺς ἐπισκόπου τῆς ἡμετέρας ^κ Ἀλεξανδρείας. Ἐμάχετο μὲν γὰρ ταῖς Ἀρείου κακοδοξίαις. Οἱ δὲ τῆς ἐκείνου βελυρίας παράσιτοι, συκοφαντοῦντες αὐτὸν διετέλου· ἀσελγῆ δὲ καὶ ἀχάλινον ἐπ' αὐτῷ τὴν γλώσσαν· ἀνέντες, ὡς οὐκ ἀρκοῦντων αὐτοῖς τῶν ψευσμμάτων, χεῖρα τεμόντες ἀνθρώπου, περικόμιζον. Φρικτῶν ^ι τοῖς ὀρῶσι παρατιθέντες θέαμα, ταῦτην αὐτὸν ἔφασκον ἀποτεμεῖν Ἀρσένιον δὲ τίνα τοῦτο παθεῖν διετινοντο. Χρόνους δὲ μακροὺς διατετέλεκασιν συναρπάζοντες, ἀχρις οὗ διαλανθάνων καταλήφθη ζῶν ὁ Ἀρσένιος· πεφώρταται δὲ οὕτω μάλις τῆς ἐκείνων σκαιότητος τὸ ἐγγείρημα. Δυσπιστον μὲν οὖν, καὶ σφόδρα δριμύ ψυχαῖς ἐλευθέραις, καὶ καθα-

¹¹ Matth. v, 11, 12. ¹² Amos vii, 10. ¹³ Jerem. xxvi, 2 seqq. ¹⁴ Prov. xxi, 1.

Variae lectiones ex codice Segueriano.

^ο ἐπιχειρεῖ. ^α καιρόν. ^ο ἦκει, καὶ ἀντέπραχεν δ. ^ι δύνησεται. ^ε διαβάλλοντες. ^κ βασιλέως. ^ι νεύσει. ^ι παρωξυμμένους. ^κ ἡμετέρας. ^ι καὶ φρικτῶν.

(1) Theodoret. lib. 1 *Hist. eccl.*, c. 30; Sozom. lib. 11, c. 24; — Socrat. lib. 1, c. 21.

(2) Quid deest. aut aliter legit interpretes.

ρὸν ἐχούσαις τὸ συνειδὸς, ἡ συκοφαντία, ἀλύει δὲ σφόδρα τῶν πεπονηθέντων ὁ νοῦς. Καὶ τὸ εἰκῆ, καὶ μάτην ἐπιβουλεύεσθαι παρὰ τῶν ἡδικημένων οὐδὲν, παγχάλεπον ὁμολογουμένως. Πλὴν ὅτι ταῦτα συμβήσεται τοῖς πρεσβεύουσι τὴν ἀλήθειαν, προκαταμμήνυκεν ἡ θεία Γραφή. Ἐφη γοῦν· «Ἔως θανάτου ἀγωνίαι περὶ τῆς ἀληθείας, καὶ Κύριος πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ·» καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς ἀγαθὴν εὐτολμίαν ἐπαλείφων τοὺς μαθητὰς, καὶ ψευδηγορίας ἀπάσης ἀλογεῖν ἀναπέθων, καὶ τῶν ἐπὶ τῷ διώκεσθαι πόνων· «Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, φησί, καὶ ὑμεῖς διώξεσιν·⁸⁵ εἰ τὸν οἰκοδοσπότην Βεελζεβούλ ἐκάλεσαν, πολλῶν⁸⁶ μᾶλλον τοὺς οικειακούς αὐτοῦ.» Ἐκδυσεπιεῖ⁸⁷ ὁ δὲ, καὶ σφόδρα χρησίμως, προσεπειπὼν· «Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ.» Εἰ γὰρ αὐτοῦ κατειρήχασι τοῦ Χριστοῦ, πῶς ἢ ποῶς ἡμῶν ὁ λόγος; Καὶ εἰ κατὰ παντός· ἀγίου γεγονάσιν αἱ συκοφαντίαι, πῶς ἦν ἄρα διαφυγεῖν τοὺς ἐλαχίστους ἡμᾶς; Ἀκρατὴς μὲν ἡ κατὰ τῶν ἁγίων γλῶττα P. Φέρεται δὲ ὡσπερ κατὰ πρᾶνους, ἀλλ' ἔστιν ἐπάρατος, καὶ θεῶν κατεστραγγισμένη. Ψάλλει γοῦν ὁ μακάριος προφήτης Δαυὶδ· «Ἐξολοθρεύσαι Κύριος πάντα τὰ χεῖλη τὰ δόλια, καὶ γλώσσαν μεγαλορήμονα.»⁸⁸

verum execrabilis et odibilis est coram Deo. Psallit igitur beatus propheta David : « Disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam⁸⁵. »

Πεπειράται· σὺν ἐμοὶ τῶν ἐκ γλῶττης ἀχαλίνου βελῶν καὶ ὁ ἀγαπητὸς μοναστὴς Βίκτωρ. Ἐπεφῆμισαν γάρ τινες αὐτῷ τῶν τάχα που ψευδηγορεῖν εἰωθότων, ὅτι καὶ αὐτὸς τῶν ἐκτόπων τινὰ πεφυλάρηκε κατ' ἐμοῦ· ὥστε καὶ ἀφιγμένον εἰς τὴν Ἐφεσίαν πρὸς με, κατηγιάντων σφόδρα τῶν ἀπὸ τῆς ἁγίας συνόδου τινές· μᾶλλον δὲ καὶ ἀπεστράφησαν ἅπαντες, ὡς ἔνα τῶν ἀνοσίων μεμισήσαντες. Διατετέλεχασιν καὶ πατραλοῖαν ὀνομάζοντες καὶ ἀδελφοκτόνον, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια. Καὶ τοῦτο γνοὺς ὁ πρεσβύτερος, πλείστων ὄσων αὐτὸν περιεστηκότων ἁγίων ἐπισκόπων, ἀνατείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ὁμώμοκεν ἀσυνήθως, κατὰ τε τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τῶν σεπτῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, μηδὲν ἑαυτῷ συνειδένα⁸⁹ τοιοῦτον· οὕτω τε μόλις ἐγὼ, καὶ αὐτὸς ἰσχύσαμεν τὰς τῶν λυπομένων θεραπεύσαι ψυχάς. Πλὴν εἰ καὶ πολλοὶ λίαν οἱ ψευδοεπεῖν ἐθέλοντες, ἐπιφυόμενοι τε καὶ ἐπιτηδώντες μάτην, μᾶλλον δὲ καὶ παροτρυνόμενοι⁹⁰ πρὸς τοῦτο παρὰ τῶν Νεστορίου σπουδαστῶν· ἀλλ' ἤρκεσεν εἰς ἐπικουρίαν τοῦ Σωτῆρος ἡ χάρις, καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας⁹¹ τὸ μισοπήνηρον. Ὅσπερ γὰρ ἐκ καμίνου καιομένης ἀρπάσαντες, ἡμερωτάτοις νεύμασι διεσώσατε· ἵνα τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ, τοῖς ἀνά πάσαν τὴν ἡμετέραν Ἰαίγυπτον ἁγίοις ἐπισκόποις καὶ μονασταῖς, ἀκατα-

eorum improbitatis conatus detectus est. Sane quidem calumnia aninis liberis, bonamque conscientiam habentibus, molestia est, valdeque acerba : angitur autem vehementer illorum animus, quibus ista accidunt : et gravissimum certe est, gratis et sine causa ab iis ejusmodi molestias insidiasque perferre, qui nulla unquam re læsi fuerant. Verumtamen quod ista veritatis cultoribus eventura essent, divina Scriptura prænuñtiaverat. Dicit enim : « Usque ad mortem certa pro veritate, et Dominus pugnabit pro te⁸⁵. » Sed et ipse quoque Dominus noster Jesus Christus, discipulos suos ad bonam confidentiam instruens, suadensque ut quodvis mendacium, omnemque persecutionis molestiam contemnerent, ita aiebat : « Si me persecuti sunt, et vos persequentur⁸⁶. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus⁸⁷? » Non mediocri autem afficit verecundia, et valde utiliter quod subjungit : « Non est, inquit, discipulus supra magistrum, nec servus supra dominum suum⁸⁸. » Si enim Christo contradixerunt, quæ nostri habenda erit ratio? Et si contra quemvis sanctum instructæ sunt calumniæ, quomodo nos minimi illas effugeremus? Petrus quidem est adversus sanctos viros impla lingua, ac præceps quodammodo fertur ; igitur beatus propheta David : « Disperdat Dominus

Expertus est mecum infrenatæ linguæ jacula etiam dilectus solitarius Victor. Sparserant enim de illo quidam ex iis qui mentiri consueverunt, quod is quoque contra me absurda quædam nugatus esset, **260** ut etiam cum Ephesum ad me venisset, nonnulli ex sancta synodo plurimum ipsum accusarint ; imo vero universi veluti unum ex impiorum numero perosi, illum aversati sint ; perstiteruntque parricidam et fratricidam, aliisque ejusmodi nominibus appellare. Cum autem ille senex hoc intellexisset, multis admodum sanctis episcopis ipsum circumstantibus, sublatis in cælum manibus, præter morem suum per sacrosanctum baptismum et veneranda Christi mysteria, nullius horum scelerum sibi conscium esse juravit : ac denique offensorum animos ægre ego et ipse simul hac ratione placare potuimus. Verumenimvero licet plurimi mentiri volentes exstiterint, et insurrexerint, et frustra insilierint, seu potius a Nestorii studiosis ad hoc incitati fuerint, sufficit tamen ad opem nobis ferendam Salvatoris nostri gratia, vestræque pietatis justitia. Nam velut ex ardenti camino ereptos, placidissimis vestris nutibus servastis, ut una cum aliis, qui per universam vestram Ægyptum sparsi sunt, sanctis episcopis et monachis continue pro imperio

⁸⁵ Eccli. iv, 33. ⁸⁶ Joan. xv, 20. ⁸⁷ Matth. x, 23. ⁸⁸ ibid. 24. ⁸⁹ Psal. xi, 4.

Variae lectiones ex codice Segueriano.

^m ὑπὲρ. ⁿ πόσω. ^o ἐδυσώπαι. ^p γὰρ τῶν ἀνοσίων ἡ γλῶττα. ^q συνιέναι. ^r παρωτρυνόμενοι. ^s σωτηρίας. ^t ὑμέτεραν.

vestro, et victoria, ac stabilitate, gratiarum actiones A λήκτους εὐχαριστίας, τὰς ὑπὲρ τε τοῦ ὀμετέρου
 sanctissimo Christo offeramus. Per quem, et cum κράτους, νίκης τε καὶ διαμονῆς, ἀναφέρωμεν τῷ
 quo, Deo et Patri sit gloria, cum sancto Spiritu in παναγίῳ Χριστῷ· δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ
 secula sæculorum. Amen. Πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας
 τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.



SANCTI PATRIS NOSTRI
CYRILLI
 ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI
 PRO CHRISTIANA RELIGIONE,
 ADVERSUS
JULIANUM IMPERATOREM
 LIBRI DECEM,

INTERPRETIBUS NICOLAO BORBONIO ET JOANNE AUBERTO.

Denuo recensuit et post Juliani imp. Opera edidit Ezechiel SPANHEMIUS Lipsiæ 1676, fol.

EX PRÆFATIONE EZECHIELIS SPANHEMII.

Quo consilio hic ^a prodeant, meque ejus rei auctore, decem Cyrilli contra Julianum libri, haud multis, ut opinor, erit mihi dispiciendum. Illud forte mirari potius subeat, cur a prioribus Juliani editoribus, et a Petavio maxime, qui in id potissimum, et diu quidem ac sollicite, incubuit, ut omnia ejus opera conquireret ac divulgaret, nulla habita sit ejus ratio: cum tamen haud ignota eidem foret eorum, quos adversus religionem Christianam ὁ παραβάτης ille imperator scripserat, librorum, apud gentiles juxta et Christianos prisci illius ævi scriptores, commemoratio. Illud quidem obiter tantum, et quo virum præstantem redargueret, qui paulo liberius veteres Ecclesiæ doctores, a quibus proscissus fuerat Julianus, perstrinxerat, tangit in Præfatione Petavii: nempe quod duo sint omnino Græci Patres, quorum existunt contra eumdem Julianum orationes: Gregorius Nazianzenus et Cyrillus; quorum alter, Cyrillus scilicet, haud paucis post Julianum annis vixit ac scripsit: cum tamen aliæ adhuc existunt, quod illum non fugit, qui earum etiam obiter alibi meminit, illorum Græcorum Patrum, sicut Chrysostomi in S. Babylam, et una in duos sub Juliano martyres, Jubentium et Maximinum, orationes seu sermones; quibus multis, et acerbè quidem, nec immerito tamen, in eum principem, ejus impietatem, superstitionem, nefandas artes, in Christianos sævitiam, invehitur ὁ χρυσορρήμων. Adde, quòd dispar esset haud parum Nazianzeni theologi, et Alexandrini antistitis scriptorum contra Julianum ratio: cum a postremo, seu Cyrillo, non orationes adeo sive in eum Σηλητευτικαί, sicut ab altero, quæ etiamnum leguntur, sint conscriptæ; quam hi decem libri, et quidem Ἵπερ τῆς τῶν Χριστιανῶν εὐαγοῦς θρησκείας, πρὸς τὰ τοῦ ἐν ἀθείῳ Ἰουλιανοῦ, *Pro sancta Christianorum religione, adversus impii Juliani libros*, quibus eos velut, ut vulgo aiunt, κατά πῶδα, gravissima disputatione sibi confutandos proposuit. Ad quos autem Juliani libros respexerat in Laudatione hujus imperatoris funebri gentiliumque familiaris Libanius: Πολλῶν δὲ θέσεις νόμων, βιβλίων τε συγγραμμάτων βοηθούτων θεοῖς, *legum autem multarum sanctiones, nec non librorum conscriptiones, diis succurrentes*: e Christianis vero scriptoribus idem, de quo modo, Nazianzenus; qui sub initium ferme primæ in hunc παραβάτην Philippicæ, perstringit τοὺς εὐαγεῖς ἐκείνου λόγους καὶ λήρους, *impios et nefarios ejus libros ac sermones nu-*

(a) Scilicet post Opera Juliani imp.

gatorios, quales nempe postremi generis exstant, in Solem, ac in deorum Matrem orationes. Aperta jam de iisdem Juliani adversus Christianos libris, vel Hieronymi (a), de quo paulo post, vel Socratis (b), Theophanis (c), aut aliorum loca hic non congeram; hujus enim rei majorem continuo fidem præstabunt iidem libri adhuc superstites; seu, quod supra jam innui, pars eorum luculenta, in hoc ipso, quo iidem confutantur, Cyrilli opere. Ad quos proinde libros viri eruditi, qui omnia Juliani opera se divulgare profitebantur, ac ipse vel in primis Petavius, pervolutandis veterum Ecclesiæ doctorum monumentis exercitatus, advertere debuerant, aut cur omnis a se præterita foret eorum ratio, haud prorsus reticere. Id enim opus, et Latine pridem, una cum aliis Cyrilli monumentis, superiori sæculo, ab OEcolampadio versum prodierat; et eodem anno, quo Julianum Parisiis edidit Petavius, in eadem urbe Græcæ primum, et cum nova interpretatione Latina, est a Nicolao Borbonio vulgatum.

Quorum autem Juliani librorum, quod obiter hic monendum, non eundem tradi a duobus, maxime tamen fide hic dignis, auctoribus numerum video. A Cyrillo enim, cui utique id non potuit esse ignotum, in hoc ipso, quo illos oppugnat, opere, seu ejus præmio, tres dicuntur exstare, καὶ δὴ ΤΡΙΑ συγγέγραφε ΒΙΒΛΙΑ, κατὰ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, καὶ κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας, *TRESQUE LIBROS contra sancta Evangelia, et venerandum Christianorum cultum, composuit.* Cum tamen plures, seu septem libri dicantur ab Hieronymo, qui ætate Juliano propior, et quo puero (d) iidem, ut ex alio ejusdem loco licet colligere, sunt conscripti. Id enim de iis tradit in epistola ad Magnum Romanum oratorem (e): *Julianus Augustus SEPTEM LIBROS in expeditione Parthica adversus Christum evomuit, et juxta fabulas poetarum suo se ense laceravit; si contra hunc scribere tentavero, etc.* Ut equidem haud facile liceat nunc statuere, cui potior fides hic haberi debeat; aut quomodo, qui exstant Hieronymi ævo septem hujus apostatæ contra Christianorum fidem libri, iidem paulo post sub Cyrillo, qui Hieronymo fuit suppar, et aliquot annis ante ejus obitum, jam ad Alexandrinam sedem evectus, ad tres sint redacti. A Socrate, quidem et Theophane, uti et a gentili Libanio, eorundem librorum, quod supra innui, sed in genere, nullo ascripto, quot iidem fuerint, eorum numero, fit mentio; nisi quod a Socrate alicubi e tertio illius operis libro quædam verba adducuntur. Ab eodem (f) Nic. Borbonio, qui primus illud opus Græcæ Latineque, ut paulo ante dixi, in lucem emisit, nihil ea de re monitum est, nec aliqua illius inter duos illos gravissimos testes diversitatis ratio reddita. In quo cæteroquin Alexandrini antistitis scripto, non commemorati solum Juliani adversus Christianos libri; sed iisdem, quos ibi adducit, in varias partes dissectis, præmissum continuo, unde eorum auctor proditur, illius nomen; quibus suam dein opponit confutationem Alexandrinus antistes. Neque enim refugit ille, aperto velut Marte cum eo in arenam descendere, virium palam et lacertorum aleam subire, non vero eundem ex occulto velut aggredi, aut, quem debellaret, sibi adversarium fingere, vel armis a semet suppeditatis instruere, aut vim eorum ac robur eludere vel dissimulare. Quo equidem instituto eo minus dubiam, sed illustriorem, de illo acerrimo religionis Christianæ hoste, a se invictis veritatis evangelicæ telis confosso et prostrato, victoriam consecutum, haud immerito censuit. Adeo ad Cyrillum inde ab illo consilio, ipsos nempe Juliani libros suis contra eum dissertationibus inserendi, neutiquam revocasse potuerit ea, quæ paucis demum ab ejus morte annis, nempe anno 449, a Theodosio Juniore prodiit, quæque ab initio ferme Justiniani Codicis legitur, constitutio (g), qua sancitur, *ut omnia, quæcunque Porphyrius sua pulsus insanit, aut QUIVIS ALIUS, contra religiosum Christianorum cultum conscripsit, apud quemcunque inventa fuerint, igni mancipientur;* ac similiter a Justiniano novell. XLII, cap. 1, qua sicut Nestorii, ita Severi scripta, ne penes aliquem Christianum maneat, prohibentur, et quidem addita ejus rei ratione, *quia prædecessoribus nostris imperatoribus in suis constitutionibus visum est statuere similia de his quæ dicta sunt et scripta a Porphy-*

(a) Epist. 84.

(b) Lib. III Hist. eccl., cap. 1 et 23.

(c) Chronogr. pag. 49.

(d) t Dum adhuc essem puer, etc., ac subito in

pso persecutionis ardore Juliani nuntiatus est in-

teritus. » In Habacuc. cap. III.

(e) Epist. 84.

(f) Lib. III, cap. 23.

(g) Leg. 3 Cod., De summa Trinitate.

rio in Christianos. Ut proinde haud mirari subeat, si eadem vel Porphyrii, vel aliorum e priscis gentilibus contra Christianos, uti Celsi, aut Hieroclis, aliorumve scripta dudum perierunt, ut etiam a Photio præterita sit omnis eorum mentio; quod idem fatum Juliani in eodem argumento libris contigerit, nisi quatenus iidem in hoc Cyrilli opere etiamnum comparent. Qua de re etiam, et ante latam illam a Theodosio Juniore sanctionem, præclarus exstat locus apud Chrysostomum oratione 2 in S. Babylam, ubi ipsis etiam gentilibus abolitorum eorumdem contra Christianos librorum causa tribuitur. Postquam enim dixisset os illud aureum, philosophos et rhetoras inter gentiles, alias magni nominis, ubi contra Christianos scripserint, ludibrium omnibus fuisse, neminem ne infantem quidem ad se pertraxisse, addit, Ἄλλὰ τοσοῦτός ἐστι τῶν ὑπ' αὐτῶν γεγραμμένων ὁ γέλως, ὥστε ΑΦΑΝΙΣΘΗΝΑΙ ΚΑΙ ΤΑ ΒΙΒΛΙΑ πάσαι, καὶ ἅμα τῷ δευχθῆναι καὶ ἀπολέσθαι τὰ πολλά. Εἰ δὲ πού τι καὶ εὑρεθῆναι διασωθὲν, παρὰ Χριστιανοῖς τοῦτο σωζόμενον εὔροι τις ἄν. *Verum tale est eorum ab iis* (illo nempe in genere) *scriptorum ludibrium, ut et IPSI LIBRI pridem EVANUERINT; et multi ex iis simul ostensi sint et perierint: ac, si forte aliqui servati deprehendantur, apud Christianos eosdem servatos quis reperiet.*

Quod proinde horum etiam, quos Julianus adversus Christianorum religionem elucubravil, librorum, ut modo innuebam, fatum exstitit, ut nusquam cum reliquis ejus operibus, quæ ad nostram usque ætatem sunt transmissa, in scriptis antiquis libris reperiantur: nec alibi proinde, quam in hisce, qui eos refutant, Cyrilli libris supersint. Quomodo etiam de Celsi contra Christianos commentatione duobus libris distincta, eaque inscripta Ο ΛΑΘΗΕ ΛΟΓΟΣ, *Verus sermo*; aut duobus Hieroclis adversus Christianam fidem, qui ΦΙΛΑΑΗΘΕΙΣ similiter erant signati, libris, e præclaro demum vel Origenis, etsi non eadem omnino via (seu præmissis iisque dissectis illius philosophi, cui suas dein defensiones sigillatim subnecteret, libris seu cavillationibus) contra eundem Celsum opere; aut Eusebii contra Hieroclem, qui itidem adhuc exstat, libello, liquet: in quo statim ab initio lectorem ad illud Origenis scriptum ablegat, quo abunde ac plene veritas et fides Christiana ab illis gentilium accusationibus et fallaciis sit vindicata. A quo tamen Eusebio, qui subinde in aliis suis, quæ adhuc versamus, operibus, librorum a Porphyrio contra Christianorum religionem scriptorum meminit (a); alibi (b) nonnulla etiam ac insignia inde adducit loca; a quo, inquam, iidem sunt refutati peculiari opere, et quidem libris triginta, sed e quorum numero viginti tantum ad se pervenisse tradit Hieronymus (c), nunc autem omnes interierunt. Quod similiter contigit elaboratis a Methodio et Apollinari fortissimis, ut Apollinaris scripta nominatim vocat Hieronymus (d), adversus eundem Porphyrium libris: de quibus, ac Origenis insuper contra Celsum Commentario, alibi adhuc ait: *Scripterunt contra nos Celsus atque Porphyrius; priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius et Apollinaris fortissime responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros: Methodius usque ad decem milia procedit versuum: Eusebius et Apollinaris viginti quinque et triginta volumina condiderunt.* Ita tamen, ut ab Apollinari scriptos contra Porphyrium libros, Eusebianis eodem in argumento longe superiores exstitisse tradat Philostorgius (e). E quibus cæteroquin Porphyrii contra Christianos libris, nonnulla loca, iis ætate haud paulo inferior, et Cyrillo coætaneus, adducit Theodoritus in opere Ἑλληνικῆς Θεραπευτικῆς (f), et quidem eadem, ut observo, quæ jam attulerat, indicatis modo locis, Eusebius. In hoc autem Cyrilli opere, ubi maxime ei rei erat locus, plura quidem ex aliis Porphyrii commentationibus, ut *De historia philosophorum, De vita Pythagoræ, ad Nemesium, De abstinentia ab esu animalium*, nusquam vero ex illius contra Christianos libris referri loca video; eorumdem alicubi (g) injectam obiter mentionem deprehendo: Περὶ τοῦ πορφυρίου μὲν, ὁ πικροῦς ἡμῶν καταχέας λόγους, καὶ τῆς Χριστιανῶν θρησκείας μονοουχὴν κατορχούμενος. *Porphyrius ille, qui amarulentis sermonibus nos insectatus, Christianæ religioni tantum non saltando illu-* *sit; alibi (h) ab eodem, juxta Julianum, is dicitur τῆς κατ' ἡμῶν ἀθροστομίας*

(a) Præf. lib. II, Chron.

(b) Hist. eccl. lib. VI, cap. 49, et Præp. ev. lib. I,

p. 31; et lib. V, p. 179.

(c) De script. eccl.

(d) Epist. 84.

(e) Lib. VIII, cap. 44.

(f) Serm. 2, p. 495 et f.

(g) Lib. I, p. 28.

(h) Lib. III, p. 87.

πατήρ, *petulantis in nos malevolentiae pater*. Ea proinde exstitit Christianorum adversus illos maledicentissimos Porphyrii libros justissima indignatio, et quidem postquam multum temporis in perlegendis prophetarum, ut de eo tradit Theodoritus (a), contrivisset, dum is ea condidit in Christianos volumina; quæque indignatio peculiaribus, ut vidimus, imperatorum sanctionibus est etiam confirmata. Adeo ut ea quoque, quæ illos fortissime impugnantur libros, veterum Ecclesiæ doctorum scripta omittenda, seu de manibus fidelium deponenda potius censuerint, quam ut Porphyrianorum, iisve similium, scriptorum memoria, una cum illis, præclaris quanquam, Methodii, Eusebii, Apollinaris, quibus ea redarguebantur, lucubrationibus, ad posteros transmitterentur. Imo cujus elucubratum ab Apollinari operis, non adeo contra Porphyrium, quam contra hunc Julianum, cujus is etiam ætate vixit, et gentilium philosophos in genere, illiusque *De veritate* inscripti, meminit Sozomenus (b), οὐκ ἀγενής δὲ καὶ ΠΡΟΣ αὐτὸν ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ἤτοι τοὺς παρ' Ἑλλήσι φιλοσόφους, ἐστὶν αὐτῷ ὁ λόγος, δὲ Ὑπὲρ ἀληθείας ἐπέγραψεν, *nec ignobilis est ejusdem liber, quem ADVERSUS IMPERATOREM et gentilium philosophos composuit, quem De veritate inscripsit*; quique, ut continuo addit, absque ullo sacrorum librorum testimonio, ostendit eos vario errore deceptos secus, quam decet, de Deo sentire. Quod similiter, et quidem ut contra Julianum conditum ab eodem Apollinari scriptum, memorat Theophanes (c); cujus ea de re verba, quia non in omnium manibus versatur ille auctor, et prima fronte ab illis Sozomeni abire aliquantum ea videntur, hic ascribam: Ἀπολλινάριος δὲ μὲν θεῖα Γραφή χρησάμενος ὕλη, χαρακτηῖρας δὲ τῶν ἀρχαίων μιμησάμενος, καὶ κατὰ τοῦ Ἰουλιανοῦ λόγον συγγράψας, δὲ Περὶ ἀληθείας ὑπέγραψε, πολλὰ τὴν Ἐκκλησίαν ὠφέλησε. *Apollinaris ex divina quidem Scriptura materiam (nempe, non verba quidem, seu, quod ait Sozomenus, expressa ejus testimonia, sed ipsa tamen argumenta) desumens, eodemque vetustiorum, quos imitatus est, caractere; libro, quem ADVERSUS JULIANUM condidit, inscripto De veritate, Ecclesiam magnopere juvit.* Quale insuper testimonium de his ipsis Cyrilli contra Julianum libris perhibet paulo post idem Theophanes: Ἀνατροπὴν δὲ ὁ Ἰουλιανὸς ὁ δυσσεβὴς ἔγραψε τῶν θεῶν εὐαγγελίων, ἣν ὁ μέγας ΚΥΡΙΑΚΟΣ Ἀλεξανδρείας ἐν ἐξαιρέτῳ πραγματεία λαμπρᾷ ἐπανέτρεψεν. *Impius Julianus sacrorum Evangeliorum confutationem scripsit, quam Cyrillus, magnus Alexandriae antistes, selectis et luculentis editis commentariis refutavit.*

Neque certe leves erant rationes, quas ipsemet Cyrillus in Præfatione ad Theodosium imp. tangit, quibus inductus gravissimus antistes defensionem veritatis evangelicæ adversus pestilentissimum Juliani scriptum susciperet. Ita enim, quod ille ibidem innuit, istud erat comparatum, ut ob petita crebra e sacra Scriptura, quæ ibidem convelleret ὁ παράδειξ, testimonia, tanquam eximie easdem sacras Litteras nosset, incautis ac rudioribus imponeret: gentiles autem eam hisce libris eloquentiæ vim inesse existimarent, ut a nemine e Christianis doctoribus everti eadem posse arbitrarentur. Accedebat magna et velut adhuc recens Juliani apud eosdem gentiles auctoritas et opinio: quam ei non primi solum in orbe fastigii dignitas ac amplitudo conciliaverat; sed eximia ac insolita in eodem fastigio cum laudatissimarum virtutum, uti temperantiæ, continentiae, et, juxta Donatistas, sed qui haud semel eo nomine sunt ab Augustino perstricti (d), justitiæ, aliarumve id genus commendatio; tum singularis, exquisitæ ac multiplicis doctrinæ excitatiq; ingenii præstantia. Unde cum haud adeo multis ante annis, intento studio et summo, quo flagrabat in eam fidem a qua desciverat, odio, quo etiam priorum ante se persecutorum sævitiam vinceret, elaboratum fuisset ab eo illud adversus Christianorum religionem scriptum, non poterat non illud a sophisticis aliisve gentilium eæ ætate doctoribus, ad avitam impietatem ac nefarium idolorum cultum asserendum, labefactanda autem Christianorum dogmata, obtundi passim et jactari. Idque majori in speciem colore et obtentu, quod idem omnibus illius religionis, quam is impugnabat, mysteriis fuerat initiatus; quod in ordines etiam sacros fuerat aliquandiu assumptus; quod ita ab ortu, ad suscepti usque ab eo imperii tempus, eandem, externo ad minimum cultu, professus; nec proinde, ejusdem scilicet juxta illum impietatis cultorum judicio, nisi de illius religionis falsitate, ex interiori et

(a) *Ε.Ε.Ι.* Θερατ., Serm. 7, tom. IV, p. 588.

(b) *Lib.* v, cap. 18.

(c) *Chronogr.* ed. Reg. p. 40.

(d) *Epist.* 105 et *lib. contra Petil.*, p. 184.

accurata omnium illius fidei dogmatum Christianique ritus notitia, idonee et scienter convictus, ad ea, et quidem quæ jacere tum cœperant aut destitui, gentilium sacra, defecisset. Imo unde iisdem Juliani libris plurimos, e Christianorum nempe numero, concussos, neque mediocre fidei detrimentum allatum, tradit Cyrillus. Adde, quod eadem Cyrilli, cum hoc scriberet (a), ætate, nec dum forent plane sacra ista in Romano orbe abolita; quod magnus adhuc esset passim gentilium, et quidem in Oriente, aut in ipsa Ægypto, numerus (prout Saturni adhuc apud Alexandrinos templi, ubi fœda ab ædituis ejus commissa essent scelera, mentio fit in his libris) (b); frequens ex eodem grege sophistarum, philosophorum, aliisque doctrinis aut disciplinis eruditorum foret copia: quales, et quorum supersint etiamnum lucubrationes, Zosimus, junior Victor, Rutilius Gallus, suppar iis Syrius, ipse, aut qui proxime tantum obierat, Alexandrinus itidem Claudianus, aliique. Imo unde Cyrillo æqualis, et quondam adversarii, Theodoriti exstant scripti eodem in argumento, seu adversus gentiles sui ævi, pro asserenda veritate Evangelica *Therapeutici*; et quidem, ut id in eruditissimi illius operis præmio testatum facit, ad eosdem retundendos, qui familiaribus secum colloquiis, Græcorum fabulas admirantes, Christianorum fidem, et eorum, qui illam tradiderant, apostolorum incitiam ac barbariem habebant ludibrio. Unde etiam a nefariis id genus vel Porphyrii vel Juliani, aliisque gentilium, quæ Christianorum fidem impugnabant, scriptis et cavillationibus confutandis abstinendum sibi ea et superiori ætate neutiquam existimarent viri gravissimi: quod nempe omnia illorum, ut de hisce nominatim Juliani et Porphyrii libris ait Socrates (c), sophismata abunde et luculenter in edito ab Origene ea de re opere, essent jam repressa ac diluta; aut, quod juxta eundem Socratem, ad rudes tantum ac imperitos, neutiquam vero apud eos, quibus e sacris Litteris perspecta erat veritas, verba in iisdem libris fecisse censendus sit Julianus.

Adeo ut maximo quidem jure, et quidem multorum, ut ipsemet ait (d), rogatu inductus sit Alexandrinus antistes, ut Julianum Christianis, editis ea de re tribus, ut id ab eo dicitur, aut septem juxta Hieronymum, ut vidimus, libris, proterve insultantem, non immanis solum erroris ac fœdissimæ superstitionis argueret, sed singularem insuper sacrarum Litterarum, quas in iisdem adducebat passim et suggillabat, aut vero falsis et ineptis interpretationibus eludebat, imperitiam aut cavillationem omnibus palam faceret. Neque enim hic absurdas illas et aniles de Christianis fabulas iisdem objiciebat ὁ παραβάτης, nocturnos nempe et illicitos conventus, Thyesteas cœnas, nefandos et OEdipodeos concubitus, clandestinas in principem ac salutem imperii publicam conjurationes; quæ toties in veterum Christianorum Apologeticis pridem rejecta et confutata, nunc in ea luce veritatis evangelicæ, et ab eo, qui eandem fuerat tot annos professus, inter Christianos natus, altus, omnium inter eos sacerorum consors, reponere nunquam ausus foret vel asserere. Aliis utique artibus læcessendi ipsi erant Christiani, aliis machinis subruenda eorum fides: eamque in rem, receptos eorum mores, leges, mysteria, quocumque pacto vel obtentu criminatur; nullum bonum factum, aut in sacris Litteris recte et sapienter dictum, quod, uti de hoc ejus in iisdem libris instituto loquitur alicubi Cyrillus (e), non in malam partem detorqueat ac interpretetur. Hoc institutum, hic scopus, hæc merces maledicentissimi operis, quo impios illos Christianæ religionis cavillatores, Porphyrium et Celsum, non æmulari solum, sed superare contendit ὁ παραβάτης. Unde etiam ita hos triumvirorum illorum furores tangit alicubi et conjungit Hieronymus (f): *Discant ergo Celsus, Porphyrius, Julianus, rabidi adversus Christianos canes, discant eorum sectatores*, etc. Hinc et Celsi legens hæc in parte, ut ex Origene contra eundem libris liquet, vestigia Julianus, Christianos redarguit, tanquam qui non a gentilibus tantum, sed a Judæis quoque, e quibus orti sint, abhorrentes, diversos ab iis ritus colant; imo neque a Judæis solum, quod ii præ se ferrent, sui temporis, sed a Mosaicis, uti et a prophetarum, præceptis ac institutis recedant (g): id quod e sublato apud Christianos sacrificiorum, circumcisionis, Sabbatorum, panis azymi usu; aut a prohibitorum in lege ciborum esu; et quod non unum amplius

(a) Præf. p. 3.

(b) Lib. vii, p. 244.

(c) Lib. iii, cap. 25.

(d) præf. p. 5.

(e) Lib. iii, p. 74.

(f) Præf. de Script. Eccl.

(g) Lib. i, p. 6, 7; lib. ii, p. 43; lib. ix, p. 298-305; lib. x, p. 351-354, 357; ibid. p. 352.

τοῦ Θεοῦ δόξαν κατακερτομῶν οὐ δέδωκε, καὶ τῆς
εὐαγοῦς ἡμῶν θρησκείας ἀνοσίως κατακεκραγῶς,
τῶν παρ' Ἑλλήσι σοφῶν διαμνημονεύει συχνῶς· καὶ
ἀπάσῃ μὲν εὐφημίᾳ στεφανοῖ τὰς ἐκείνων κακοδοξίας·
καταθρασύνεται δὲ τῶν ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας
δογμάτων· καὶ τῶν μὲν Μωσέως ἱστοριῶν καταμει-
διᾷ· καταγορεύει δὲ καὶ ἀπάντων ἀπαξιαπλῶς τῶν
ἁγίων, ταῦτητοι καὶ μάλα εἰκότως, ὕλην ὡσπερ τινὰ
ταῖς ἀντιλογίαις προεσωρεύσαμεν, τὴν σαφῆ καὶ
ἐναργεστάτην ἀπόδειξιν τοῦ καὶ πρεσβυτέραν τῶν
παρ' Ἑλλήσι σοφῶν τὴν τοῦ παναρίστου Μωσέως
γενέσθαι συγγραφήν· καὶ μὴν, ὅτι τῆς Χριστιανῶν
πίστεως τὴν παράδοσιν κατ'ἰδοὶ τις ἂν, ἀσυγκρίτοις
ὑπεροχαῖς, ἐν ἀμείνοσι τῶν παρ' ἐκείνοις δεδοξασμέ-

37 Non abs re esse rati, imo et utile et necessa-
rium, ut primum diceremus qui, et quibus, tempo-
rum ordine priores exstiterint, et quid de Deo
quique etiam opinati sint, earum rerum accura-
tissimam enarrationem fecimus. Sed nos forte
quispiam reprehenderit dicens: Quid tu demum,
cum Christianorum dogmatum patrocinium susce-
peris, et Juliani maledictis potioem velis oratio-
nem opponere, non continuo hanc viam insistere
in animum induxisti, sed præter orationis decorum
ab illa digrediens, genealogiis recensendis te im-
plicuisti, Græcorum Hebræorumque opiniones anxie
persecutus? **38** Amoliamur igitur hanc culpam,
et eo nos opportune delatos esse confirmemus.
Nam cum Julianus, exemplo Babylonii Rapsacæ⁴⁴,
effrenatæ linguæ conviciis illudere Dei gloriæ veri-
tus non sit, et in sanctam religionem nostram
impie vociferans, sapientes Græciæ identidem com-
memoret, nefariisque illorum opinionibus omni
genere laudis exornatis, sacris Ecclesiæ dogmatibus
audacius insultet: cumque Mosis libros habeat
ludibrio, et omnes denique, ut semel dicam, sanctos
homines accuset, idcirco nos, neque id injuria,
priusquam refutationem aggredieremur, silvam ve-
luti quamdam congressimus, qua clare et perspicue
demonstratum est, et antiquiorem esse Græcorum
sapientibus optimi Mosis historiam, et præterea
cuius patere Christianæ fidei traditionem illorum
placitis incomparabili eminentiæ genere antecellere.
Quæ sane una ratio fuit, qua reliquis in libris lon-
giori excursioni modum imponeremus, neque vide-

⁴⁴ IV Reg. xviii, 19 seqq.

remur interdum procul a rerum propositarum sensu prætervelii. Ac de his quidem satis. Ad ipsum illius librum deinceps veniendum, cujus versibus ad verbum editis, concinno more ac modo nostra subjungemus, non nescii quam acriter sit ejus maledictis resistendum. Quoniam autem, ut dixi, effrenatum os aperiens immani calumnia Servatorem nostrum omnium Christum appetiit, et infames in eum subinde voces jactat, talium quidem mentionem non faciam: verum bono consilio præteritis iis quæ vel auditu solo quempiam contaminarent, refutandis tantum necessariis insistam, illum ubique cavillatorem et locutuleium ostendens, et cui id plane vitium insit, ut ne veri quidem quidquam loqui possit. Quin et illud scire oportet: Primo quippe libro per innumeras cogitationes divagatur, quas susque deque versare ac revolvere non cessat; et quod inventus fuerit initio dixisse, hoc in medio et sine subinde repetens, facit, ut minus recte et ordine se habere videatur oratio. Fere enim necesse est iis, qui adversus ejus dicta contendere decreverunt, non semel, sed multoties eadem inculcare videri. Illius itaque libro decentiori ordine **39** partito, collatisque generatim sententiis, non sæpius singulis, sed abunde semel et artificiose cum illo congregiamur. Contra nos igitur dicere Julianus incipit his verbis:

ἀειλογοῦντας ὁρᾶσθαι. Διελόντες τοίνυν ἐν τάξει τῇ αὐτῷ διανόιας συνενεγκόντες κατ' εἶδος, οὐχ ἐκάστην ὑπαντήσομεν. Ἄρχεται τοίνυν τοῦ καθ' ἡμῶν λόγου, καί φησι:

JULIANUS.

Operæ pretium mihi videtur cunctis mortalibus causas exponere, quibus adductus sum ut crederem, Galilæorum sectam humanum esse commentum malitiosæ confictum, quæ nihil quidem divini habeat, sed fabulis addicta, et puerili ac stollida animi parte abusa, prodigiosas narrationes in veritatis testimonium adduxerit.

CYRILLUS.

Galilæos, ut reor, vocat sanctos apostolos; prodigiosas autem narrationes, Mosis scripta, et sanctorum prophetarum prædictiones, et divina oracula. Et insciens forte, sed non sine numine, suam ipse superstitionem damnat. Siquidem Galilææ duæ sunt, quarum una in Judæa, altera Pænienicum oppidis finitima ac vicina. Et quidem scriptum est in Evangeliiis, nostrum omnium Servatorem Christum, cum juxta mare Galilææ, hoc est, lacum Tiberiadis, ambularet, delectum fecisse discipulorum ⁴⁷. Alicubi autem Deus per unum e sanctis prophetis ait: « Et quid vos mihi, Tyrus et Sidon, et omnis Galilæa alienigenarum ⁴⁸? » Quin et divinus Isaias: « Regio Zabulon, inquit, et terra Nephtbalim, et cæteri qui oram maritimam incolunt, Galilæa gentium: populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam ⁴⁹. » Proinde Galilæi

ων. Ἦν δὲ δὴ οὕτω, καὶ οὐχ ἐτέρως, καὶ τοὺς ἐφεξῆς ἀπαλλάξαι λόγους μακροτέρως ἐκβολῆς, καὶ τοῦ γε δοκεῖν, ἔσθ' ὅτε παρακομιζέσθαι ποι μακρὰν τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας. Καὶ τούτων μὲν ἄλλοις. Ἐπ' αὐτὴν δὲ λοιπὸν ἰτέον τὴν ἐκείνου συγγραφὴν· ἐκτιθέμενοι δὲ τοὺς στίχους ἐπὶ λέξεως αὐτῆς, ἀντεπιόσομεν τὰ παρ' αὐτῶν ἐν κόσμῳ τῷ δέοντι ταῖς ἐκείνου καταβήρῃσιν, ἀντεπιφέρεσθαι δεῖν οὐκ ἀγεννῶς ἐγνωκότες. Ἐπειδὴ δὲ, ὡς ἔφη, ἀπύλωτον ἀνοίγνυς τὸ στόμα πλείστην δσιν πεποίηται τὴν συκοφαντίαν κατὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ παλιμφήμους ῥίπτει κατ' αὐτοῦ φωνάς, τῶν μὲν τοιοῦτων οὐ διαμεμνήσομαι· παρελάσας δὲ καὶ μάλᾳ ἐμφρόνως τὰ δι' ὧν ἂν τις καταμαίνοιτο, κἂν εἰ μόνον ταῖς αὐτοῦ προσβάλλοι φωναῖς, τοῖς ἀναγκαίοις ἀνταναστήσομαι· φιλοσκώμμόνᾳ τε καὶ εἰκαιόμυθον πανταχῇ δεικνύων αὐτὸν, καὶ τοῦ δύνασθαι τι τῶν ἀληθῶν εἰπεῖν, ὀλοτρόπως ἡμαρτηκότα. Ἴστέον μέντοι κάκεινο· ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ λόγῳ διὰ πλείστων μὲν ὄσων ἐννοιῶν ἔρχεται· ἔνω τε καὶ κάτω τὰ αὐτὰ περιστρέφων καὶ ἀνακυκλῶν, οὐ πάύεται· καὶ ὅπερ ἂν ἐν ἀρχαῖς εὐρίσκειτο λέγων, τοῦτο καὶ διὰ μέσου καὶ τοῖς τελευταίοις ἐντιθεῖς, τοὺς τῆς ἀντιβήρῃσεως λόγους ἀποφύγειεν ἂν οὐκ ἐν κόσμῳ τάχα πού γεγεννημένους. Πῆσα γὰρ πως ἀνάγκη τοῖς παρ' αὐτοῦ λεγομένοις φιλονεικεῖν ἡρημένους, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλειστάκις περὶ τῶν αὐτῶν πλειστάκις, ἀποχρώντως δὲ ἅπαξ καὶ ἐντέχνως,

C

IOULIANOS.

Καλῶς ἔχειν μοι φαίνεται τὰς αἰτίας ἐκθέσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅφ' ὧν ἐπέισθη, ὅτι τῶν Γαλιλαίων ἡ σκευωρία πλάσμα ἐστὶν ἀνθρώπων, ὑπὸ κακουργίας συντεθέν· ἔχουσα μὲν οὐδὲν θεῖον, ἀποχρηταμένη δὲ τῷ φιλομύθῳ, καὶ παιδαριώδει, καὶ ἀνοήτῳ τῆς ψυχῆς μορῷ, τὴν τερατολογίαν εἰς πίστιν ἤγαγεν ἀληθείας.

KYPIAΛOΣ.

Γαλιλαίους μὲν οὖν, ὡς γε οἶμαι, φησὶ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· τερατολογίαν δὲ, τὰ Μωσέως γράμματα, καὶ τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν προαγορεύσεις τε καὶ θεηγορίας. Καὶ ἠγνόηκε μὲν Ἰσως, μᾶλλον δὲ οὐκ ἄθεε, τῆς ἑαυτοῦ δεισιδαιμονίας πεποίηται τὴν καταβήρῃσιν. Εἰσι γὰρ Γαλιλαῖαι δύο· ὧν ἡ μὲν μία κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, ἣ γε μὴν ἕτερα ταῖς Φοινίκων πόλεσιν ὁμορὸς τε καὶ γείτων· καὶ γοῦν ἐν μὲν τοῖς Εὐαγγελίοις γέγραπται περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, ὅτι περιπατῶν παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, τουτέστι τὴν Τιβεριάδος λίμνην, ἀπολέκτους ἐποίητο τοὺς μαθητάς. Ἐφη δὲ πού θεός καὶ δι' ἐνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν: « Καὶ τί καὶ ὑμεῖς ἐμοί, Τύρος καὶ Σιδὼν, καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων; » Καὶ μὴν καὶ ὁ θεοπέσιος Ἡσαίας· « Χώρα Ζαβουλὼν, φησὶ, καὶ γῆ Νεφθαλεμ, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τὴν παραλίαν οἰκοῦντες,

⁴⁷ Matth. iv, 18; Marc. i, 16 seqq. ⁴⁸ Joel iii, 4.

⁴⁹ Isa. ix, 1.

Γαλιλαία τῶν ἔθνῶν · ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει
 φῶς εἶδε μέγα. » Γαλιλαῖοι δὴ οὐκ ἴδιου μόνου
 νοηθεῖεν ἂν, οἱ κατὰ γε τὴν Ἰουδαίαν, ἀλλὰ γὰρ καὶ
 πάντα τὰ ἔθνη. *Γαλιλαία* γὰρ, φησὶ, τῶν ἔθνῶν.
 Ἄσυμφανές οὖν ἄρα, καὶ οὐπω σαφές, κατὰ τίνων ἂν
 οἱ περὶ τὸ ἐπισημότερον τε καὶ ἀληθέστερον ὁ λόγος
 αὐτῶ · πότερον καθ' ἡμῶν, ἢ γοὺν κατ' αὐτοῦ, καὶ
 τῶν τὴν ἀπόπληκτον καὶ φιλῆν αὐτῶ δεισιδαιμονίαν
 τετιμηκότων · Γαλιλαῖοι γὰρ καὶ αὐτοὶ, μᾶλλον δὲ
 κατ' οὐδένα τρόπον ἐνδοιάσαι τις ἂν, ὅτι ταῖς Ἑλλή-
 νων ἐμβρυνησιαῖς ἀρμόσειεν ἂν τῶν εἰρημένων ἢ
 δύναμις. Ποῦ γὰρ τὸ μυθῶδες πολὺ, καὶ ἀσύφηλον,
 καὶ παιδαριῶδες, ψυχρὸν τε καὶ εἰκαϊόδουλον, καὶ
 ἀσυνεσίας ἀπάσης ἔμπλεον · πλὴν ὅτι παρὰ μόνους
 αὐτοῖς, οἱ πολυτρόπως τερατευσάμενοι, καὶ εἰς
 πίστιν ἀληθείας ἀγαγεῖν ἐπιχειροῦσι τὸ ψεῦδος;
 Ἄκαλλές δὲ οὕτω παρ' αὐτοῖς ἐστι καὶ πολὺ, ὥς καὶ
 αὐτοὺς τοὺς ἐξείλεγμένους, ἄριστά τε φιλοσοφεῖν τὰ
 παρ' ἑαυτοῖς εἰωθότας, τῆς τῶν ποιητῶν οὐκ ἐνθέου
 μᾶλλον, ἀλλ' ἐκτόπου μανίας, πλείστην μὲν ὄσπην
 ποιήσασθαι τὴν καταβολήν · πρέπει δὲ ὅτι τῆς παρ'
 αὐτοῖς τεροβρίας ἀποφοιτᾶν, ἀναφανδὸν εἰπεῖν. Οὐ
 γὰρ τοι προσίεται τὰ Ὀμήρου Πλάτων θεοὺς καὶ
 θεὰς εἰσθεομιχέας, τοῦτο μὲν ἐπ' ἀσελείᾳ κατεγνω-
 σμένους, καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων πλεονεξίαις ἡδικοη-
 μένους · τοῦτο δὲ κλαίοντας, καὶ τεθνεώτων αὐτοῖς
 τῶν ἐκ γένους ἀσχάλλοντας, καὶ τὸ, *ὦ μοι ἐγὼ,*
λέγοντας γυναικοπρεπῶς, διὰ τοῦτο τὸ βούλεσθαι μὲν
ἐξαρκᾶσαι θανάτου τινὰ, μὴ μὴν εἶναι δύνασθαι τοῦτο
δρᾶν, ἀλλ' ἡττᾶσθαι Μοιρῶν, καὶ Περρωμένη παρα-
χωρεῖν, ὥς ἀλκιμωτέρᾳ δηλονότι καὶ αὐτοῦ τοῦ
προβυγοντος τῶν ἄλλων θεῶν, ὃν δὴ καὶ ὕπατον κα-
λοῦσι Δία. Ἄλλὰ γὰρ τὸ καὶ εἶναι δύνασθαι πλεῖστα
λέγειν ἐν γε δὴ τούτῳ παρὲς διὰ τοι τὸ μὴ δοκεῖν
ἀποφέρεσθαι τοῦ εἰκότος, ἐπὶ τῶν τῶν προκειμένων
ἐπανήξω σκοπόν. Ἑλλήνων ἐστὶ τὸ μυθῶδες · καὶ
αὐτοὶ τὴν τερατολογίαν εἰς πίστιν ἀληθείας, οὐκ ἐξ
ἀπλῶν ἐνομιῶν, ἀνοσίως δὲ μᾶλλον καὶ φιλοκακούρ-
γως ἐξευρημένους, ἐπενεργεῖν ἐσπούδασαν, καὶ κατὰ
τῆς ἀρβήτου δόξης τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, τὸ
κακότηδες πλάσμα συνθεθείκασιν, καὶ ὥσπερ τινὰ
πάγην ταῖς τῶν ἀπλουστέρων ψυχαῖς τὴν σκευωρίαν
ἐστήσαντο. Ἐπλάνησαν γὰρ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν,
θεὸν εἶναι λέγοντες τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἕτερα τῶν
στοιχείων · καὶ ὡς ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος,
« Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμυράνθησαν, καὶ ἠλλάξαντο
τὴν δόξαν τοῦ ἀφάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιωμάτι εἰκότος
φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων,
καὶ ἐρπετῶν. » Ἴνα δὲ καὶ ταῖς αὐτοῦ παραχωρῶμεν
ἐνομίαις, οὐκ ἑτέροις μᾶλλον ἐπαφίεντες τὸ εἰρημένον,
ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐόντες ἐπιπηδᾶν,
ἢ γοὺν καθάπαξ αὐτῶ τε τῶ πανσόφῳ Μωσεί καὶ τοῖς
ἁγίοις προφήταις, ἠκέτω, δεικνύτω σαφῶς, τί τὸ
πλάσμα τὸ κακούργως συνθεθὲν, ποῖαν δὲ εἶναι φησι
τὴν τερατολογίαν, καὶ τί τὸ φιλόμυθον καὶ παιδα-
ριῶδες τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας. Ἄρα μύθους
ἡμῖν συνέγραψεν ὁ Μωσῆς, ἕνα τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς

A non soli intelliguntur qui in Judæa sunt, verum et
 gentes omnes; *Galilæa* enim, inquit, *gentium*. Ob-
 scurum igitur certe, nequedum manifestum, in
 quos magis vere et convenienter tendat ejus oratio,
 utrum in nos, an potius in ipsum, et ejus, quam
 tantopere diligit, stultæ superstitionis laudatores.
 Galilæi enim et ipsi, imo nulla ratione quispiam
 dubitaverit, ad Græcorum vesaniam istorum verbo-
 rum vim pertinere. Ubi enim tantum fabularum,
 tam ineptæ res, tam pueriles, tam frigidæ et futi-
 les, **40** tam omnis stultitiæ plenæ, quam apud
 eos ipsos, qui, multiplicibus confictis prodigiis,
 veritati fidem conciliare nituntur mendacio? Tam
 multa vero ac tanta est apud eos fœditas, ut eorum
 eximii quique et de ritibus suis optime philoso-
 phari soliti, adversus poetarum certe non divinum,
 sed absurdum potius furorem, oppido vehementer
 declamaverint, palamque dixerint, ab illorum præ-
 stigiis esse recedendum. Non enim admittit ea Plato
 quæ ab Homero dicuntur, qui deos et deas invexit
 partim quidem libidiuis damnatos et humanis
 cupiditatibus obnoxios, partim lugentes et consan-
 guineorum mortem desentes, et *Hei mihi* mulie-
 brem in modum ejulantes; propterea quod cum
 fato eripere quempiam vellent, id utique præstare
 non possent, sed a Paris victi Fato etiam credere
 cogentur, utpote vel ipso reliquorum deorum
 præside superiori, quem summum Jovem appellant.
 Sed enim, prætermisissis iis quæ plurima mihi insu-
 per dicenda suppetunt, uti, ne a re evagari videar,
 ad propositum scopum revertar. Græcorum est
 fabulositas; quippe qui prodigiosa commenta in
 veritatis argumentum non simplici mente, sed im-
 pie potius et flagitiose inferre studuerunt, adeoque
 contra ineffabilem omnipotentis Dei gloriam ma-
 lignum figmentum composuerunt, ac artem suam
 veluti quemdam laqueum simpliciorum mentibus
 statuerunt. Etenim mortales omnes deceperunt,
 cœlum deum esse dicentes, et cætera elementa;
 atque, ut sapientissimus Paulus scribit, « cum se
 sapientes esse dicerent, stulti facti sunt, et muta-
 verunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem
 imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et qua-
 drupedum, et serpentium ⁴⁰. » Sed ut Juliano demus
 quod vult, nec ad alios dicta illa transferamus,
 sed et eum sinamus sanctis apostolis, aut certe
 sapientissimo Mosi et sanetis prophetis insultare;
 prodeat, ostendat manifeste quodnam sit figmen-
 tum illud quod malitiose confatum deprædicat,
 quænam monstrosa mendaciæ, et quas Christiani
 cultus fabulas ac pueriles nænias nominat. Num-
 quid **41** nobis Moses fabulas consuit, cum unum
 natura et vere Deum esse prædicat, ingenitum,
 æternum, incorruptibilem, quantitatis expertem,
 invisibilem, immutabilem, impalpabilem, vitam,
 sapientiam ac vitæ datorem, potentiam, genera-
 tionis auctorem, regem, Dominum universorum?

⁴⁰ Rom. i, 22, 23.

An a veritate deflexit sanctorum prophetarum oratio, quibus id curæ potissimum fuit, ut Mosaicorum dogmatum vestigiis insisterent? An sanctorum apostolorum doctrinam invenimus ab illa discrepantem? Minime vero. Præterea, quo pacto contendit nihil divini Galilæorum doctrinam continere, sed inanes alioqui fabulas esse et prodigia mendaciorum? Nam quis negaverit, nihil melius quidquam hominibus esse quam recte et certissime cognoscere unum existentem natura et vere rerum omnium Opificem ac Dominum? Sed et ipsi concessuri sunt utique, scio pulcherrimam et eximiam philosophiæ partem et esse et appellari contemplatricem; per quam res divinæ, quoad homini assequi fas est, ab iis, qui acrioribus sunt ad perspicendum oculis, propemodum capiantur. Jam vero quoniam id sibi persuasum ait, doceat unde vel a quibus. Neque enim gloriatur quasi hoc solus sciat; sed si id ipse sibi persuasit, atque hoc satis est, videlicet, ut ait et existimat, ad perfectissime demonstrandum Christianam religionem malam esse, quantæ vanitatis rem faciat, dicere prætermittit. Sed delicias solus faciat in nostris rebus; non enim tam infenso iudice nos utemur. Quod si eorum, qui alios accusant, orationem veram esse oportere, non falsam, existimat; ne solus ipse sibi persuasum dicat esse, sed re coarguat. At nos ex his, quæ ab illo dicta sunt, iterum cognoscemus ipsum justius se fabularum auctorem quam nos arguere, et illius criminis manifestum teneri.

JULIANUS.

Verba autem facturus de omnibus illorum, ut vocant, dogmatibus, illud prius dicere volo, operæ pretium esse ut qui hæc lecturi sunt, si contradicere velint, nihil, ut in iudicio, extra causam actitent, aut, quod vulgo dicunt, translatione criminis utantur, donec priora defendendo diluerint. Sic enim melius et apertius defensionem suam instituent, cum quid nostræ rei reprehendere voluerint. In quibus autem nostris rationibus respondent, recriminatione non utantur.

CYRILLUS.

Elinguem igitur oportet esse eum, quem tu reum postulaveris, et indicta causa reum damnari vis, velitoque prorsus ne de te verba faciat, statuis ut seipsum reum peragat? Atqui nolle nos dicendo quidquam rerum tuarum attingere, hominis est reprehensionem metuentis, et gravitatem dedecoris, quod cum illis conjunctum est, non ignorantis. Et sane si religionem Christianam insectando, non omni genere laudis eximiisque titulis Græcorum superstitionem afficiat, idem a nobis vicissim exigit. Sin autem sua ipsi maledicta in nos mirifice placent, et amentix suæ potiores partes tribuit, Græcas res veluti præstantiores nobis opponens;

εἶναι Θεὸν λέγων, ἀγέννητον, ἀίδιον, ἀφθαρτον, ἄποσον, ἀόρατον, ἀναλλοίωτον, ἀναφή, ζῶην, καὶ ζωοποιὸν, σοφίαν, δύναμιν, γενεσιουργόν, βασιλέα, Κύριον τῶν ὄλων; Ἄρα διημάρτηκε τὰ ληθοῦς τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος, τῶν Μωσαϊκῶν δογμάτων καθ' ἕχνος ἰνάτι διεσπουδακῶς; Ἄρα τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἑτεροτρόπως ἔχουσαν τὴν διδασκαλίαν εὐρήσομεν; Οὐ μὲν οὖν. Εἶτα, πῶς θεῖον μὲν ἔχειν οὐδὲν τὰ παρὰ Γαλιλαίους ἰσχυρίζεται, μύθους δὲ ἄλλως εἰκαίους καὶ τερατολογίας εἶναι φησι; Καίτοι τίς οὐκ ἂν συνομολογήσειεν, ὡς οὐκ ἂν γένοιτό τι ἄμεινον ἀνθρώποις τοῦ διειδέναι καλῶς τε καὶ ἀπλανῶς τὸν ἕνα τε καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα τῶν ὄλων Δημιουργόν καὶ Κύριον; Φαίεν δ' ἂν, οἷδ' ὅτι καὶ αὐτοὶ τὸ κάλλιστον καὶ ἐξαίρετον τῆς φιλοσοφίας μόριον εἶναι τε καὶ λέγεσθαι τὸ θεωρητικόν· δι' οὗ τοῖς κατιδεῖν ἰσχύουσι βουεχέστερον, γένοιτ' ἂν μόλις, καὶ κατὰ γὰρ τὸ ἀνθρώποις ἐφικτὸν, ἀλώσιμα τὰ περὶ Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ πεπεισθαι φησιν αὐτὸς, διδασκέτω πόθεν, ἢ παρὰ τίνων. Μὴ γὰρ δὴ μόνος αὐχείτω τοῦτο εἰδέναι. Ἄλλ' εἰ μὲν αὐτὸς ἐπέστη καθ' ἑαυτὸν, καὶ τοῦτο ἀπόχρη πρὸς ἐντελεστάτην ἀπόδειξιν, ὡς γοῦν οἴεται καὶ φησι, τοῦ μὴ εὔχειν τὰ Χριστιανῶν, ὅτι μὲν λῆρος τὸ χρῆμα αὐτῷ, παρήσω λέγειν· πλὴν ἐντροφάτω μόνος τοῖς καθ' ἡμᾶς. Οὐ γὰρ τοι οὕτω πολεμικωτάτῳ χρησόμεθα δικαστῆ. Εἰ δὲ δεῖν οἴεται τοὺς τῶν εὐθυνοῦντων λόγους, οἵπερ ἂν γένοιτο κατὰ τινων, ἀληθεῖς εἶναι καὶ οὐκ ἐψευσμένους, μὴ αὐτὸς ἑαυτὸν πεπεισθαι λεγέτω μόνος, ἀλλ' ἐλεγγέτω διὰ πραγμάτων. Ὅτι δὲ μᾶλλον ἑαυτὸν ἐν δίκῃ, καὶ οὐχ ἡμᾶς ἐπὶ τῇ μυθοπλασίᾳ γράφεται, καὶ οὐκ ἀνύποπτον ἔχει τὸ ἔγκλημα, δι' ὧν ἔφη πάλιν εἰσόμεθα.

ΙΟΥΑΙΑΝΟΣ.

Μέλλων δὲ ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων δογμάτων ἀπάντων ποιῆσθαι τὸν λόγον, ἐκεῖνο βούλομαι πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι χρὴ τοὺς ἐντυγχάνοντας, εἴπερ ἀντιλέγειν ἐθέλοισιν, ὡσπερ ἐν δικαστηρίῳ, μηδὲν ἐξωθεν πολυπραγμονεῖν, μηδὲ τὸ λεγόμενον ἀντικατηγορεῖν, ἕως ἂν ὑπὲρ τῶν πρῶτων ἀπολογησονται. Ἄμεινον μὲν γὰρ οὕτω καὶ σαφέστερον, ἰδίαν μὲν ἐστήσασθαι πραγματείαν, ὅταν τι τῶν παρ' ἡμῖν εὐθύνην θέλωσιν. Ἐν οἷς δὲ πρὸς τὰς παρ' ἡμῶν εὐθύνas ἀπολογοῦνται, μηδὲ ἀντικατηγορεῖν.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Ἄγλωπτον οὖν, εἰπέ μοι, τὸν παρὰ σοῦ διωκόμενον εἶναι χρῆ, καὶ σιωπῶντα κελεύεις ἀλῶναι τὸν φεύγοντα, καὶ οὐδενὸς τὸ παράπαν τῶν σῶν διαμνημονεύσαντα, διακυροῖς ἐλέσθαι καθ' ἑαυτοῦ τὴν γραφήν; Καίτοι τὸ μὴ βούλεσθαι τι λέγειν ἡμᾶς τῶν σῶν, δεδιότος ἐστὶ τὸν ἔλεγχον, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς αἰσχροτήτος οὐκ ἠγνοηκότος τὸ ἀτερπέος. Εἰ μὲν οὖν αὐτὸς τῆς Χριστιανῶν καταγορεύσας θρησκείας, οὐκ ἐπαίνου παντὸς ἀξιοί, καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς στεφανοί τὴν Ἑλλήνων δεισιδαιμονίαν, ἀναπαυαίτεω τὸ ἴσον. Εἰ δὲ δὴ τοῖς καθ' ἡμῶν ἐναθρῦνεται λόγος, καὶ τὴν ἀμείνω δόξαν ἀνάπτει ταῖς ἑαυτοῦ δυσβουλίας, τὰ Ἑλλήνων ἀντιπαραιοθεῖς ὡς προδύοντα,

πῶς ἡμᾶς σιωπᾶν ἀξιοί, μεμνησθαι δὲ ὅλων τῶν παρ' A
 αὐτοῖς οὐδενός, ὅτε τοῖς ἰδίοις δόγμασι συναγορεύειν
 ἐθέλοντες, τοὺς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ ποιούμεθα λόγους ;
 Εἰ μὲν οὖν ἀφέντες τὸ χρῆναι τοῖς σοῖς ἀντιφέρεσθαι
 λόγοις, ἐπὶ δὲ τὸ δεῖν τῶν Ἑλληνικῶν διαμεμνησθαι
 μόνον παρατετράμμεθα, φαίην ἂν ὅτι καλῶς καὶ οὐκ
 ἕξω τοῦ εἰκότος, ὃ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ πεποιήται λόγος
 αὐτῷ· ἀπολογουμένοις δὲ, καὶ ὑπαντᾶν ἐθέλουσι πρὸς
 πᾶν ὄτιον τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, πῶς ἂν ἔτι
 δικαίως ἐπιτιμήσειεν, εἰ τοῖς ἑαυτῶν συνειπεῖν ἤρη-
 μένοι, καὶ τῆς Ἑλλήνων δυσσεβείας τὸ αἶσχος ἀπο-
 γυμνοῦν σπουδάζομεν ; Ὅσπερ γὰρ τῶν χρωμάτων
 ἐν τοῖς ἑτεροειδέσι τὴν ὄψιν ἐκφανεστέραν ἔστιν
 ἰδεῖν (« Τὸ γὰρ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, » φησὶ)
 κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τουτοῦ τὸν τρόπον, καὶ
 τὰ ἐμπεφυκότα κάλλη ταῖς ἀρεταῖς, ταῖς τῶν ἀμα-
 θεστέρων μάλιστα διανοαῖς γένοιτ' ἂν οὐχ ἕτέρως
 ἐμφανῆ, πλὴν ὅτι διὰ μόνης τῆς τῶν ἐναντιῶν αἰ-
 σχρότητος. Ἀναπειθεὶ γὰρ τοῖς ἀμείνοσι τὴν τοῦ
 χρῆναι νικᾶν ἀπονεύμαι ψήφον, τὸ τῆς φαυλότητος
 ἀκαλλές. Διὰ τοῦτο καὶ μάλα εἰκότως, δέδωκε μὲν τὰ
 οἰκεία, καὶ εἰς μέσον ἦκειν οὐκ ἐξ τὰ ἐφ' οἷς αἰσχύνεται· σιωπᾶν δὲ
 κελεύει καὶ τοῦτο εὐθυνομένους.
 Αἰτιᾶται δὲ καὶ καθ' ἑτέρους τρόπους ἡμᾶς, οὕτω λέγων·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Μικρὸν δὲ ἀναλαβεῖν ἀξίον, ὅθεν ἡμῖν ἦκει καὶ
 ὅπως ἔννοια Θεοῦ τὸ πρῶτον. Εἶτα παραθεῖναι τὰ
 παρὰ τοῖς Ἑλλήσι καὶ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ὑπὲρ
 τοῦ Θεοῦ λεγόμενα. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐπανέρεσθαι
 τοὺς οὔτε Ἑλληνας οὔτε Ἰουδαίους, ἀλλὰ τῆς Γαλι-
 λαίων ἕντας αἰρέσεως, ἀνθ' ὅτου πρὸ τῶν ἡμετέρων
 εἶλοντο τὰ παρ' ἐκείνοις, καὶ ἐπὶ τούτῳ τί δὴ ποτε
 μὴδὲ ἐκείνοις ἐμμένουσι, ἀλλὰ κάκεινων ἀποστάντες
 ἰδίαν ὁδὸν ἐτράποντο· ὁμολογήσαντες μὲν οὐδὲν τῶν
 καλῶν, οὐδὲ τῶν σπουδαίων, οὔτε τῶν παρ' ἡμῖν
 τοῖς Ἑλλήσιν, οὔτε τῶν παρὰ τοῖς ἀπὸ Μωσέως
 Ἑβραίοις· ἀπ' ἀμφοῖν δὲ τὰς παραπεπηγυῖας τοῖς
 ἔθνεσιν ὡσπερ τινὰς κῆρας δρεπόμενοι, τὴν ἀθεότητα
 μὲν ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς βῆθουργίας· φαῦλον δὲ καὶ
 ἐπισημασμένον βίον ἐκ τῆς παρ' ἡμῖν βῆθουργίας καὶ
 χυδαίότητος, τοῦτο τὴν ἀρίστην θεοσεβείαν ὀνομάζε-
 σθαι ἠθέλησαν.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Ὅ δὴ χρῆναι λέγων τοὺς ἐντυγχάνοντας αἷς ἂν
 καθ' ἡμῶν ποιοῖτο συκοφαντίας, εἰπερ ἀντιλέγειν D
 ἐθέλοιεν, ὡσπερ ἐν δικαστηρίῳ, μὴδὲν ἐξωθεν πολυ-
 παραγομεῖν, μὴδὲ τὸ δὴ λεγόμενον ἀντικατηγορεῖν,
 ἐπαγγέλλεται σαφῶς ἐν τούτοις παρατιθέναι τὰ παρὰ
 τοῖς Ἑλλήσι καὶ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ὑπὲρ τοῦ
 Θεοῦ λεγόμενα. Ἄρ' οὖν ὃ τῆς ἀντιπαραθέσεως
 τρόπος ὅποι ποτὲ βλέπει· καὶ τίς ἂν εἴη σκοπός
 αὐτῷ τοῖς Ἑλλήνων δόγμασιν ἀντιπαρεξάγοντι τὰ
 Ἑβραίων, ἦγουν τὰ Χριστιανῶν ; Οὐ γὰρ που φαί-
 νει ἂν ὅτι τὴν κατὰ βῆθον ἀποστήσας, καὶ τοῦ χρῆ-
 ναι συκοφαντεῖν ἑαυτὸν ἀπενεγκῶν, ὀρθοῖς κερή-
 σεται δικασταῖς τοῖς ἐντυφερόμενοις, ὡς καὶ ἐθελήσας
 παρ' αὐτῶν, τί τὸ ἀμείνον, ἢ τί τὸ χεῖρον ἀναμαθεῖν·

⁸¹ Joan. 1, 5.

JULIANUS.

Æquum autem est paucis repetero, unde nobis
 primum et quomodo succurrat Dei cogitatio. Deinde
 comparanda sunt ea, quæ apud Græcos et Hebræos
 43 de Numine dicuntur. Tum interrogandi qui
 neque Græci neque Hebræi sunt, sed e Galilæo-
 rum secta, quamobrem suam doctrinam nostræ
 anteposuerint, neque tamen in ea permanserint,
 sed discessione facta ab illa, viam peculiarem in-
 siterint, nihil rectum aut honestum fassi eorum,
 quæ vel apud nos Græcos sunt, vel apud eos, qui
 a Mose, Hebræos : insitas vero utrique genti veluti
 noxas collegerint ; alienitatem quidem ab diis ex
 levitate Judaica ; improbum autem ac dissolutum
 vitæ genus ex inertia et confusione nostra, idque
 præstantissimum Dei cultum nuncupari volue-
 rint.

CYRILLUS.

Qui dicit, harum calumniarum quas in nos struxit
 lectores, si refutationem aggredi velint, ut in foro,
 nihil extra causam afferre, neque recriminatione
 uti debere ; is utique clare profitetur, in his se com-
 paraturum ea quæ Græci et Hebræi de Deo prodi-
 derunt. Quonam igitur spectat hæc comparandi ra-
 tio, et quoniam Juliano scopus propositus est, dum
 cum Græcorum dogmatibus Hebræa aut sane Chri-
 stiana componit ? Non enim quisquam dicet illum,
 obtrectandi calumniandique relicto studio, lectorum
 æquitate ac iudicio staturum, ut etiam ab ipsis,
 quid melius sit aut deterius, edoceri velit : verum,
 ut conjicere est, non aliter suæ de Deo sententiæ
 præcones inventurum se putat, quam Christiano-

rum placita comparatione Græcorum elevet turpiore calculo notata. Sed absit ut hoc contingat apud eos, quibus est cognita veritatis vis, et mendacii infirmitas perspecta. Cæterum illud animadvertite, quo pacto, lege veluti quadam nobis indicta silentii, ne rei suæ quidquam attingere liceat, cum de nostra religione loquimur, eorum quæ vetuit reus ipse deprehenditur. Quoniam vero etiam interrogatione nos urget, cur demum Græcis relictis ad Hebræos deflexerimus: age, et nos paria cum eo faciamus. Quamobrem, relictis Christianis et veritate deserta, mendacium amplecteris, et adeo detestandam idololatrarum superstitionem certæ de Deo sententiæ **44** per summam stultitiam anteponens, præclare te consuluisse putas, ac non potius in postremum omnium errorem inductum? Quod si verissimam causam accipere velit, ob quam relictis Græcis Hebraica prætulerimus, ejus verbis rem exponimus. Sic enim loquitur:

δοξίαν; Εἰ δὲ δὴ βούλοιο νοεῖν τὴν ἀληθεστάτην Ἑβραίοις τετιμῆκαμεν, τὰ αὐτοῦ λαβόντες φαμέν.

JULIANUS.

Ait qui Græci fabulas de diis confinxerunt incredibiles et portentosas. Nam Saturnum filios devorasse dixerunt, deinde rursus evomuisse. Mox incestas nuptias Jovis; nempe cum matre congressum, susceptisque ex ea liberis, filia nupsisse, eam denique constupratam alteri collocasse aiunt. Ad hæc feruntur Bacchi laniatus, et membrorum conglutinationes. Hujusmodi res Græcorum fabulis produntur.

CYRILLUS.

Habes hinc defensionem idoneam. Quid ergo te discrucias, ac nos incusandos putas, quod, tam fœda et incredibili Græcorum vanitate modo non calcibus repulsa, meliori calculo veritatem comprobavimus? Divinus namque Moses, et una sanctorum prophetarum chorus, apostoli et evangelistæ, unum natura et vere Deum colunt ac celebrant; et ut id perinde faciamus hortantur, nosque a fabulis dimoveant, et portentis, et obscena cogitatione, adeoque admirabili vitæ genere nos conformant. Nihil autem commentitium habent, nihil cujus probabilis ratio reddi non possit. Nam et Mosis et sanctorum prophetarum præconiis nostra consentire, et evangelicæ apostolicæque doctrinæ vim majorum sententiis congruere, suo loco demonstrabimus. Nunc, quoniam nescio qua ratione inductus pertendit, nihil apud nos rectum aut honestum esse, agendum id nos edoceat; neque vero nudam et sine probatione accusationem instituat. Qui sit enim, ut nihil rectum sit apud nos? numquid accurata et elaborata de Deo et de creatione mundi apud Christianos doctrina reperitur? numquid nobis officiorum scientia omni reprehensione et vituperatione vacua e sacris Litteris abunde suppetit? Et vero quomodo cuiquam obscurum esse potest, non alia ratione optimum philosophandi genus recte

Α ολεται δὲ που, κατὰ τὸ εἶδος, οὐχ ἑτέρως τῆς ἐνοούσης αὐτῷ δόξης περὶ Θεοῦ ἐπαινετάς ἔσεσθαι τινάς, εἰ μὴ κακύνοιτο τὰ Χριστιανῶν ἀντιπαράθεσι τῶν Ἑλληνικῶν, τὴν αἰσχίω ψήφον ἐφ' ἑαυτοῖς δεχόμενα. Ἄλλ' οὐκ ἂν γένοιτο τοῦτο ποτε, παρὰ γε τοῖς εἰδόσι καὶ τοῦ ψεύδους τὸ ἀδρανὲς, καὶ τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν. Πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει· νομοθετῶν γὰρ ὡς περ ἡμῖν τὸ χρῆναι σιγᾶν, καὶ τῶν αὐτοῦ διαμεμνησθαι μηδενός, ὅτε τοὺς ὑπὲρ γε τῆς ἑαυτῶν θρησκείας ποιούμεθα λόγους, οἷς ἀπέφηνεν, αὐτὸς ἀλοὺς εὐρίσκεται. Ἐπειδὴ δὲ προσάγει καὶ πῦσιν, τί δὴ ποτε τὰ Ἑλλήνων ἀφέντες, τοῖς Ἑβραίοις προσκεκλιμένα, φέρε καὶ ἡμεῖς αὐτῷ τὰ ἴσα λέγωμεν. Ἀνθ' οὗτο γὰρ δὴ τὰ Χριστιανῶν ἀφεις, καὶ τῆς ἀληθείας ἀποδραμῶν, τὸ ψεῦδος ἀγαπᾶς, καὶ τὴν οὕτω μυσαρωτάτην ἐθελοθρησκείαν, τὴν τῶν εἰδωλολατρῶντων φημι, τῆς ἀκριβοῦς περὶ Θεοῦ δόξης ἀνοητότητα προτιθεῖς, εἶτα οἷε βεβουλεύσθαι καλῶς, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὴν ἀπαστὴν ἐσχάτην ὑπομείναι κακοαίτιαν, ἐφ' ἣ τὰ Ἑλλήνων ἀφέντες, τὰ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις τετιμῆκαμεν, τὰ αὐτοῦ λαβόντες φαμέν. Ἐφη γὰρ οὕτως·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Οὐκοῦν Ἕλληγες μὲν τοὺς μύθους ἐπλασαν ὑπὲρ τῶν θεῶν, ἀπίστους καὶ τερατώδεις. Καταπιεῖν γὰρ ἔφασαν τὸν Κρόνον τοὺς παῖδας, εἶτ' αὐθις ἐμέσαι. Καὶ γάμους ἤδη παρανόμους· μητρὶ γὰρ ὁ Ζεὺς ἐμίχθη, καὶ παιδοποιησάμενος ἐξ αὐτῆς, ἐγρημεν αὐτὸς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα, ἀλλὰ μυχθεὶς ἀπλῶς, ἄλλω παραδέδωκεν αὐτήν. Εἶτα οἱ Διούσου σπαραγμαὶ, καὶ μελῶν κολλήσεις. Τοιαῦτα οἱ μῦθοι τῶν Ἑλλήνων φασί.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Ἐχεις ἀποχρῶσαν ἐντεῦθεν τὴν ἀπολογία. Ἀλύεις δὴ οὖν, ἀνθ' οὗτο, καὶ ἡμᾶς εὐθύνειν ἀξιοῖς, ὅτι τὴν οὕτως αἰσχρὰν καὶ ἀπίθανον τῶν Ἑλλήνων εἰκαιομυθίαν μονονοχί καὶ διαλακτίσαντες, τὴν ἀμείνω ψήφον τοῖς ἀληθεῖσι δεδώκαμεν. Μωσῆς μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος, καὶ προσεῖτι τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ χορδός, ἀπόστολοι τε καὶ εὐαγγελισταί, τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς δοξολογοῦσι Θεόν. Διακείσθαι τε οὕτω καὶ ἡμᾶς ἀναπειθουσιν, ἀποφέροντες τῶν μύθων, καὶ τερατείας ἀπάσης, καὶ φρονήματος αἰσχροῦ, καταβρυθμιζόντες δὲ καὶ εἰς ἀξιάγαστον πολιτείαν. Πέπλασαι δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς οὐδὲν, οὔτε μὴν ἀπίθανον ἔχοι τῶν ἐννοιῶν τὴν ἀπόδοσιν. Ὅτι γὰρ τοῖς Μωσείως καὶ τοῖς τῶν ἁγίων προφητῶν κηρύγμασι συμβαίνει τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς τε καὶ ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἡ δύναμις ταῖς τῶν προλαβόντων ἐνοίαις συμφέρεται, διαδείξει σαφῶς ὁ λόγος ἡμῖν ἐπὶ καιροῦ. Ἐπειδὴ δὲ, οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγειν, τῶν σπουδαίων ἢ ἀγαθῶν οὐδὲν παρ' ἡμῖν εἶναι διατείνεται, φέρε καὶ τοῦτο δεικνύτω· μὴ γὰρ δὴ ψιλήν τε καὶ ἀναπόδεικτον ποιείσθω τὴν καταγόρευσιν. Πῶς γὰρ τῶν σπουδαίων οὐδὲν ἐστὶ παρ' ἡμῖν; οὐκ ἀκριθῆς καὶ ἀπεξεσμένος ὁ περὶ Θεοῦ λόγος, καὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, παρὰ Χριστιανοῖς εὐρίσκεται, οὐ τῶν πρακτέων τὴν ἐπιστήμην ἀνεπίπληκτόν τε καὶ ἀκχτάψεκτόν ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων κεχορηγή-

μεθα; Καίτοι πῶς οὐχ ἄπασιν ἐναργές, ὅτι τὸ ἄρι-
στα φιλοσοφεῖν διαπεραίνοντο ἂν ὀρθῶς, οὐ καθ' ἕτε-
ρον τρόπον, οἷμαι; Θεωρητικὴ γὰρ καὶ πρακτικὴ γε-
νὴς τούτοις φιλοσοφία, παντὸς ἂν εἴη ἐπαίνου με-
στή· καὶ παρὰ τοῖς τὰ Ἑλλήνων ἐσπουδαχόσι θαυ-
μάζεται. Οὐκ οὖν οὐκ ἀπὸ γε τῆς Ἑβραίων δόξης
τὴν ἀθεότητα μεμαθήκαμεν· ἔφη γὰρ αὐτὸς καὶ
τοῦτο· ἀλλ' εἴπερ τις ἐθέλοι τάληθές εἰπεῖν, ἐκ τῆς
θεοπνεύστου Γραφῆς τῆς Ἑλλήνων ἀμαθίας κατε-
γνώκαμεν. Καὶ ὅτι μᾶλλον ἐστὶ τὸ ἄθεον παρ' αὐτοῖς
τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς οὐκ εἰδόσι Θεόν, πῶς
οὐκ ἂν εἴη παντὶ τῷ σαφές; Βίον δὲ φαῦλον καὶ ἐπι-
σευρημένον ἐκ τῆς παρ' αὐτοῖς βρῦθιμίας ἐλέσθαι
φησὶν ἡμᾶς, χυδαίοντά τε καὶ βρῦθιμίαν ὀνομάζων
Ἑλληνικὴν, τὸ ἀδιακρίτως ὀφθαγεῖν, παραιτεῖσθαι
τε τῶν ἐδωδῖμων οὐδέν. Ἐν γὰρ δὴ τούτῳ μάλιστα
τὴν τῆς εὐσεβείας περιστάσι δύναμιν, καὶ ἀπάτης
ἀρετῆς ἐν καλῷ γενέσθαι νομίζουσιν, εἰ δὴ παρ-
αιτεῖντο τῶν ἐδωδῖμων τινά. Καίτοι τί δήποτε τὸν τῆς
ἀγνείας ἐν τούτοις ὀρίζονται τρόπον; πάντα μὲν γὰρ
γένετο παρὰ Θεοῦ· καλὰ δὲ πάντως τὰ ἐξ ἀγαθοῦ,
καὶ ὁ πάναγνος καὶ ἀβέβηλος, τῶν καταμαίνειν
ἡμᾶς εἰωθότων εἰργάσατο ἂν οὐδέν. Τί γὰρ καὶ βρω-
σις ἐμποίησειεν ἂν τοῖς μετεσχηκόσιν αὐτῆς; Ἡ καὶ
ὀπίον ἂν αὐτοῖς εἰσφρήσαιτο μολυσμὸν; Παραιτεῖ-
σθαι δὲ, οἷμαι, προσήκει τὰ δι' ὧν ἂν εἰκότως κατα-
μαίνοντο τις. Δρῶν δ' ἂν τοῦτο καὶ μάλα γενναίως
οἱ τῆς φαυλότητος τρόποι, μοιχεῖται, πορνεῖται, κατα-
λαλιαί, ψευδηγορίαί, συκοφανταί, φιλοχρηματαί,
καὶ τὰ λοιπὰ. Οἱ δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν ὑπολογιζά-
μενοι προσποιούνται μὲν ὀλιγοσιτεῖν, ἐστ' ὅτε καὶ
τῶν ἐδωδῖμων ἀποπέμπονται τινά, δεδῶσι δὲ τῶν
ἐκτόπων οὐδέν. Καὶ πρὸς γε δὴ τούτῳ, κατευφραί-
νουσι τὸν ὕπατον Δία, τὰ αὐτοῦ τιμᾶν ἡρημένοι, καὶ
τὰ τῆς Κυπρογενοῦς θεραπεύουσι κράτη. Πλείστα
μὲν οὖν ὅσα τὰ καθ' ἡμῶν παρ' ἐκεῖνου. Ἀχυρολο-
γεῖ δὲ λίαν καὶ κατὰ τὸ πανσόφου Μωσέως, καὶ
τῆς αὐτοῦ συγγραφῆς οὐ μετρίαν ποιεῖται τὴν κατάρ-
τησιν. Φησὶ γὰρ τὸν τῆς Κοσμοποιίας συντιθέντα
βιβλίον εἰπεῖν μὲν ὅπως τῶν ἀληθῶν οὐδέν, ὕθλους
δὲ ἀπλῶς συμφορῆσαι γεγρακότας· καὶ ἅ μὲν ἦν
εἰκὸς τοῦ παντὸς ἀξιώσαι λόγου, ταῦτα δὴ πάντα
ποιήσασθαι παρ' οὐδέν· εἰκὴ δὲ ἀπλῶς ἐβραψυδη-
κότα, δόξαι τι λέγειν σοφὸν τε καὶ ἀξιάκουστον. Τε-
θαύμαξε δὲ τῶν παρ' Ἑλλήσι σοφῶν τὰς ἐπὶ τούτῳ
δόξας, μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων, εὐφημίαις καὶ κρότοις
τὴν Πλάτωνος στεφανοῖ. Ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν οὐ μετρίως
σοβαρεύεται, κἀν τούτῳ δὴ πάλιν παρῆσω λέγειν. Ὅτι
δὲ εἰκαίως ἐπὶ ταῖς Ἑλλήνων εὐρεισιπέλαις ἀνασπᾶ
τὴν ὄφρυν, ὡς ἂν οἶός τε ὦ, περᾶσομαι διειπεῖν.
Χρηναὶ δὲ οἷμαι παραθεῖναι πάλιν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ
ἑξῆς βιβλίων ἀπολεξάμενον τὴν ἐκάστου δόξαν, ἣν
ἔχειν ἱξίον περὶ τῆς τοῦ κόσμου κατασκευῆς, εἶτα τὴν
Μωσέως κοσμογένειαν ἀνθυπενεργεῖν· ὀφθήσε-
ται γὰρ οὕτω τοῖς ἐντευξημένοις, καὶ τῆς ἐκεῖνων
στενολοσχίας ὁ λῆρος, καὶ τῶν Μωσέως γραμμάτων
τὸ ἀκραίφνης εἰς ἀλήθειαν.

Πλούταρχος τοίνυν, ἀνὴρ τῶν παρ' αὐτοῖς οὐκ
ἄσημος, γεγονώς. ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῆς τῶν φυ-

A perfici? Nam contemplatrix et activa Christianorum
philosophia cum est ex se laudabilis, 45 tum vel ipsis
Græcorum sapientiæ addictis admirationi est. Quare
non ab Hebræorum opinione impietatem didicimus,
hoc enim ipse quoque objecit; sed, si quis vere
loqui voluerit, ex sacris tabulis Græcorum ignoran-
tiam condemnavimus. Et quis dubitet illos impietatis
potius teneri, qui unum natura ac vere Deum
non agnoscunt? Vitæ genus improbum ac dissolu-
tum ex illorum inertia nos delegisse ait, confusio-
nem et inertiam Græcanicam appellans nullo delectu
quovis obsonio vesci, nec ab ullis esculentis abhor-
rere. In hoc enim potissimum pietatis vim consti-
tuunt, et omnis virtutis decus se adeptos putant, si ali-
quod ciborum genus non attingant. Ecquam vero puri-
tatis rationem in his constituant? omnium enim Deus
auctor et opifex: omnino vero bona sunt quæ a
hono, neque quidquam ab illo sanctitatis et puritatis
fonte derivatum est, quod nos contaminet. Nam
quid cibus in nos efficiere, aut quam labem inferre
potest sumentibus? Atqui repudianda sunt, meo
iudicio, quæ nos sane contaminant. Quod egregie
faciunt improbi mores, adulteria, scortationes, ob-
treccationes, mendæcia, calumniæ, avaritia et cæ-
tera⁸²; quæ cum illi floccifaciant, quandoque tamen
a cibis temperare simulant, et esculenta nonnulla
reijcunt, nullo interim scelere relicto: eoque sane
supremum Jovem exhilarant, qui ejus mores colunt,
sed et Veneris numen venerantur. Et abunde quidem
ille de nostris rebus. Mosen porro sapientissimum
nimis sane contumeliose accipit, et in ejus scripta
non mediocriter invehitur. Ait auctorem libri *De
creatione mundi* veri quidem nihil prorsus dicere,
sed in eum obsoletas nugas duntaxat congressisse, et
quæ laude maxime digna videbantur, ea quidem
fecisse nihili, sed futili ac negligenti rhapsodia per-
functum, sapiens nescio quid ac mirificum visum
esse dixisse. Græcorum autem sapientum de ea re opi-
niones miratur, sed præ cæteris maxime Platonis opi-
nionem prædicatione ac plausibus exornat. Ego vero
quod quidem 46 non mediocriter insolescat, denuo
hic quoque dicere prætermittam. Quod vero inanibus
Græcorum commentis supercilium stulte contrahit,
pro virili exsequi conabor. Sed collectam ex eorum
libris, quam de mundi creatione habuerunt, opi-
nionem rursus apponendam puto; tum quid de
ejus opificio Moses scripserit, opponendum: unde
lectoribus facile innotescet, quam abjectæ garrulita-
tis eorum nugæ sint, Mosaicis autem scriptis
quanta sit lux veritatis.

Plutarchus igitur (1), vir apud illos non obscuri
nominis, in secundo libro collectionis dogmatum

⁸² Matth. xv, 19, 20.

(1) *De placitis phil.* lib. II, fol. 886, tom. II edit. Xyl.

rerum naturalium : Primus, inquit, Pythagoras complexum universi mundum nuncupavit, a rerum ordine qui in illo est. Thales, et qui ex ejus disciplina prodierunt, mundum unum ; Democritus, et Epicurus, et hujus discipulus Metrodorus, infinitos mundos in infinito, secundum omnem complexum ; Empedocles, solis curriculo mundi terminos circumscribi ; Seleucus, mundum infinitum ; Diogenes, universum quidem mundum, infinitum vero certis finibus contentum ; Stoici discrimen statuunt inter universum et mundum : universum siquidem esse quod est cum vacuo infinitum ; totum vero sine vacuo mundum, ita ut idem non sit mundus et universum. Deinde de mundi figura hæc rursus scribit : Stoici quidem mundi figuram aiunt esse perfecti orbis ; alii turbinalam ; ovo quidam similem faciunt. Epicurus, mundos orbiculatos esse posse : quin et fieri posse, ut alterius sint figuræ cujusvis. Subjungit Græcorum opiniones philosophorum, et ad disserendum proponit, utrum animatus sit mundus, an non, hoc pacto : Animatum esse mundum, et a Providentia gubernari, cæteri omnes asserunt. Democritus autem, et Epicurus, et quotquot atomos et vacuum invezentur, anima carere, nec a Providentia, sed a natura quadam rationis experte administrari volunt. Aristoteles, neque animatum totum per omnes partes dicit, neque ratione aut mente præditum, neque a Providentia gubernatum, sed res quidem cælestes horum omnium esse participes, quippe quæ orbis continent animatos et vitales, terrenas autem istis omnibus carere ; ordine vero convenienti temperari, ex accidente tantum, non per se et primario. 47 Et hæc quidem de istis. Cum autem sibi propositum haberent sciscitari rursus utrum mundus natura sua corruptioni sit obnoxius, an non : ita ea de re statuerunt (1) : Pythagoras et Stoici, mundum a Deo factum, et natura quidem sua corruptioni obnoxium esse, quippe cum sit corporeus, ideo et sensilem esse, tamen ab interitu Numinis custodia et providentia servatum iri. Epicurus, caducum, propterea quod ortus sit, ut animal, ut planta. Xenophanes, neque ortum, et sempiternum, et corruptionis expertem. Aristoteles, partem mundi quæ lunæ subjacet affectionibus obnoxiam, qua parte etiam res terrenæ corrumpuntur.

Audite tandem et intelligite, o viri, quantum istihic infectiarum. Nam cum aliorum alii sententias oppugnantes pro libidine modo hoc, modo illud, promiscue, temere et inconsiderate eructent, numquid statuemus eos veritatem potius quærere, quam tenere? Hi enim mundum unum, illi plures; alii ortum habuisse; quidam his prorsus adversi, et opinionibus discrepantes, interitus et ortus expertem faciunt. Et nonnulli quidem Dei providentia gubernari; alii nulla providentia regi contendunt, et elementiorum concinnos motus fortuitis casibus et accidentibus attribuunt; postremo sunt, qui animam

Α σικῶν δογμάτων συναγωγῆς, οὕτως φησὶ περὶ τοῦ κόσμου· Πυθαγόρας πρῶτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὄλων περιοχὴν, κόσμον, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως· Θαλῆς καὶ οἱ ἄπ' αὐτοῦ, ἓνα τὸν κόσμον· Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὁ τοῦτου μαθητῆς Μητροδῶρος, ἀπειρους κόσμους ἐν τῷ ἀπειρῷ, καὶ κατὰ πᾶσαν περιστάσιν· Ἐμπεδοκλῆς, τὸν τοῦ ἡλίου περιδρομον εἶναι περιγραφὴν τοῦ πέρατος τοῦ κόσμου· Σέλευκος, ἀπειρον τὸν κόσμον· Διογένης, τὸ μὴ πᾶν ἀπειρον, τὸν δὲ κόσμον πεπεράθηαι· οἱ Στωϊκοί, διαφέρειν τὸ πᾶν καὶ τὸ ὄλον· ἄπαν μὲν γὰρ εἶναι τὸ σὺν τῷ κενῷ ἀπειρον, ὄλον δὲ, χωρὶς τοῦ κενοῦ τὸν κόσμον, ὥστε οὐ τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ ὄλον καὶ τὸν κόσμον. Εἶτα περὶ τοῦ σχήματος τοῦ κόσμου, ὧδε πάλιν φησὶν· Οἱ μὲν Στωϊκοί, σφαιροειδῆ τὸν κόσμον· ἄλλοι δὲ κωνοειδῆ· οἱ δὲ, ὠσειδῆ. Ἐπίκουρος δὲ, ἐνδέχεσθαι μὲν εἶναι σφαιροειδεῖς τοὺς κόσμους, ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ ἑτέροις σχηματισμοῖς κεχρησθαι. Ἐφη δὲ πάλιν, τὰς τῶν παρ' Ἑλλήσι φιλοσόφων δόξας εἰς ἐξήγησιν προτιθεὶς, εἰ ἐμψυχος ὁ κόσμος, ἢ μὴ, οὕτως· Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ἐμψυχον τὸν κόσμον καὶ προνοία διοικούμενον, εἰσιν. Δημόκριτος δὲ, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὅσοι τὰ άτομα εἰστροφῶνται καὶ τὸ κενόν, οὕτε ἐμψυχον, οὕτε προνοία διοικεῖσθαι, φύσει δὲ τιτι ἀλόγῳ. Ἀριστοτέλης οὕτ' ἐμψυχον ὄλον δι' ὄλων, οὕτε λογικόν, οὕτε νοερόν, οὕτε προνοία διοικούμενον. Τὰ μὲν γὰρ οὐράνια τούτων ἀπάντων κοινωσῶν. Σφαίρας γὰρ περιέχειν ἐμψύχους καὶ ζωτικὰς, τὰ δὲ περιγῆια, μηδενὸς αὐτῶν· τῆς δὲ εὐταξίας, κατὰ συμβεθεκός, οὐ προηγουμένως μετέχειν. Καὶ ταυτὶ μὲν περὶ τούτων. Ἐπειδὴ δὲ σκοπὸς ἦν αὐτοῖς βεβαιῆσαι πάλιν τὸ, πότερον ποτε φθαρτὸς ἂν εἴη κατὰ φύσιν ὁ κόσμος, ἢ μὴ, δεδοξάσασιν ὧδε καὶ περὶ τούτου· Πυθαγόρας καὶ οἱ Στωϊκοί, καὶ γενητὸν ὑπὸ θεοῦ τὸν κόσμον, καὶ φθαρτὸν μὲν ὄσον ἐπὶ τῇ φύσει. Αἰσθητὸν γὰρ εἶναι διδοῖ καὶ σωματικόν, οὐ μὲν δὴ φθαρησόμενον γὰρ, προνοία καὶ συνοχῆ θεοῦ. Ἐπίκουρος, φθαρτὸν ὄντι καὶ γενητὸς, ὡς ζῶον, ὡς φυτόν. Ξενοφάνης, ἀγέννητον, καὶ ἀίδιον, καὶ ἀφθαρτον τὸν κόσμον. Ἀριστοτέλης τὸ ὑπὸ τὴν σελήνην μέρος τοῦ κόσμου παθητὸν, ἐν τῷ καὶ τὰ ἐπιγῆια

Β κηραίνεται (1).

Ἄκουετε, ὦ ἄνδρες, καὶ συνίετε λοιπόν, πόσος ἐν τούτοις ὁ λῆρος. Ταῖς γὰρ ἀλλήλων ἀντανισταμένοι δόξαις, τοῦτο τε κάκεινο φύρδην ἀπλῶς καὶ ἀκατασκέπτως, κατὰ τὸ ἐκάστῳ δοκῶν, ἐρευγόμενοι, πῶς οὐκ ἂν εἶναι νοοῖντο στοχασταὶ μᾶλλον, καὶ οὐ τῆς ἀληθείας ἐπιστήμονες; Οἱ μὲν γὰρ, ἓνα τὸν κόσμον, οἱ δὲ, πολλοὺς, ἕτεροι δὲ γενητὸν· εἰσὶ δὲ, οἱ τούτοις εἰσάπαν ἀνθεστηκότες, καὶ διάφοροι τὰς γνώμας. Ἀφθαρτὸν τε καὶ ἀγέννητον εἶναι λέγουσιν αὐτόν. Καὶ οἱ μὲν προνοία θεοῦ διοικούμενον, οἱ δὲ, καὶ προνοίας δίχα, καὶ τὴν τῶν στοιχείων εὐτακτον κίνησιν αὐτοματισμοῖς καὶ συμβεθεκῶσιν ἐκνευεμήκασιν· καὶ

(1) Plutarch. l. c.

οὐ μὲν ἐμφυχῶσθαι φασιν αὐτὸν, οἱ δὲ, οὔτε ἐμφυχον ἄ
οὔτε νοερόν· καὶ ἀπαξάπλως κατῖδοι τις ἄν, οἰονεὶ
μεθύοντα, τῆδ' ἑ τε κάκεισε διαβρίπτουμένον τὸν ἐφ'
ἐκάστῳ λόγον αὐτοῖς. Ἐπειδὴ τὸν Πλάτωνα τῶν ἄλ
λων ἐκκεκρικώς, ταῖς αὐτοῦ μάλιστα δόξαις ἐμφιλο
χωρεῖ, φαίην ἄν ὅτι Πλάτων τε καὶ Πυθαγόρας
δοξάζουσι μὲν πως ἐπιεικέστερον περὶ τε Θεοῦ καὶ
κόσμου. Συνειλόχασι δὲ τὴν εἰς τοῦτο παίδευσιν εἴ
τουν ἐπιστήμην, Αἰγυπτίοις ἐμβεβηκότας, παρ' οἷς
δη πολὺς ὁ περὶ τοῦ πανσόφου Μωσῆως λόγος ἦν,
καὶ τῶν παρ' αὐτῷ δογματικῶν τῶ θάψμα ἐτετίμητο.
Πλὴν αὐτὸν τέ φασιν ἑαυτῶ τὸν Πλάτωνα τάναντία
δοξάσαι, καὶ τὸν αὐτῷ φοιτήσαντα τὸν Ἄριστοτέλη,
μὴ τὰ αὐτοῦ μᾶλλον ἐλέσθαι φρονεῖν, ἀντιφέρεσθαι
δὲ καὶ ἀντεξάγειν αὐτῷ. Φησὶ μὲν γὰρ ὁ Πορφύριος,
δοξάσαι τὸν Πλάτωνα περὶ οὐρανοῦ, φάναι τε ὅτι τὸ
σωματοειδὲς αὐτοῦ συνέστη ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοι
χείων, ἀλλήλοις ὑπὸ ψυχῆς συμπεφωνηκότων. Διό,
φησὶ, καὶ νῦν συμμηγῆς μὲν, ἢ καὶ κατὰ τὸ
πλεονάζον ὠνόμασται. Ὁμολογεῖ δὲ, οἶμαι, τοῦ
νομα, καὶ κεκλήσθαι φησιν οὐρανόν, ὅσον ὄρατὸν δυνά
μινα, ἴν' ἐκ τοῦ ὁραθῆσαι νοεῖτό τις οὐρανός. Ἄρι
στοτελεὶ γε μὴν οὐχ ὥδε ταῦτ' ἔχειν ἐδόκει. Πόθεν;
Οὐ γὰρ τοῖ φησὶ συνθεσθαι τὸν οὐρανὸν, οὔτε μὴν
ἐκ τεσσάρων εἶναι στοιχείων, ἐπινοεῖ δὲ πέμπτον τι
σῶμα τῶν τεσσάρων ἀμέτοχον, καὶ ὀλοτρόπως ἡμοι
ρηκός. Καὶ ὁ μὲν Πλάτων ἐμφυχόν τε τὸν κόσμον
φησὶ, καὶ ζῶον νοερόν. Ἐπιστησι δὲ καὶ πρόνοιαν
αὐτῷ, γενητόν τε καὶ φθαρτόν, τό γε ἦκον εἰς τὴν
αὐτοῦ φύσιν, διορίζεται. Περφρόνηξε δὲ οὐχ ὥδε πά
λιν ὁ αὐτοῦ φοιτητής. Οὔτε γὰρ ἐμφυχον ὅλον δι'
ἔλων, οὔτε νοερόν, οὔτε πρόνοιαν διοικούμενον, ἀλλ'
οὐδὲ γενητόν εἶναι ἰδῶσιν αὐτόν, ἀλλ' ὡς ἀφθαρτόν
καὶ ἀγέννητον. Καὶ πάλιν ὁ μὲν δη δεϊνός, καὶ δια
βόητος Πλάτων, τρεῖς ἀρχάς εἶναι τοῦ παντός διορι
ζεται, Θεόν, καὶ ὕλην, καὶ εἶδος· καὶ Θεὸν μὲν εἶναι
φησὶ τὸν ποιητήν, ὕλην δὲ τὸ ὑποκείμενον, εἶδος δὲ
τὸ ἐκάστου τῶν γινομένων παράδειγμα. Ἄνταν
ίσταται δὲ πάλιν Ἄριστοτέλης αὐτῷ, καὶ οὐ συμβαίνει
καθάπαξ. Τὸ γὰρ εἶδος, ἀρχὴν ἢ φρονεῖν ἢ λέγειν
οὐκ ἀξιοῖ. Δύο δὲ εἶναι φησὶ τὰς ἀρχάς, Θεόν καὶ
ὕλην. Τρεῖς δὲ πάλιν ὁ Πλάτων τὰς τῶν ὅλων ἀρχάς
εἶναι λέγων, Θεόν τε καὶ ὕλην καὶ εἶδος, προσεπάγει
καὶ τετάρτην, ἣν δη καὶ δλου ψυχὴν ὀνομάζει. Καὶ
πρὸς γε δη τοῦτ' αὐτῷ τὴν ὕλην ἀγέννητον εἰπὼν, καὶ
γενητὴν αὐτὴν εἶναι φησὶ. Εἴτα τὸ εἶδος ὃ τί ποτέ
ἐστίν, ὑπεστάναι δούς αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, μάχεται τοῖς
ἰδίοις αὐτοῦ εὐρήμασι. Ἔφη γὰρ ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ
νοήμασιν ὑπάρχειν αὐτὸ, καὶ οὐκ ἴδιαν ὑπαρξίν
ἔχειν, ἡγοῦν οὐσίωσιν. Τίσιν οὖν ἄρα προσανενοχότες
οἱ τῆς ἀληθείας ἐρευνηταί, τὴν ἀμώμητον καὶ ἀπλα
νεστάτην διέφττειον τριβόν; τίνα τῶν ὀνομασμένων,
τοῦ ψευδοπεῖν ἀπαλλάξομεν; τίνη τὴν ψῆφον τοῦ
κατὰ μηδένα διαπταῖσαι τρόπον ἀπονέμειν ἄξιον;
μᾶλλον δὲ, πῶς ἄν εἰεν ἀξιοχρεῶ πρός γε τὸ δεῖν
ἀναπεῖσαι τινας, οἳ γε τοσοῦτον διημαρτήχασι τάλη
θοῦς, ὡς μὴ μόνον ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ ταῖς σφῶν
αὐτῶν ἀντιφέρεσθαι δόξαις; Ἐπενεῖδε ταῦτα καὶ
κατατέθηπεν ὁ πάνσοφος Ἰουλιανός, καὶ κατατρώ-

inditam ei fuisse aiunt; alii contra nec anima, nec
mente præditam. Et, ut semel dicam, illorum de re
qualibet orationem veluti temulentam videas, huc
et illuc disjectam. Sed quoniam Platonem e reliquo
rum turba secrevit, ejusque placitis potissimum in
hærescit; hoc facile concedam, Platonem et Pytha
goram cæteris quodammodo æquius de Deo et mun
do sentire; cujus rei doctrinam aut scientiam ex
Ægyptiorum commercio collegerunt, qui sapientis
simum Mozen in ore sæpius habebant, et admirabil
em ejus doctrinam suspiciebant. Verumtamen se
cum pugnando contraria sensisse Platonem aiunt,
et discipulum ejus Aristotelem cum eo non modo
non sensisse, sed et refutando illum arguisse. Por
phyrius enim refert Platonem sensisse et docuisse
partem illam cœli, quæ corporis speciem præ se
fert, ex quatuor elementis animæ vi inter se consen
tibus conflatam. Idcirco, inquit, nunc ex commi
stione, sive ex abundantia, nomen est sortitum. Cui
etiam, opinor, nominis ratio suffragatur, et οὐρα
νὸν dictum ait, quasi ὄρατὸν, aspectabile, ut ex
aspectu cœlum nuncupatum intelligeretur. Aristoteli
longe alia mens est. Quidam? nempe cœlum nou
compositum quidem, nec ex quatuor elementis con
flatum docet, sed quintum quoddam corpus com
miniscitur a quatuor illis prorsus alienum. Plato
animam mundo tribuit, et vitam sensu præditam,
adeoque providentiam quamdam ducem et governa
tricem ei præficit: factum vero esse et corruptioni
obnoxium, quod ad ejus naturam attinet, decernit.
At ejus discipulus Aristoteles, contrariam senten
tiam secutus, nec animatum esse per omnes par
tes, neque sensu præditum, neque a Providentia
gubernatum, neque vero factum concedit, sed vel
ut ortus et interitus expertem statuit. Rursum sa
piens ille Plato, et omnium prædicatione celeberr
mus, tria principia universi constituit: Deum, ma
teriam, et ideam. Deum opificem esse asserit;
materiam subjectum; ideam vero exemplar cujus
que eorum quæ fiunt. Hunc perinde refellit Arist
oteles, et inter eos convenire omnino non potest.
Ideam enim principium esse nec credere vult, nec
concedere, duoque tantum principia decernit, Deum
et materiam. Plato, tribus rerum omnium principiis
constitutis, Deo, materia et idea, quantum etiam
inducit, quam animam universi nominat. Præterea
cum materiam dixisset ingentiam, rursus genitiam
illam esse ait. Quid quod cum ideam interdum per
se subsistere concedat, inventis ipse suis repugnat,
nec meminit alicubi dicere, in Dei mente et cogita
tione ipsam esse, nec propriam habere existentiam
sive essentiam. Quibusnam igitur assensi veritatis
indagatores reprehensionis et erroris vacuum iter
decurrunt? quem ex iis qui nominatim sunt appel
lati, mendacii culpa liberabimus? aut quem nullo
modo lapsum nostris suffragiis comprobabimus?
Imo quid habebunt, quo quemquam a sententia re
vocent, auctoritatis, qui tam longe a vero abierunt,
ut non solum inter se, sed secum ipsi pugnent? Vidit

hæc et obstupuit solertissimus ille Julianus : hinc ad sugillanda Mosis scripta vertitur, et susque deque versis omnibus, libros Platonis audet illis opponere, et ait:

49 JULIANUS.

Hic Platonis verba, si juvat, conferamus. Quid igitur hic de mundi Opifice loquatur, et quomodo loquentem illum introducat, cum de mundi creatione scribit, considera, ut Platonis et Mosis de mundi officio doctrinam invicem contendamus. Sic enim patebit, uter altero præstantior ac Deo dignior : illene qui simulacra deorum coluit, Plato; an Moses, cui Deum divinæ Litteræ referunt os ad os fuisse locutum⁵³. « In principio fecit Deus cælum et terram. Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebræ super abyssum, et Spiritus Domini ferebatur super aquam. Et dixit Deus : Fiat lux; et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quia bona est. Et discrevit Deus inter lucem et tenebras, et vocavit Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem. Et factum est vespere, et factum est mane dies unus. Et dixit Deus : Fiat firmamentum in medio aquæ, et vocavit Deus firmamentum cælum. Et dixit Deus : Congregetur aqua, quæ sub cælo, in congregationem unam, ut appareat arida. Et factum est sic. Et dixit Deus : Germinet terra herbam pabuli, et lignum fructiferum. Et dixit Deus : Fiant luminaria in firmamento cæli ad illuminationem super terram; et posuit ea Deus in firmamento cæli, ut luceant super terram et habeant principatum diei ac noctis⁵⁴. » In his, nec abyssum factam ait a Deo, nec tenebras, nec aquam; tametsi cum lucem Dei jussu factam scripsisset, idem plane de nocte, abisso, et aqua dictum oportuit : verumtamen de illis, quasi de rebus factis, nihil prorsus loquitur, cum identidem ea commemoret. Quid quod ne angelorum quidem meminit, quomodo creati, aut facti, nedum qua ratione producti fuerint; sed corpora duntaxat commemorat, quæ cælo aut terra continentur, ita ut secundum Mosen nullam rem incorpoream Deus fecerit, sed materiam tantum subjectam digesserit. Illud vero : « Terra erat invisibilis et incomposita, » nihil aliud est, quam humidam quidem et aridam substantiam, materiam facere; ejus autem ordinatorem Deum introducere.

ξηραν ούσιαν ὕλην ποιῶντος, κοσμήτορα δὲ αὐτῆς τὸν Θεὸν εἰσάγοντος.

50 CYRILLUS.

De Mose igitur multa fuerit et longa iis oratio, qui laudandum eum susceperint. Deum enim audit aperte dicentem : « Præ cæteris ego novi te, et apud me gratiam invenisti⁵⁵. » Sed multiplicis, quæ in eo fuit, virtutis luculentum sane testimonium præbebit vis portentorum effectrix, qua in Ægypto enituit. Parebat enim Deo universorum, et minister aderat creaturas adversus Ægyptiorum vesaniam concitanti. Qualis autem fuerit Plato, etiam tacen-

πτει μὲν τὰ Μωσείως· ἄνω δὲ καὶ κάτω τὰ πάντα κυκλῶν, τοὺς Πλάτωνος λόγους ἀντιπαρεξάγειν αὐτοῖς ἀποτολμᾷ, καὶ φησι·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἐνταῦθα παραβάλωμεν, εἰ βούλεσθε, τὰ τοῦ Πλάτωνος. Τί τοίνυν οὗτος ὑπὲρ τοῦ Δημιουργοῦ λέγει, καὶ τίνας περιτίθεισιν αὐτῷ φωνάς ἐν τῇ κοσμογονίᾳ, σκόπησον, ἵνα τὴν Πλάτωνος καὶ Μωσείως κοσμογονίαν ἀντιπαράβάλωμεν ἀλλήλαις. Οὕτω γὰρ ἂν φανεῖται, τίς ὁ κρείττων, καὶ τίς ἄξιος τοῦ Θεοῦ μᾶλλον· ἄρ' ὁ τοῖς εἰδώλοις λελατρευκῶς Πλάτων, ἢ περὶ οὗ φησιν ἡ Γραφή, ὅτι στόμα πρὸς στόμα ὁ Θεὸς ἐλάλησεν αὐτῷ. « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν. Καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνά μέσον τοῦ φωτός, καὶ ἀνά μέσον τοῦ σκότους, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, Γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος· καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν· καὶ εἶπεν ὁ Θεός, Συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μιαν, καὶ ὄψθῃτω ἡ ξηρά. Καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου καὶ ξύλον καρπιμον. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, Γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα ὦσιν εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός. » Ἐν δὴ τούτοις, οὕτε τὴν ἀβύσσον φησι πεποιθῆσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, οὕτε τὸ σκότος, οὕτε τὸ ὕδωρ. Καίτοι χρῆν δῆπουθεν εἰπόντα περὶ τοῦ φωτός, ὅτι προστάξαντος Θεοῦ γέγονεν, εἰπεῖν ἔτι καὶ περὶ τῆς νυκτός, καὶ περὶ τῆς ἀβύσσου, καὶ περὶ τοῦ ὕδατος. Ὁ δὲ οὐδὲν εἶπεν ὡς περὶ γεγονότων ὄλων, καίτοι πολλάκις μνησθεὶς αὐτῶν. Πρὸς τούτοις οὕτε τῆς τῶν ἀγγέλων μέμνηται γενέσεως ἢ ποιήσεως, οὐδ' ὄντινα τρόπον παρήχθησαν, ἀλλὰ τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν μόνον καὶ περὶ τὴν γῆν σωματων, ὡς εἶναι τὸν Θεὸν, κατὰ τὸν Μωσέα, ἀσωμάτων. Ὁ μὲν οὐδενὸς ποιητῆν, ὕλης δὲ ὑποκειμένης κοσμήτορα· τὸ δέ· « Ἡ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, » οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τὴν μὲν ὑγρὰν καὶ

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Μωσείως μὲν οὖν πέρι πολὺς ἂν γένοιτο καὶ μακρὸς τοῖς εὐφημείν βουλομένοις ὁ λόγος. Ἀκήκοε γὰρ Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Οὐδὲ σε παρὰ πάντας, καὶ χάριν εὐρηκας παρ' ἐμοί. » Τῆς γε μὴν ἐνοῦσης αὐτῷ πολυειδοῦς ἀρετῆς, ἀπόδειξις εἴη ἂν καὶ μάλα σαφῆς, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τερατουργίας ἢ δυνάμεις. Ὑφαστήκει γὰρ τῷ τῶν ὄλων Θεῷ, καὶ ὑπηρέτης ἦν ταῖς τῶν Αἰγυπτίων ἀπονομίαις κατεξανιστάντι τὴν κτίσιν. Ὅποῖός γε μὴν ὁ Πλάτων ἦν, κἀν εἰ μὴ τις

⁵³ Exod. xxxiii, 11. ⁵⁴ Gen. 1, 1-14. ⁵⁵ Exod. xxxiii, 17.

λέγοι, διαβοήθειεν ἂν ἡ ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ Σικελίαν ἀφοδος. Οὐ γὰρ ἀρσθέντα ταῖς παρ' αὐτοῦ θωπεύει τὸν Διονύσιον, ἀποδόσθαι φασὶν αὐτὸν, ὡς ἀνελευθέρω που πάντως ποιήνῃ ἐπιθέντα τὴν ἀνδραπόδω περιπεδεστάτην. Πλὴν ἀφείσθω τέως ὁ περὶ τούτου λόγος. Ἴτω δὲ δὴ πάλιν ἐπὶ τὸ ἐν χερσίν. Ὁ θεσπέσιος μὲν γὰρ Μωσῆς οὐ λόγους ἡμῖν εἰκαίους ὀράται συντεθεικῶς· οὕτε μὴν ἐκ φιλοτιμίας ἀπλῶς εἰς τοῦτο παρωρημημένος, ἀλλὰ τι τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν ἐπινοήσας τῷ βίῳ. Οὐ γὰρ τοι προὔθετο φυσιολογεῖν ἰσχυῶς, ἤγουν φάναι τι περὶ τῶν λεγομένων πρώτων ἀρχῶν, ἢ τῶν ἐξ αὐτῶν στοιχείων· περιεργότερα γὰρ οἶμαι ταυτὶ καὶ ταῖς τιῶν διαφοραῖς οὐχ ἄλῳσιμα. Σκοπὸς δὲ γέγονεν αὐτῷ, τὸν τῶν θηρικᾶδες νοῦν τοῖς τῆς ἀληθείας ἐπιστῆσαι δόγμασι. Πεπλάνητον γὰρ, καὶ τὸ δοκοῦν ἕκαστος προσκυνοῦντες ἠλίσκοντο, καὶ τὸν ἕνα καὶ φύσει Θεὸν ἐξ ἀμαθίας τῆς ἄγαν ἠγνοηκότες, λελατρεύεσσι τῇ κτίσει. Καὶ οἱ μὲν θεὸν ἐπεγράφοντο τὸν οὐρανὸν, ἕτεροι δὲ, τὸν ἡλίου κύκλον, εἰσὶ δὲ οἱ καὶ σελήνην, καὶ ἄστροις, καὶ γῆ, καὶ φυτοῖς, καὶ τῇ τῶν ὑδάτων φύσει, πτηνοῖς τε καὶ ζώοις ἀλόγοις τὴν τῆς ἀνωτάτω φύσεως δόξαν ἀποπέμειν ἐσπούδαζον. Καθιγμένων δὲ τῶν πραγμάτων εἰς τοῦτο αὐτοῖς, καὶ τῆς οὕτω δεινῆς ἀβρώστιας κατανεμηθείσης ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπίκουρος ἦν ὁ Μωσῆς, καὶ τῶν καλλίστων ἄπασι μαθημάτων εἰσηγητῆς ἀνεδείκνυτο, εἰς μὲν ὅτι κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ τῶν ὄλων δημιουργὸς διαρρήδην ἀνακεκραγῶς, ἀφιστάς δὲ τῶν ἄλλων, ἃ καὶ δι' αὐτοῦ παρήχθη πρὸς τὸ εἶναι τε καὶ ὑπάρχειν ὄλων. Χρειωδέστατα τοίνυν καὶ μάλα σοφῶς τὸ πολὺ λίαν ἰσχυομυθεῖν παρελάσας, ἐπὶ τὸν τῶν ἀναγκασιτέρων κεύρηκε λόγον. Τί γὰρ εἶδει ποία μὲν ἐστὶν ἡ τῶν ὑδάτων φύσις εἰπεῖν, ἢ καὶ ὅπως γέγονε τὴν ἀρχήν; ἀναμετρήσαι τε ἀβύσσους, καὶ οὐρανοῦ φύσιν, καὶ τῆς τῶν ἀγγέλων ὑπάρξεως πολυπραγμονῆσαι τὸν τρόπον; ταυτὶ μὲν γὰρ ὅτι δυσεξήγητα παντὶ γένοιτο· ἂν, ὠμολογῆσθαι νομίζω. Ἄλλ' εἴπερ ἦν ὄλων καὶ διεῖπειν δύνασθαι σοφοῦντος Θεοῦ, τίς ὁ ἀκροασόμενος ἦν, ἤγουν συνείναι τὰ οὕτως ἰσχνά, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ νοῦν, οἷός τε ὢν; Καίτοι καὶ αὐτῆς τῆς Ἑλλήνων ἀμαθίας κατόπιν ὄντας εὐρήσομεν τοὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν καὶ ἡ τοῦ πανσφου Μωσέως ἐπράτετο συγγραφή. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἀφ' ὧν ἦν δύνασθαι τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν διεῖδέναι σαφῶς, διὰ τούτων αὐτῶν ἄλοισιν ἂν εἰς τὸ τῆς ἐσχάτης ἀπασῶν ἀβελτηρίας πεσόντες βάραθρον. Ὡς γὰρ δὴ φησὶν ἡ θεόπνευστος Γραφή, ἐχρῆν δῆπου τοὺς πάλαι τὸν τῶν ὄλων δημιουργὸν καὶ τεχνίτην ἀπὸ καλλονῆς κτισμάτων ἔννοεῖν· οἱ δὲ πρὸς τοῦτο κατόχοντο δυσθουλίαν, ὥστε καὶ ἐξ ὧν ἦν εἰκὸς ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἀποφέρεσθαι γινώσιν, διὰ τούτων αὐτῶν ἀλῶναι παθόντας τὸ προσκεισθαι τῷ ψεύδει· γένοιτο δ' ἂν καὶ τούτου μάρτυς πιστὸς ὁ πάνσοφος Παῦλος ὡδὶ γεγραφώς· Ἐτὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθοράται· ἢ τε αἰδίοις αὐτοῦ δυνάμεις, καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους, διότι γνόντες τὸν Θεόν, οἷχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν ἢ εὐχαρίστησαν, ἀλλὰ

A tibus omnibus, vel ejus Athenis in Siciliam profectio declaraverit. Nam offensum ejus assentationibus, ferunt Dionysium ipsum vendidisse, cui, ut illiberaliter blandienti scilicet, poenam imposuerit mancipio plane dignam. Caeterum mittatur interim de his oratio : ad id vero quod in manibus est, procedat. Divinus enim Moses, nec temere quidquam scripsisse conspicitur, nec propter ambitionem eo devenisse, sed res ad vitam necessarias atque utiles excogitasse. Non enim minute de rerum natura disputare propositum habuit, aut de primis, ut vocant, principiis, aut de elementis, quæ ab iis oriuntur, verba facere : curiosi enim ista sunt, et ejusmodi, ut nonnullorum ingenii nequeant capi. Sed scopus illi fuit eorum qui tum erant hominum mentem doctrina veritatis informare : errore namque tenebantur, et quod cuique videbatur manifeste colebant, unamque et natura Deum præ nimia inscitia ignorant, creaturæ serviebant. Inter quos alii numen sibi ascribebant, cælum : quidam, solis orbem : erant, qui lunæ etiam ac sideribus, terræ, plantis, et aquarum naturæ, volucris item, et brutis ratione carentibus, supremæ naturæ gloriam tribuere studerent. Eo itaque rebus illorum adductis, cum universos homines hic tam gravis morbus depasceretur, opitulatur Moses adfuit, et præstantissimæ doctrinæ dux cunctis exstitit, palamque et aperte prædicavit unum esse natura rerum omnium opificem, et a rebus cæteris, quæ per illum creatæ ac productæ sunt, eos avocavit. Utilissime ergo et sane quam sapienter nimiam istam subtilitatem ab oratione sua reinovit, et ad scribendas res magis necessarias conversus est. Nam quid atinebat dicere, qualis sit aquarum natura, aut quod primordium habuerit? Quid erat necesse abyssos metiri, 51 cœlique naturam; aut quomodo angeli existerint, curiose exquirere? quæ sane cuivis esse explicatu difficillima, neminem diffiteri puto. Quod si dante sapientiam Deo explicari ista potuissent, quis tandem idoneus auditor futurus, aut tantæ res subtilitatis, imo vero et supra intellectum positas animo complexurus erat? Nam homines illius ætatis, qua hæc scriptis mandabat Moses sapientissimus, vel cum Græcorum inscitia certasse reperimus. Quibus enim ex rebus potissimum Dei gloriam licebat agnoscere, per has illos deprehendes in postremæ omnium nequitæ barathrum corruisse. Nam cum deceret eos, ut ait Scriptura, perspecta rerum creaturarum elegantia universi creatorem et architectum Deum agnoscere; eo imprudentiæ prolapsi sunt, ut unde ad veritatis notitiam deferri debuerant, per ea reperiantur ultro mendacio adhæsisse. Et fidelis ejus rei testis fuerit sapientissimus Paulus ita scribens : « Invisibilia ejus a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellectu conspiciuntur : virtus scilicet ejus æterna, et divinitas, ut essent inexcusabiles, eo quod scientes Deum, non ut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et

obtenebratum est cor insipiens eorum ⁵¹. » Quæ profecto congruunt gregariæ, vilis, et plane inconsideratæ superstitionis auctoribus; cujusmodi erant ii, ad quos, ut antea dixi, Moses libros suos scripsit. Sed eos tandem deprehensos esse gravissimo stupore teneri, nullo negotio videbimus, excussis posterioris ætatis philosophorum opinionibus. De his enim Plutarchus priore libro collectionis dogmatum de rebus naturalibus: *Hoc illos ad Dei notitiam deduxit, quod cum sol et luna, et reliqua sidera, ubi sub terram delata sunt, simili tamen colore, magnitudine, et in iisdem locis, et iisdem temporibus, oriantur. Item eodem libro: Definiunt autem Dei naturam hoc pacto: Spiritum intelligentiæ præditum, et igneum, formæ quidem expertem, sed in quam velit speciem se mutantem, ac rebus quibusvis assimilantem. Cujus notitiam homines primum adepti sunt, ab eorum quæ nobis apparent pulchritudine conjecturam capientes, nihil pulchri temere et fortuito fieri, sed ab aliqua opifrice arte.* ⁵² His addam quæ ter maximus Hermes scripsit ad suam *Mentem*: huic enim libro id nominis est. *Ergone, inquis, invisibilis Deus? Bona verba, quæso; ecquis eo conspectior? Idcirco fecit omnia, ut per omnia a quovis cernatur: hæc est Dei bonitas, hæc virtus, ut per omnia conspiciatur. Quin etiam ipsum religionis nostræ accusatorem Julianum deprehendemus idipsum confiteri, cum affirmat Dei cognitionem rem esse, quæ non doceatur, sed per se discatur ab hominibus. His autem verbis utitur: Doceri autem non posse Dei notitiam, verum a natura datam hominibus, primum nobis argumentum esto, quod commune est omnium hominum et privatim et publice, sigillatim, et per nationes, numinis studium. Omnes enim, a nemine docti, numen aliquod credimus, de quo accurate disserere, non cuivis modo difficile, sed et iis, qui ejus cognitione sunt imbuti, omnino impossibile. Et rursum post alia: Ad hanc communem omnium mortalium sententiam accedit alia. Quotquot enim homines sumus, cælo, et, qui in eo conspiciuntur, diis duce natura sic adherescimus, ut si quis præter hæc aliud quoddam sibi numen finxerit, ei tamen cælum, sedem ac domicilium assignet: non quod ei terra interdicit, sed velut, in honestissimum totius universi locum Regem universorum constituens, inde putat, quæ hic geruntur,*

αὐτῷ πάντα τὸν οὐρανὸν ἀπέκτισεν· οὐκ ἀποστήσας αὐτὸν τῆς γῆς, ἀλλ' ὅλον ὡς εἰς τιμωτέρον τοῦ παντός ἐκείνο, τὸν βασιλεῖα καθίσας τῶν ὅλων, ἐφορῶν ἐκείθεν ὑπολαμβάνων τὰ τῆδε.

Videsis ergo, ut crasso et circulatorio, atque, ut ita dicam, sordido errore abjecto, plebeiorumque hominum opinione relicta, non omni prorsus Dei notitia caruerunt, sed quæ et quanta sit ejus virtutis exsuperantia assecuti sunt, quæ ordinis legi-

ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. » Καὶ τοῦτο μὲν ἂν πρέποι τοῖς τὴν ἀγελαίαν, καὶ συρφετώδη, καὶ ἀλόγιστον πάντως ψευδολατρείαν ἐξευρηκόσιν, ὅποιοι τινες ἦσαν, ὡς ἐφην, οἱ πρὸς οὗς ὁ τοῦ πανσόφου Μωσέως πεποληται λόγος· ὅτι δὲ τῆς εἰς λῆξιν ἠκούσης ἐμβροντησίας ἀνάπλευ γεγονότες καταφωραθεῖεν ἂν, ἀμεργητὶ κατοβόμεθα, τὴν τῶν μετ' αὐτούς πολυπραγμονήσαντες δόξαν. Ἐφη γάρ που περὶ αὐτῶν ἰσχυρὸς ὢν ἄγαν ὁ Πλούταρχος, ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ φυσικῶν δογμάτων συναγωγῆς· Ἐλαβον δὲ ἐκ τούτου ἔννοιαν Θεοῦ. Ἄσὶ τε γὰρ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀστέρων, τὴν ὑπόγειον φορὰν ἐνεχθέντα, ὁμοία μὲν ἀνατέλλει τοῖς χρώμασιν, ἴσα δὲ τοῖς μεγέθεσι, καὶ κατὰ τόπους καὶ κατὰ χρόνους τοὺς αὐτούς. Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ· Ὅρίζονται δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν οὕτως· Πνεῦμα ῥοερὸν καὶ πυρῶδες, οὐκ ἔχον μὲν μορφήν, μεταβάλλον δὲ εἰς ὃ βούλονται, καὶ συνεξομοιούμενον πᾶσιν. Ἐσχον δὲ ἔννοιαν τούτου, πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ κάλλους τῶν ἐμφαινόμενων προσλαμβάνοντες, ὡς οὐδὲν τῶν καλῶν εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε γίνεται, ἀλλὰ μετὰ τινας τέχνης δημιουργούσης. Προσεποίησα δὲ τούτοις ἃ γέγραφέ ποτε καὶ ὁ τρισημίσιος Ἑρμῆς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Νουῦν· ὀνομάζεται γὰρ ὧδὶ τὸ βιβλίον· Εἶτα, φησὶ, Ἄδρατος ὁ Θεός; εὐφήμησον. Καὶ τίς αὐτοῦ φανερώτερος; διὰ τοῦτο πεποίηκεν, ἵνα διὰ πάντων τις αὐτὸν βλέπῃ. Τοῦτό ἐστι τὸ ἀγαθὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦτο ἡ ἀρετὴ, τὸ αὐτὸν φαίνεσθαι διὰ πάντων. Ὁμοιογούντα δὲ τούτοις καὶ αὐτὸν ὀφόμεθα τὸν τῆς εὐαγούς ἡμῶν θρησκείας κατηγοροῦν Ἰουλιανόν. Διυσχυρίζεται μὲν γὰρ ὡς ἀδίδακτον τι χρῆμα καὶ αὐτομαθὲς ἀνθρώποις, τὸ εἶδέναι Θεόν. Φησὶ δὲ οὕτως· Ὅτι δὲ οὐ διδακτὸν, ἀλλὰ φύσει τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχει, τεκμήριον ἡμῖν ἔστω πῶς κοινή πάντων ἀνθρώπων ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ κατὰ ἀνδρα καὶ ἔθνη περὶ τὸ Θεῖον προθυμία. Ἄπαντες μὲν γὰρ ἀδιδάκτως θεῖόν τι πεπιστεύκαμεν· ὑπὲρ οὗ, τὸ μὲν ἀκριβές, οὔτε πᾶσι ῥᾶδιον, οὔτε τοῖς ἐργωκόσιν, εἰπεῖν εἰς πάντα δυνατόν. Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· Ταῦτη δὴ τῇ κοινῇ πάντων ἀνθρώπων ἔννοιά, πρόσσεται καὶ ἄλλη. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι οὐρανῷ, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ φαινόμενοις θεοῖς, οὕτως δὴ τι φυσικῶς προσηρηθήμεθα, ὡς καὶ εἰ τις ἄλλον ὑπέλαβεν παρ' αὐτούς τὸν Θεόν, οἰκητήριον

Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως οἱ τὴν παχέϊαν καὶ ἀγυρτώδη, καὶ, ἴν' οὕτως εἶπω, βαναυσικὴν οὐκ ἀνασχόμενοι πλάνην, καὶ τῆς τῶν ἀγενναίων ἀποφοιτήσαντες δόξης, οὐκ ἠμοιρήκασι παντελῶς τῆς ἀληθοῦς ἐνοίας περὶ Θεοῦ. Κατετεκμήρατο δὲ, τίς τε καὶ ὅση τῆς

⁵¹ Rom. 1, 20, 21.

(1) Plutarch. lib. 1 *De placitis phil.*, cap. 6.

ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεως ἢ ὑπεροχῆ· ὡς καὶ θεομοῖς εὐταξίας τὴν οὕτω μεγάλην καὶ ἀξιάγαστον κτίσιν ὑπενεγκεῖν. Οἱ γὰρ μὴν ἕτεροι, περὶ ὧν ὁ λόγος, οὕτε Θεὸν ἐγνώκασι διὰ τῶν κτισμάτων. Ἀλλὰ γὰρ ἦσαν οὕτως ἐμβρόντητοι, καὶ φρενὸς ἔξω γεγόνασιν ἀνθρωποπρεποῦς, ὡς μὴ μόνον οὐρανῷ, καὶ γῆ, καὶ αἰθήρῃ, καὶ τοῖς ἑτέροις τῶν ἄστρον ἐλέσθαι προσκυνεῖν· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν σηκοῖς εἶδη πολύμορφα καθιθῦσθαι, ἐγχαράξαι τε μορφὰς αὐτοῖς, οὐκ ἀνθρωπείας μόνον, ἀλλὰ καὶ ζῶων ἀλόγων, καὶ πτηνῶν τε, καὶ ἐρπετῶν· καὶ θεοὺς αὐτὰ καὶ σωτήρας ἀποκαλεῖν. Εἶτα πῶς οὐκ ἀν' ἀγάσαστό τις τῆς Μωσαϊκῆς εὐτεχνίας τὸ ἀκριβές, περιεργον μὲν, ἢ βαθύ, καὶ οὐκ εὐπαράδεκτον, τοῖς τοτηνικᾶδε λαλοῦσης οὐδέν· ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον τὰ δι' ὧν ἦν δύνασθαι μεταφοιτᾶν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἔχον ὀρθῶς, καὶ ἀπευθύνειν εἰδὸς εἰς ἀμώμητον δόξαν, τὴν ἐπὶ γε, φημί, τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ; Εἶτα, τοὺς μὲν τῶν μειρακίων διδασκάλους ἐπαίνεσαι τις ἀν, καὶ μάλα εἰκότως, συγκαθισταμένους αὐτῶν ταῖς γνώμαις, καὶ χειραγωγούντας κατὰ βραχὺ, πρὸς τὸ δύνασθαι τι τῶν ἀποβρήτων ἰδεῖν, οὐδὲν δὲ αὐτοῖς τῶν ἄγαν ἐξησκημένων, καὶ ἀνάτη πως ἐχόντων τὴν προσβολὴν, παρατιθέντας ἐν ἀρχαῖς· πεπραχότα δὲ τοῦτο Μωσέα τὸν ἱερώτατον οὐκ ἐπαίνου παντὸς ἀξιώσομεν; Εἰ δέ σοι δοκεῖ τῶν ἀναγκαίων εἰπεῖν οὐδὲν, βούλει τῶν σοι φιλότατων ἀψώμεθα μαθημάτων; Πολυπραγμοῦσμεν ὡς ἐνι, τῆς Ἡσίοδου θεογονίας τὸ ἀκριβές. Σχήπτεται μὲν γὰρ τὸ θεοκλυτεῖν, καὶ τὸ μουσολήπτως εἶναι δοκεῖν προσενεμηκῶς ἑαυτῷ, ὡς μέγα τι χρῆμα καὶ ἀξιέραστον.

*Εἰπατε, φησὶν, δ' ὡς τὰ πρῶτα θεοὶ, καὶ γαῖα γέ-
[ροτο,
Καὶ ποταμοὶ, καὶ πόντος ἀπειρίτος οἰδματι θύων,
Ἄστρα τε λιμπετόντα, καὶ οὐρανὸς ἐρύς ὑπ-
[ερθερ.*

Εἶτα χάος καὶ νύκτα γενέσθαι λέγων, καὶ τίνα τρώπον οὐκ ἐπειπῶν·

*Γαῖα, φησὶ, δὲ τοὶ πρῶτον μὲν ἐγένετο Ἴσον
[ἑαυτῇ
Οὐρανὸν ἀστερόενθ', Ἴνα μιν περὶ πάντα καλύ-
[πτῃ.*

Καὶ Γῆς τέκνον ἀποφῆνας τὸν Οὐρανὸν, ὅτι καὶ Θαλάσσης τέτοκεν οὐρανῷ παρευνηθεῖσα,
*Κοῖόν τε, Κρηῖόν θ', Ὑπεριόν τ', Ἰαπετόν τε,
Θεῖαν τε, Ρεῖαν τε, Θέμιν τε, Μηημοσύνην τε.*

Φοβὴν τε πρὸς ταύταις, ἦν καὶ χρυσοστέφανον ὀνομάζει. Καὶ μέντοι τὴν Ἡῶ, ὀπλότατον δὲ πάντων γενέσθαι φησὶ τὸν Κρόνον. Εἶτα τούτοις ἐπάγει συμφετοῦς τινὰς εἰκαίων καὶ ἀσυστάτων διηγημάτων. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τὸν ποιητοῦ νόμον μυθοπλαστῆσαι ταυτὴ τὸν Ἡσίοδον. Ἐπερυθριᾶ γὰρ ἴσως τοῖς αὐτοῦ διηγήμασιν. Αἰτιᾶται τοιγαροῦν ἀνθ' ὅτου τὸν ἱεροφάντην Μωσέα, σαφῆ καὶ ἀπλανεστάτην καὶ διηγημάτων ἀληθῶν συνθετικῶτα συγγραφῆν; Πεποιθῆσθαι γὰρ ἔφη παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἧλιόν τε καὶ τελήγην, ἄστρα καὶ φῶς, πτηνὰ καὶ νηκτὰ, καὶ ζῶων ἀλόγων εἶδη, καὶ ἀλλὰ φυτῶν, καρπούς τε τοὺς ἐδωδίμους, καὶ πῶς τὰς ἐν ἀγροῖς.

A bus tam vastam et admirabilem mundi molem subdiderit. Verum alii, de quibus sermo est, neque ex creaturis Deum agnoverunt, sed tanto stupore tenebantur, sic omnem humanitatis sensum amiserant, ut non caelo, terrā, ac lunā solum reliquisque sideribus divinos honores tribuerent, sed et in templis varia simulacra collocarent, iisque non hominum tantum figuras insculperent, sed etiam brutorum animantium, et avium, et reptilium, deosque ipsa et servatores nominarent. Deinde quis Mosis industriam non admiretur, quæ nihil supervacaneum, aut nimis altum, sive etiam intellectu difficile id ætatis hominibus loquitur, sed ea potius per quæ poterant ad sana consilia redire, quæque eos ad inculpatam omnium dominatoris gloriam dirigere posset? **53** An vero puerorum magistros laudabimus, qui se ad eorum captum demittunt, et paulatim ad abstrusarum rerum scientiam quasi manu ducentes, nihil nimis elaboratum principio et inaccessi quodammodo aditus per initia proponunt; Mosen vero illum sanctissimum, qui hoc tam egregie præstitit, non omni genere laudis prosequemur? Qui si tibi nihil ad rem afferre videtur; vin' tu nos ad eas disciplinas, quæ tibi maxime cordi sunt, orationem convertamus? Hesiodi Theogoniæ scrupulosam diligentiam quoad licet excutiamus. Fingit enim deorum se vocem audire, et Musis affatum esse, idque sibi velut magnum quiddam ac præcipuum arrogat.

*Dicite, inquit, quo pacto primum dii et terra ex-
[stiterint,
Et flumina, pontusque immensus æstu fervens,
Et astra fulgentia, et cœlum latum desuper.*

Tum chaos et noctis ortum describit, sed quo pacto exstiterint, non subjicit :

Terra, inquit, primum quidem genuit par sibi

*Cœlum stellis ornatum, ut eam omnia circumte-
[gant.*

Et postquam dixit Cœlo esse Terræ filium, subjicit Cœlo congressam maria procreasse,
*Cœumque, et Creum, et Hyperionem et Iapetum,
Theamque, ac Rheam, et Themis ac Mnemosy-
[nem.*

Ac præter has Phœben, quam et *auro coronatam* nominat. Adde et Auroram, et omnium natu minimum Saturnum. Præterea quisquiliis insanium et male cohærentium fabularum congerit. Sed dicet hæc ab Hesiodo poetarum more fuisse conficta. Neque enim hæc forsitan sine rabore audire potest. Quid igitur Mosen rerum sacrarum interpretem sugillat, qui claram ac certissimam rerum verissimarum historiam conscripsit? Nam cœlum et terram dixit a Deo condita, cœlum item ac lunam, astra, lucem, volucres, pisces, et brutorum animantium species. Præterea plantarum nitorem, et fructus edules, et herbas in agris. Animadvertite

porro ut errorem, qui priscos illos homines invaserat, his verbis sapientissime resacet. Numquid enim Jovem quidem nominant cœlum; Cererem autem, terram; Apollinem, solem, et aureis sagittis instructam κελαδεινήν, hoc est, Dianam, lunam indigitant? **54** Et, ut verbo dicam, rebus singulis quæ a Deo conditæ sunt, arbitrio suo consecratis divinos honores tribuerunt. Age vero, quanta perspicuitate et facilitate libros de mundi creatione divinus Moses conscripserit, quam accurati sint illi, quamque nihil superflui habeant, age, demonstremus.

« In principio, inquit, fecit Deus cœlum et terram ⁵⁷. » Non enim ipse jam, ut quidam, materiam cum Deo principii expertem, coeternam, et ingenuitatem intelligi sinit, et quod aliquando non erat cum æterno concurrere, ac simul existere; et cum sempiterno, id quod in tempore ac vix tandem in ortum perductum est; nec cum eo, qui idem semper est, id quod mutatur: cum incorrupto, id quod corruptioni subest: imo tempore ac principio vocante ad ortum res creatas definit, tanquam ex nihilo, Dei voluntate, ut essent id quod sunt, eductas. Neque scilicet dicit præjacentis et prius inventæ materiæ ornatores et opificem tantum Deum fuisse, qui quod informe erat, quo modo posset sciretque, conformavit, eique qualitatum differentias magnitudinemque ac molem solum indiderit; sed arcana quadam et ineffabili virtute, quod non erat aut existebat usquam ad existendi primordium adduxisse. Quomodo vero condiderit, assèqui non potest nostræ mentis infirmitas, cum longe orationem omnem exsuperet. Etenim quæ cogitatione capi non possunt, quo pacto dicendo quis explicet? Atqui supremæ essentia inventa, et rei cujusvis agendæ ratio, tantum res nostras exsuperant, quantum nos ipsa secundum naturam inferiores sumus. Cum igitur Moses ait: « In principio fecit Deus cœlum et terram; » intellige summam ac velut in compendium collatis omnibus, universarum rerum creationem exponere; tum artificiose progredi ad explicandum, qua parte singula fuerint exornata, et ut unaquæque res creata existentiam suam maxime fuerit adeptæ; nempe, Verbo potentissimo ipsum ait condidisse omnia. Deus enim est et ex Deo secundum naturam, universi opifex ejus Verbum. « Dixit enim Deus, inquit, Fiat firmamentum ⁵⁸; » et ecce tibi continuo Verbi virtute compactum firmamentum, quod et cœli nomine nuncupavit. « Dixit Deus: Appareat arida; et congregata est aqua in congregationem unam ⁵⁹. » Ad hæc, solem fieri jussit, et factus est; **55** lunam item, astra, lucem, animalia terrena et aquatilia, una cum avibus. Jam cum Spiritum Dei dixit ferri super aquam ⁶⁰, his verbis docuit elementorum naturam non posse vi sua corruptionem effu-

« Ἄθρει δὲ ὅπως διὰ τούτων τῶν λόγων, τὴν τοῖς ἀρχαίοις ἐγκατασκήψασαν πλάνην, ἀποκείρει πανσόφως. Ἡ γὰρ οὐχὶ Δία μὲν ὀνομάζουσι τὸν οὐρανόν, Διμήτραν δὲ τὴν γῆν, Ἀπόλλωνα δὲ τὸν ἥλιον, καὶ χρυσηλάκατον κελαδεινήν, τούτέστιν Ἄρτεμιν, τὴν σελήνην; Καὶ ἀπαξιαπλῶς ἐκάστῳ τῶν παρὰ Θεοῦ γεγόντων ἐπιφημιζόντες τὸ δοκοῦν, προσεκύνησαν ὡς θεοῦς. Ὅτι δὲ σαφῆς, καὶ εὐσύνοπτος, καὶ οὐδὲν ἔχων περιερισσόμενον, καὶ σὺν ἀκριβεῖα πολλῇ, τῆς κοσμογονίας ὁ λόγος τῷ θεοπεσίῳ γέγονε Μωσῆϊ, φέρε δὴ, φέρε, καταδεικνύωμεν.

« Ἐν ἀρχῇ γάρ, φησιν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Οὐ γάρ τοι συνάναρχον καὶ συναίδιον τῷ Θεῷ, καὶ ἀγέννητον, κατὰ τινας, ἐφήσι καὶ αὐτὸς νοεῖσθαι τὴν ὕλην, σύνδρομόν τε καὶ συνυφ-εστηχὸς τῷ ἀτίδῳ τὸ οὐκ ὄν ποτε, τῷ αἰεὶ ὄντι, τὸ ἐν καιρῷ καὶ μόλις παρενεχθὲν εἰς γένεσιν· οὐτε μὴν τῷ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντι, τὸ κεκινημένον, τῷ ἀφθάρτῳ τὸ ὑπὸ φθοράν· χρόνῳ δὲ μᾶλλον καὶ ἐν ἀρχῇ καλοῦση πρὸς γένεσιν, περιορίζει τὴν κτίσιν, ὡς ἐξ οὐκ ὄντων ἐνενηγμένην κατὰ βούλησιν Θεοῦ, πρὸς γε τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ· καὶ οὐ δήπου φησὶ, ἔτι προὔποκειμένης καὶ προξερμημένης τῆς ὕλης κοσμητῶρα καὶ τεχνίτην ἀπλῶς γενέσθαι θεόν, εἰδοποιούντα τὸ ἁμορφον καθ' ὄν ἂν εἰδείη τρόπον, καὶ ποιότητων διαφορὰς, μεγέθη τε καὶ ὄγκους ἐπιρρύψαμενον αὐτῇ. Ἄλλα γὰρ ἀρρήτῳ τινὶ καὶ ἀφράστῳ δυνάμει, τὸ οὐκ ὄν οὐδὲ ὑπάρχον ὄλωσ, εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι παραγαγεῖν. Τίνα δὲ τρόπον δημιουργεῖ, νῦν μὲν τῷ καθ' ἡμᾶς ἀνεπίκτον ἰδεῖν. Εἶναι δὲ φημι, καὶ πέρα λόγου παντός. Πῶς γὰρ ἂν τις φράσαι τὰ ὑπὲρ νοῦν; Ὑπερανέστηκε δὲ, οἶμαι, τοσοῦτον τῶν καθ' ἡμᾶς, τὰ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας εὐρήματα, καὶ ἡ πρὸς πᾶν ὄντιον τῶν πρακτέων ὁδὸς, ὁσονπερ αὐτῆς καὶ κατὰ φύσιν ἠττήμεθα. Ὅταν τοίνυν λέγει Μωσῆς· « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, » σύνες ὅτι συλλήθδην μὲν ὡσπερ καὶ ὡς ἐν βραχεῖ τὰ πάντα συνενεχῶν, τῆς ὅλης κτίσεως ἀφηγεῖται τὴν γένεσιν. Εἶτα πρόβεισιν ἐντέχνως, ἐπὶ τὸ χρῆναι λέγειν τίνα τε διεκοσμήθη τρόπον καὶ ὅπως ἕκαστα τῶν πεποιημένων, τοῦθ' ὅπερ εἰσὶν εὖ μάλα διεκλήρωσατο. Λόγῳ τε μὴν τῷ πανσθενεστάτῳ δεδημιουργηκέναι τὰ πάντα φησὶν αὐτόν. Θεὸς γὰρ ἐστὶ καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν, ὁ τῶν ὄλων δημιουργὸς αὐτοῦ Λόγος. « Εἶπε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς, Γενηθήτω στερέωμα· » καὶ μοι βλέπε παραχρῆμα τῇ τοῦ Λόγου δυνάμει πεπηγὸς τὸ στερέωμα, ὃ δὴ καὶ ἐκάλεσεν οὐρανόν. « Εἶπεν ὁ Θεός, Ὑψήθητω ἡ ξηρὰ· καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν. » Ἐφη τε πρὸς τούτοις, ἥλιον γενέσθαι, καὶ ἐγενήθη ἥλιος· γέγονε καὶ σελήνη, καὶ ἄστρον, καὶ φῶς, καὶ ζῶα τε χερσαῖα καὶ ἔνυδρα, πτηνὰ τε πρὸς τούτοις. Ὅτι δὲ καὶ αὐτῆ τῶν στοιχείων ἡ φύσις, οἰκοθὲν τε καὶ ἐξ ἐκτῆς οὐκ ἂν ἔχοι τὸ δύνασθαι διαδραῖναι τὴν φθοράν, δείεται δὲ μᾶλλον τῆς τοῦ συνεχόντος αὐτῆν, πρὸς τὸ εὖ εἶναι χειρὸς, ἐδίδαξεν εἰπὼν, ὅτι

⁵⁷ Gen. 1, 1. ⁵⁸ ibid. 6. ⁵⁹ ibid. 9. ⁶⁰ ibid. 2.

Πνεῦμα Θεοῦ ἐπιφέρειτο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Ζωογονεῖ γὰρ τὰ πάντα τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα, ζωὴ καὶ αὐτὸ κατὰ φύσιν ὑπάρχον, ἐκ ζωῆς τοῦ Πατρός. Δεῖται δὲ τὰ πάντα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἂν ἐτέρως ἔχει τὸ ἀκατάστιστον, εἰς γὰρ τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστίν. Ὅρα δὴ οὖν, ὡς ἔφην, λόγῳ πηγνύμενον τὸ στερεώμα, καὶ ἀνίσχουσαν τὴν ξηρὰν συναγερμένω τῶν ὑδάτων εἰς ἐν· ὅρα πόαις τε καὶ ξύλοις χλοηφοροῦσαν τὴν γῆν, καὶ σπερματικούς αὐτοῖς ἐνυπάρχοντας λόγους, ἕνα δι' αὐτῶν τὰ πρόσκαιρα τὴν τοῦ αἰδίου εἶναι παρακλέπτοντα δύναμιν, διαμένη καὶ σώζεται. Ἄθρει τοὺς ἐν τῷ στερεώματι φωστῆρας οὐκ ἐφ' ἐτέρῳ τινὶ παρὰ Θεοῦ γεγονότας, πλὴν ὅτι μόνον ἵνα φαίνωσι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, κατασημαίνωσι δὲ καὶ καιροὺς, καὶ ἡμέρας, καὶ ἐνιαυτούς. Προσπετάχθαι δὲ φησὶ καὶ τὴν γῆν ζωίσι ἀλόγοις ἐκδοῦναι φύσιν, εἶδος ἐκάστω, καὶ τὸ ποτὸν, καὶ τὸ ἐφ' ᾧ περ ἂν γένοιτο, διανεμόντος τοῦ Δημιουργοῦ. Ἐπειδὴ δὲ ἐτεποίητο λοιπὸν ἐν κόσμῳ τὸ πᾶν, ἐλεοῖται δὲ ὅλως ταῖς ἀνθρώπου χρεῖαις οὐδὲν, τότε δὴ, τότε, τίνα καὶ αὐτὸς ἔσται τρόπον, ὁ Δημιουργὸς ἐνενοεῖ. Οὐ γάρ τοι τοῖς ἄλλοις ἐν ἴσῳ κτίσασαι καὶ ἡ αὐτοῦ γένσεις ἀπεσχεδιάζετο. Ἐπειδὴ δὲ μέγα καὶ ἐξαιρετόν, μᾶλλον δὲ τοῦ παντός ἐπέκεινα καὶ νοῦ, καὶ λόγου, καὶ θαύματος, ἡ ὑπερτάτη νοεῖται τε καὶ ἐστὶ φύσις, ἑαυτῇ τὸ ζῶον ἀφομοιοῦν, ὡς ἐνι, βεβούληται· ταῦτητοι καὶ μάλα εἰκότως, ἵνα μὴ τι μικρὸν εἶναι δοκῇ, καὶ κατεβρίμμενον, ἢ καὶ τῶν ἄλλων ζῶων ὄλλα διενέγκειν τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ μᾶλλον ἔσσεσθαι ζῶον, τούτεστιν ὁ ἀνθρώπος, οὐκ ἀκατάσχεπτον αὐτοῦ ποιεῖται τὴν γένεσιν. Καίτοι φαίη τις ἂν, καὶ οὐκ ἂν ἀμάρτοι τάληθοῦς, ὡς οὐκ ἂν τι τὸν θεῖον διαλάθοι νοῦν· οἶδε δὲ, οἶδε τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. Τί οὖν ἐσκέπτετο, καίτοι προεγνωκῶς τὴν ἀνθρώπου φύσιν; Οἰκονομικῶς, ὡς ἔφην, ὁ πανάριστος Μωσῆς οἰοεῖ πως καὶ προβουλοῖσι φησὶ τετιμηθῆναι τὸν ἀνθρώπον· οὐκ ἀπλήν, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ κατ' οὐδὲν τῶν ἄλλων ἐξηλλαγμένην, τὴν αὐτοῦ γένεσιν εἰσφέρων· ἀλλ' οἰοεῖ πως καὶ ἐν φροντίδι θεμένου τοῦ χρήμα τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὑπερβολικῶς μὲν ὁ λόγος, ἔχει δ' ἂν, οἶμαι, τὸ εὖ ποιῆσθαι δοκεῖν, εἰ πάντων ἀριστον τῶν ἐπὶ γῆς ζῶων φαμέν τε τὸν ἀνθρώπον εἶναι, πεποιθῆσθαι τε, καὶ καθ' ὁμοίωσιν καὶ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος.

Ὅτι δὲ τοῖς πανσθενεστάτοις τοῦ Θεοῦ νεύμασι παρεχομένη πρὸς ὑπαρξιν ἡ σύμπασα κτίσις, χαλεπὸν οὐδὲν, ὡς γὰρ οἶμαι, διαμαθεῖν καὶ ἐξ ὧν γεγράφασιν οἱ τῆς αὐτοῦ δεισιδαιμονίας διδάσκαλοι. Ἐδόκει γὰρ ἅπασιν καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν, συλλήβδην ἅπαντα δεδημιουργῆσθαι παρ' αὐτοῦ, νοητὰ τε καὶ αἰσθητὰ, ἀόρατα καὶ ὀρώμενα. Συνωμολόγηκασιν γὰρ ὅτι περὶ τὸν ἀπάντων Βασιλέα καὶ Κύριον πάντα τὴν ἔσθαι. Καὶ δὴ καὶ εἰπεῖν ὁ Πλάτων διατείνεται· Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργός, πατήρ τε ἔργων. Ἥδη μὲν οὖν τὰς Ἑλλήνων παρηγάγομεν βήσεις, τὰς ἐπὶ γὰρ τούτοις φημί, καὶ παρήσω μὲν τὰ ταῦτά εἰπεῖν. Διαμεμνήσομαι δὲ τῶν Ἑρμοῦ τοῦ τρισεπί-

gere, sed, ut consistat, opus ei esse manu continentis illam Dei. Ab hoc enim cuncta vitam accipiunt, cum ipse quoque secundum naturam vita sit ex vita Patris. Hujus autem cuncta indigent, nec aliter constare possunt in eo ut sint id quod sunt. Considera proinde, uti dixi, verbo compactum firmamentum, et aridam emergentem, aquis in unum coactis. Aspice terram herbis ac lignis virescentem, et seminalem vim lis inditam, qua temporariae rei perpetuitatem capiant, et permaneant ac conserventur. Contemplare firmamenti luminaria, non in alium usum a Deo condita, quam ut mortalibus illucescant, et tempora simul, et annos, ac dies indicent. Addit Moses, jussam esse terram brutis animantibus commodare naturam, Deo formam, et magnitudinem, et existendi principium illis tribuente. Peractis demum universi rebus omnibus, cum nihil jam prorsus humanis usibus deesset, tum cogitare coepit Opifex, quoniam pacto homo ipse fieret. Non enim perinde, ut caeterae res creatae, repente conditus est; sed quoniam suprema natura magnum quiddam et eximium est, adeoque cogitatione omni et oratione, postremo etiam admiratione majus, animal sibi simile, quoad ejus fieri potest, formare voluit. Idcirco, ne exiguum et abjectum quidpiam esse, aut caeteris parum antecellere videretur animal futurum ad Dei similitudinem et imaginem, hoc est homo, Moses, jure merito non improvidum, sed meditatatum ejus ortum facit. Quamquam dicet aliquis, ac vere dicet, nihil latere mentem divinam, utpote quae novit omnia priusquam fiant⁶¹. Quid ergo de homine faciendo consilium capiebat, cum ejus naturam praenossent? Verum divina, uti dixi, dispensatione veluti ac provisione Moses optimus ornatum fuisse hominem scribit, non simplici nibiloque caeteris potiori conditione, sed Deo singulari quodam modo cura in eam rem incumbente. Et hyperbolem quidem **56** habet oratio, sed non temere factum significat, quod omnium quae in terra sunt animantium, hominem praestantissimum ad conditoris imaginem ac similitudinem factum asserimus.

Caeterum res omnes potentissimo Dei nutu in lucem editas, non gravabimur, opinor, etiam ex iis perdiscere, quae superstitionis illius magistri scriptis tradiderunt. Qui omnes et sentire et dicere non dubitarunt, omnia simul ab eo fuisse condita, tum quae ratione et sensu praedita sunt, tum quae in sensum oculorum incurrunt, aut illum effugiunt. Nemo enim illorum non fatetur omnia penes universorum regem ac dominum esse. Et certe Plato illum his verbis usum contendit: *Dii deorum, quorum ego opifex, operumque parens*. Sed jam scilicet haec Graecorum de eo dicta adduximus, nec res easdem ingeram. Unius Hermetis ter maximi

⁶¹ Dan. xiii, 42.

verba commemorabo, quibus in illo qui ad Asclepium est dialogo utitur : *Et dixit Osiris, inquit : Atqui, o maxime bone dæmon, quomodo universa terra exstitit ? Respondit magnus bonus dæmon : Ordine et exsiccatione, uti dixi, cum, multa vi aquarum in sese tedire jussâ, terra apparuit, cænosa illa quidem ac tremula ; verum cum sol demum eluxisset, et continenter ureret ac siccaret, terra in aquis solidata est, undique aqua circumfusa. Idem alio in loco : Omnium Opifex ac Dominus ita locutus est : Esto terra, et appareat firmamentum ; et continuo opificii principium, terra exstitit. Atque hæc de tellure. De sole vero rursus sic loquitur : Et dixit Osiris : O ter maxime ac bone dæmon, visne recenseamus quo pacto sol primum ortus, et unde præpotentis Dei providentiâ prodierit ? Solis creatio ab Domino universorâ ; imo ab eodem, per sanctum et opifitem Sermonem exstitit. Similiter in primo libro Digressionum ad Tat : Omnium Dominus statim dixit sancto et intelligenti et effectori Sermoni suo : Exsistat sol ; et cum dicto, ignem, natura sursum tendente præditum, illud dico quod est in natura simplex et lucidissimum, efficacissimum et secundissimum, suo spiritu natura attraxit, et ab aqua in altum coegit. Itaque Dei jussu per Sermonem opificem facta esse omnia, et sentire hominem decet, ac vere dicitur. Quomodo autem, vel quia ratione, solus ipse novit. 57 Jam vero uniuersæ rei creatæ pro sua potestate, ut illo modo sit, tribuere, nec ab alio rebus creatis omnibus existendi rationem præscribi, ex Mosis etiam verbis illis manifestum est : « Fiat firmamentum, et factum est sic 61. » Et : « Congregetur aqua in congregationem anam, et appareat arida 62. » Hæc enim naturam uniuscujusque rei creatæ definiunt. Rursus idipsum commemorat illorum Mercurius ter maximus. Inducit enim Deum creaturis dicentem : *Necessitatem vobis, qui in mea potestate estis, imponam, hoc quod vobis per Verbum meum datum est mandatum. Hanc enim legem habetis.* Nam, ut modo dixi, rebus singulis naturalem legem Opifex præscripsit, ejusque nutu patet illis contigisse, ut sint hujusmodi puta aut secus. Et hæc directa quidem oratio, minimeque fucata sic habet. Sed Platouis sententiam Julianus non mediocriter admiratur, et ait : *Audi de mundo quid Plato dicat. Totum certe cælum, aut mundus, sive alio quovis nomine appellari juvat, hoc nobis nominetur. Utram semper fuit, nec ullum sui ortus principium habuit, an est factus, et ab aliquo principio cæpit ? factus est : aspectabilis enim est, ac tractabilis, et corporeus. Quæ vero sunt hujusmodi, ea sensu percipi possunt, ac sensuum ope comprehendî. Et post cætera : Si ergo ex probabili ratione, dicendum est hunc mundum animal et anima et mente præditum, revera Dei providentiâ factum esse. Ecce utique manifeste etiam divinus, ut ille vult, et sapientissimus Plato, mundum uni-**

Α του λόγων. Ἐφη γὰρ οὗτος ἐν τῷ πρὸς Ἀσκληπιῶν· Καὶ εἶπε, φησὶν, Ὅσιρις· Ἐἴτα, ὦ μέγιστε ἀγαθὸς δαίμων, πῶς ὅλη ἡ γῆ ἐφάνη; Καὶ εἶπερ ὁ μέγας ἀγαθὸς δαίμων· Κατὰ τάξιν, καὶ ἀναξήρασαν, ὡς εἶπον, καὶ τῶν πολλῶν ὑδάτων κελυσοθέντων ἀπὸ τοῦ εἰς ταῦτα ἀναχωρῆσαι, ἐφάνη ὅλη ἡ γῆ ἐμπληρὸς καὶ ἐρέμουσα· ἥλιου δὲ λοιπὸν ἀναλάμψαντος, καὶ ἀδιαλείπτως διακαλοῦτος, καὶ ξηραίνοντος, ἡ γῆ ἐστηρίχθη ἐν τοῖς ὕδασι, ἐμπερισχομένη ὑπὸ τοῦ ὕδατος. Καὶ μὴν καὶ ἐτέρωθεν· Ὁ πάντων δημιουργὸς καὶ Κύριος ἐφώνησεν οὕτως· Ἔστω γῆ, καὶ φανήτω στερέωμα, καὶ εὐθέως ἀρχὴ τῆς δημιουργίας γῆ ἐγένετο. Καὶ ταῦτ' ἐπεὶ περὶ τῆς γῆς. Ἅλλου δὲ πέρι, πάλιν ὁδὲ φησὶ· Καὶ εἶπεν Ὅσιρις· Ὁ τρίτος μέγιστος ἀγαθὸς δαίμων, ἥλιου γέννησιν βούλει ἡμῶς καταλέξαι, πῶθεν ἐφάνη; ἐφάνη προνοία τοῦ πάντων δεσπότου. Ἔστω δὲ ἡ γένεσις τοῦ ἡλίου ἀπὸ τοῦ πάντων δεσπότου, διὰ τοῦ ἀγίου καὶ δημιουργικοῦ λόγου αὐτοῦ, γενομένη. Ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς τὸν Τάτ διεξοδικῶ λόγῳ πρώτῳ φησὶν· Ὁ δὲ πάντων Κύριος εὐθέως ἐφώνησεν τῷ ἑαυτοῦ ἀγίῳ, καὶ νοητῷ, καὶ δημιουργικῷ λόγῳ· Ἔστω ἥλιος, καὶ ἅμα τῷ φάναι, τὸ πῦρ, τῆς φύσεως ἀνωφεροῦς ἐχόμενον, λέγω δὴ τὸ ἀκρατον, καὶ φωτεινότερον, καὶ δραστικώτερον, καὶ γονιμώτερον, ἢ ἐκπεπασσο τοῦ φύσις τῷ ἐαυτῆς κρεσύνματι, καὶ ἤρειπεν εἰς ὕψος ἀπὸ ὕδατος. Τὸ μὲν οὖν προστάξει Θεοῦ διὰ τοῦ δημιουργοῦ πεποιθῆσθαι λόγου τὰ πάντα, πρέπειν ἀν ἀνθρώπῳ νοεῖν, καὶ ἀληθῆς εἰπεῖν. Τὸ δὲ ὅπως, ἢ τίνα τρόπον, αὐτὸς ἀν εἰδείη καὶ μόνος. Ὅτι δὲ τῶν γεγονότων ἐκάστῳ τὸ εἶναι τοιῶσδε διαγνέμεν κατ' ἐξουσίαν, καὶ ὁ τῆς ἀπάντων ὑπάρξεως τρόπος αὐτὸν ἔχει τὸν ὀριστήν, σαφὲς ἀν γένοιτο καὶ δι' ὧν ἔφη Μωσῆς· Ἐγενήθη τὸ στερέωμα, καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ, Ἐ συναχθήτω τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. Ταῦτα γὰρ δητὴν ἐκάστου τῶν εἰς γένεσιν παρενηνεγμένων ὀρίξει φύσιν. Διαμνημονεύει δὲ καὶ τοῦτου πάλιν ὁ παρ' αὐτοῖς τρισμέγιστος Ἑρμῆς· Εἰσεκόμικε γὰρ λέγοντα τὸν Θεὸν τοῖς κτίσμασιν· Ἀνάγκη δὲ ὑμῖν τοῖς ἐπ' ἐμὲ περιθήσω, ταύτην τὴν διὰ τοῦ λόγου μου ὑμῖν ἐντολήν δεδομένην· τοῦτον γὰρ νόμον ἔχετε. Ὡς γὰρ ἔφην ἀκριβῶς, τῶν γεγονότων ἐκάστῳ φυσικῶν ὄρισεν τὸν νόμον ὁ δημιουργὸς, καὶ τοῖς αὐτοῦ νεύμασι, τὸ εἶναι τοιῶσδε, τυχόν, ἢ μὴ, διαλαχόντα φαίνεται. Καὶ ὁ μὲν εἰς εὐθύ τε διήκων καὶ ἀκατήλευτος λόγος ἔχει ἀν ὧδί. Κατατέθηκε δὲ οὐ μετρίως αὐτὸς τὴν Πλάτωνος δόξαν, καὶ φησὶν· Ὅγε μὴν Πλάτων ἀκουε περὶ τοῦ κόσμου τι φησὶν. Ὁ δὲ πᾶς οὐρανός, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο τίποτε ὀνομαζόμενος μάλιστα ἀν δέχοιτο, τοῦτο ἡμῖν ὠνομασθῶν πῶτερον ἢν ἀεὶ, γενέσσεως ἀρχὴν ἔχωρ οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος; γέγονεν· ὁρατός γὰρ, ἀπτός τέ ἐστι, καὶ σῶμα ἔχωρ. Πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητὰ, δόξη περιληπτα, μετὰ αἰσθήσεωρ. Καὶ μεθ' ἑτερα·

61 Gen. 1, 6. 62 ibid. 9.

Εἰ δὴ κατὰ τὸν λόγον τὸν εἰκότα, δεῖ λέγεσθαι ἄνθρωπον ἄλλοθεν ἄλλοθεν ἔκαστον ἔκαστον, καὶ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν. Ἰδοὺ δὴ σαφῶς, καὶ ὁ κατ' αὐτὸν θεὸς τε καὶ πάνσοφος Πλάτων, σύμπαντα τὸν κόσμον, ἢ ὃ τί ποτε ἂν λέγοιτο, γενητὸν τε εἶναι, καὶ ἀπ' ἀρχῆς τινος ἤρχθαι διαβαδαιοῦναι. Καὶ μὴν ἀπτόν τε, καὶ ὁρατὸν, καὶ ἐνώματον, καὶ δοξαστὸν μετὰ ἀισθήσεως, καὶ, κατὰ γε τὴν τοῦ Δημιουργοῦ πεποιθῆσθαι πρόνοιαν. Ὁ δὲ, τῆς Πλάτωνος εὐρεσιλογίας εἰσάπαν ἀπρητημένος, καὶ τοῖς εἰς λῆξιν ἐπαίνους αὐτὴν στεφανῶν, ὅτι δὲ καὶ πεπλάνηται σὺν αὐτῷ, καὶ πεφρόνηκε μὲν τῶν ἀνομήτων οὐδὲν, περιφέρεται δὲ ὡσπερ ἀνέμῳ παντὶ, σαφηνιούμεν οὐκ εἰς μακρὰν, πάλιν τὰ αὐτοῦ παραθέντες Ἰουλιανοῦ· Ἐφη γὰρ οὕτως·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἐν δὲ ἐνὶ παραβάλωμεν μόνον· τίνα καὶ ποδαπὴν ποιεῖται δημιουργίαν ὁ Θεὸς ὁ παρὰ Μωσῆ, καὶ ποδαπὴν ὁ παρὰ Πλάτωνι. « Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐρπετῶν τῶν ἐρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς, λέγων· Ἀυξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς, καὶ ἔρχεσθε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς. » Ἄκουε δὴ οὖν καὶ τῆς Πλατωνικῆς δημιουργίας, ἣν τῷ τῶν ὄλων περιτίθησι Δημιουργῷ. Θεοὶ ὁσῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργός, πατήρ τε ἔργων. Ἄλτα ἔσται ἐμοῦ γε θέλοντος. Τὸ μὲν δὴ δεσθὲν πάν, λυτὸν. Τὸ γε μὴν καλῶς ἀρμυροῦν, καὶ ἔχον εὖ, λυεῖν ἐθέλειν, κακοῦ. Διὸ ἐπέπερ γενένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἔστε, οὐδὲ ἄλυτοι τὸ πάνπαν. Οὐτε μὴν γε λυθήσεσθε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως, μείζονος ἐστὶ θάνατος καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων, οἷς, ὅτε ἐγήγεσθε, ζυγεδείσθε. Νῦν οὖν ὁ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος, μάθετε. Θρητὰ ἐστὶ θρητὰ λοιπὰ τρία ἀγνήτητα, τούτων δὲ μὴ γενομένων, οὐρανὸς ἀτελής ἔσται. Τὰ γὰρ πάντα ἐν αὐτῷ γένη, ζῶν ὅχι εἶσι. Ἰπ' ἐμοῦ δὲ ταῦτα γενόμενα, καὶ βίον μετασχόντα, θεοῖς ἰσάζονται ἄν. Ἰπ' οὖν θρητὰ τε ἡ, τό τε πᾶν τὸδε ὄντως ἅπαν ἡ, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζῶων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμετέραν γένεσιν. Καὶ καθόσον μὲν αὐτοῖς ἀθανάτοις ὁμοιῶνως εἶναι προσήκει, θεῶν λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τε ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίχη καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἔπεσθαι, σπεύρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω. Τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθανάτω θρητῶν προσυφαινοῦντες, ἀπεργάζεσθε ζωὰ καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Διαγελά μὲν οὖν ὁ γενναῖος οὗτος καὶ θρασὺς εἰς

^a Gen. 1, 27, 28.

JULIANUS.

Alterum alteri comparemus modo; nempe qua et quali procreandi ratione Deus utatur apud Moysen, et quali apud Platonem. « Et dixit Deus: **58** Faciamus hominem secundum imaginem nostram, et secundum similitudinem: et praesint piscibus maris, et volatilibus caeli, et bestiis, et omni terrae, et omnibus reptilibus, quae repunt super terram. Et fecit Deus hominem; secundum imaginem Dei fecit illum: masculum et feminam fecit eos, dicens: Crescite, et multiplicamini, et implete terram, et dominamini ei, et imperate piscibus maris, et volatilibus caeli, et omnibus bestiis, jumentis, et omni terrae^a. » Audi vero et officium quod omnium Auctori Plato tribuit. *Diis deorum, quorum ego opifex, operumque parens, Indissoluta erunt meo vinculum solvi potest: sed haudquaquam boni est, ratione vinculum velle dissolvere. Ergo quia facti estis, immortales vos quidem esse et plane indissolubiles non potestis. Neutiquam tamen dissolvemini, neque vos ulla mortis fata periment, voluntatem meam majus et potentius vinculum nacti ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis tum, cum gignebamini, colligati. Ergo quid vobis demonstrarem cognoscite. Tria genera nobis reliqua sunt, eaque mortalia, quibus praetermissis, caeli absolutio perfecta non erit. Omnia enim genera quae complexu tenet, vitam non habebunt; per me autem facta si fuerint, et vitam nacta, diis aequabuntur. Ut igitur mortali conditione generentur, et hoc universum absolvetur, totumque vere sit; vos pro natura vestra suscipite, ut animalia gignatis, et meam in ortu vestro vim imitamini. Ac quoad iis, nomine genus immortalibus esse congruit, quod divinum dicatur, et in ipsis principatum teneat eorum, qui justitiae vobisque parere volent, inserens et initium dans ego tradam. Caterum vos, ad id quod erit immortale partem mortalem atexentes, efficit animalia et generare, et tributis alimentis nutrite, atque amplificare, et consumpta rursus recipietis.*

CYRILLUS.

Enimvero egregius iste et audax noster calum-

niator deridet hominis procreationem illam, quam Moses optimus nobis enuntiavit, et exiguum quid a Deo tributum naturæ hominis existimat, quod ad imaginem et similitudinem suam illum formari. At quis eorum, qui sapiunt, non confiteatur rem esse unam ex omnibus quæ quam maximum decus afferre potuerit? Quid enim, **59** quæso, præstabilius dici potest quam Dei nobis similitudinem esse impressam? Annon divinam substantiam omnium rerum supremam et altissimam esse dicimus, ineffabili gloria præfulgentem, et revera omnem formam ac pulchritudinem virtutis existere? Hoc num obscurum cuiquam esse potest? Quid ergo res tam eximias deridet? Aut quid cavillatur, quod animal mente et ratione præditum ac Deo simillimum, homo videlicet, in cætera obtinere debeat principatum? Atqui Mosaicis scriptis ipsa rerum natura respondet. Sed veri nullam rationem habet Julianus, illudque nimium quantum repudiavit, ut solis Platonis verbis adhaerescat. Et certe admirationi habet, inconsiderate id quoque, nescio quomodo conflictam ab eo concionem, qua universi Deum ad factos quosdam et falsos deos usum commemorat. Cui de ea re sic respondendum puto: Si enim in his ethopæiam facit Plato, et more postarum Dei personæ sermones eos accommodat, quos eum decere putat, a scopo non parum aberrat, eumque jure quis reprehenderit, quod in fingenda persona non norit servare decorum. Sin autem se divinitus edoctum fingit, valeat cum nugis suis. Dicere enim fas non est, rerum omnium Dominum in partem gloriæ, quæ sibi proprie et soli congruit, falsos deos admittere. Dixit enim: «Gloriam meam alteri non dabo, neque virtutem meam sculptilibus⁶⁰.» Age vero Platonis libris veritatem breviter opponamus. Concedatur enim, si libet, supremas et intelligibiles potestates a Deo factas dei appellatione ornatas. In cælo siquidem nonnullos esse dicimus deos et dominos nuncupatos. Sed et nos ipsi eodem nomine ornati sumus, Deo nobis ita loquente: «Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes⁶¹.» Veruntamen rei hujus summe necessaria causa quædam est, et præclara est admodum divina illa in nos munificentia. Cum enim rerum omnium Opifex creaturam mente et ratione præditam ad imaginem et similitudinem suam patravisset, eam, utpote bonus, dei etiam appellatione honestavit, nec abs re; ipsi enim solemus hominis imaginem, exempli gratia, nomine tenus hominem appellare. **60** Igitur creatura mentis et rationis compos majoris apud Deum dignationis, quam quæ ratione et intelligentia caret, præstantiam gloriæ nacta videtur, cum est Dei appellatione inaurata. Cæterum nulli alteri rei creatæ id nominis plane tributum est. Nam neque cælum, neque niundum plane animal esse, neque prorsus animatum, etsi nemo e nostris dicat, ut taceant etiam alii quos sapientes

λόγους τοὺς καθ' ἡμῶν, τὴν ἀνθρώπου γένεσιν, τὴν διὰ γε, φημι, τοῦ παναρίστου Μωσέως ἐξηγγελημένην, καὶ σμικρὸν οἶεται, τῇ ἀνθρώπου φύσει δεδωσθαι παρὰ Θεοῦ, τὸ κατ' εἰκόνα τὴν πρὸς αὐτὴν καὶ ὁμοίωσιν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ. Καίτοι πῶς οὐχ ἀπασιτοῦν τῶν εὖ φρονεῖν εἰωθῶτων συμφήσειεν ἄν, ὡς τῶν ὅτι μάλιστα κατακαλλύνειν εἰδῶτων τὸ χρῆμά ἐστι; Τί γὰρ ἄμεινον, εἰπέ μοι, τοῦ τὴν θεῖαν ἡμῶν ὁμοίωσιν ἐνσεσημάνθαι λέγειν; Ἡ γὰρ οὐχὶ τὸ πάντων ἀκρότατόν τε καὶ ἀνωτάτω τὴν θεῖαν εἶναι φαμεν οὐσίαν, ἀφράστῳ δόξῃ περιαστράπτουσαν, καὶ αὐτόχρομα πᾶν εἶδος τε καὶ ἄλλος ὑπάρχον ἀρετῆς; Εἶτα πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργεῖς ὅπερ ἔφη; Τί τοίνυν διαγελᾷ τὰ οὕτως ἐξάρετα; Κατασκώπτει δὲ ἀνθ' ἑτοῦ καὶ τό γε δὴ δεῖν ἀρχῆ τετιμησθαι τῇ κατὰ πάντων, τὸν ἐννοῦν τε καὶ λογικόν, καὶ θεοειδέστατον τῶν ἐπὶ γῆς ζῶων, φημι δὴ τὸν ἀνθρώπον; Καὶ μὴ τοῖς διὰ Μωσέως λόγοις ἡ φύσις αὐτῆ τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖ. Ἄλλ' οὐδένα μὲν τοῦ εἰκότος ποιεῖται λόγον, ἀπονένευκε δὲ καὶ τοῦτο ἀσχετῶς, ἐπὶ τὸ χρῆναι μόναις ταῖς τοῦ Πλάτωνος προσκείσθαι φωναῖς. Καὶ δὴ καὶ θαυμάσας ἔχει, καὶ τοῦτο ἀκατασκέπτως, τὴν, οὐκ οἶδ' ὅπως, αὐτῷ πεπλασμένην δημηγορίαν, ἣν δὴ πεποιῆσθαι φησι τὸν τῶν ὄλων θεὸν πρὸς γενητοῦς τινὰς καὶ ψευδωνύμους θεοὺς. Οὐμαὶ δὲ δεῖν καὶ ἡμᾶς αὐτῷ πρὸς τοῦτο εἰπεῖν. Εἰ μὲν γὰρ ἐν τούτοις ἦθοποιεῖ Πλάτων, καὶ κατὰ νόμον τῶν ποιητῶν, τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ περιτιθῆσι λόγους, οὐσπερ ἂν σῆται πρέπειν αὐτῷ, δημάρτηκεν οὐ μετρίως τοῦ σκοποῦ, καὶ καταμωμήσαιτ' ἂν τις αὐτὸν, προσωποποιεῖν οὐκ εἰδῶτα κατ' ὃν εἶδει τρόπον. Εἰ δὲ σκήπτεται τὸ θεοκλυτεῖν, χαίρετω ληρῶν· οὐ γὰρ τοι θέμις εἰπεῖν, θεός τοῖς οὐκ ἀληθείαι, τῆς ἰδικῶς αὐτῷ τε καὶ μόνῳ προποσῆς εὐκλείας ἐφεῖναι μεταλαχῆναι τὸν τῶν ὄλων κατεξουσιάζοντα θεόν. Ἐφη γὰρ, ὅτι «τὴν δόξαν μου ἐτέρῳ οὐ δώσω, οὐδὲ τὰς ἀρετὰς μου τοῖς γλυπτοῖς.» Καὶ φέρε, διὰ βραχέων τοῖς Πλάτωνος λόγοις ἀντεξάγοντες τὴν ἀληθειαν, ἐκεῖνο λέγωμεν. Συγκεχωρησῶ γὰρ, εἰ δοκεῖ, τὰς ἄνω τε καὶ νοεράς δυνάμεις παρὰ Θεοῦ γενομένας τῇ τοῦ Θεοῦ τετιμησθαι κλήσει. Φαμὲν γὰρ εἶναι τινὰς ἐν οὐρανῷ, καὶ θεοὺς καὶ κυρίους ὠνομασμένους. Ἄλλὰ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τῇ τοιζδε κλήσει κατεστήμεθα, Θεοῦ λέγοντος πρὸς ἡμᾶς· «Ἐγὼ εἶπα, Θεοὶ ἔστε, καὶ υἱοὶ Ἰψίστου πάντες.» Ἄλλ' ἔστι τις ἐν τούτοις ἀναγκαιοτάτη τοῦ πράγματος αἰτία· καὶ τῆς παρὰ Θεοῦ φιλοτιμίας ὁ εἰς ἡμᾶς λόγος ἔχει ἂν ὀρθῶς ὅτι μάλιστα γε. Ὁ γὰρ τοι τῶν ὄλων Δημιουργός, ἐπεὶ τοι κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἑαυτοῦ, τὴν νοεράν τε καὶ λογικὴν εἰργάσατο κτίσιν, ὅτε δὴ καὶ ἀγαθὸς ὑπάρχων, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ τετιμηκε κλήσει· καὶ τὸ ἀπεικὸς οὐδέν. Εἰθίσμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, τὴν ἀνθρώπου φέρε εἰπεῖν εἰκόνα, ὁμωνύμως ἀνθρώπον ὀνομάζειν. Οὐκοῦν ἡ μὲν νοερά καὶ λογικὴ κτίσις, ὅτε δὴ καὶ ἐν λόγῳ μέζονι κειμένη παρὰ Θεῷ τῆς οὐκ οὐσίας λογικῆς τε καὶ νοεράς, τὴν ἀμείνω δόξαν λαχοῦσα φαίνεται, τῇ τοῦ Θεοῦ κλήσει

⁶⁰ Isa. XLII, 8. ⁶¹ Psal. LXXXI, 6.

καχρυσωμένη. Τῶν γε μὴν ἐτέρων κτισμάτων, οὐδὲ τὸ παράπαν ὠνόμασται θεός. Ὅτι γὰρ οὔτε ζῶν ἐστὶν ὁ οὐρανός, ἦγουν ὁ κόσμος ἀπλῶς, οὔτε μὴν ἐμφύχως ὄλως· καθ' εἰ μὴ τις ἔλοιτο λέγειν τῶν τελούτων ἐν ἡμῖν, ἀπόχρη πρὸς Ἐλεγχον, καὶ δίχα τῶν ἄλλων, οὓς φασιν εἶναι σοφοὺς, ὁ αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος φοιτητῆς Ἀριστοτέλης. Ἐφη γὰρ, ὡς ἦδη φθάσαντες διΐσχυρισάμεθα, οὔτε ἐμφύχον ὄλον δι' ὄλου τὸν κόσμον, οὔτε λογικόν, οὔτε νοερόν. Ὅτι μὲν τοίνυν ὄλον δι' ὄλου τὸν κόσμον, ἢ ὅτι ποτέ ἐστι τόδε τὸ πᾶν (ἔφη γὰρ οὕτως αὐτός), οὔτε ἐμφύχον, οὔτε μὴν νοερόν εἶναι λέγειν ἐπίτησιν τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις, οἴκολεν, ὡς ἔφη, καὶ παρὰ γε τῶν οἰκειοτάτων ὅτι μάλιστα αὐτῷ, διαρκεστάτην ἔχει τὴν ἀντίστασιν. Τοῖς γε μὴν οὐκ οὖσιν ὄλως θεοῖς ἐμφύχοις, ἢ νοεροῖς, ὡς οὐκ ἂν ἔφη θεός τὸ χρῆναι δημιουργεῖν, ἐκδειξίειεν ἂν ἡμῖν ἡ αὐτοῦ τοῦ πράγματος φύσις, διὰ βασιάνων ἰούσα συμμέτρων. Τί γὰρ ὄλως καθ' ἑαυτὸν ἐννενοηκώς ὁ τῶν ὄλων Δημιουργός, ἑτέροις θεοῖς ἐνεχείρισε τὸ χρῆναι πονεῖν περὶ τὴν τῶν τριῶν γενῶν δημιουργίαν; Ὅκνησας ἄρα, φαίεν ἂν, ἢ λόγου τὰ καθ' ἡμᾶς ἀξιώσας οὐδενός, εἴεν δ' ἂν, ὡς γε οἴμαι, ταυτὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας ἀλλότρια παντελῶς. Εἰ γὰρ ἐστὶν ἀγαθός ὁ Δημιουργός, πῶς ἂν αὐτῷ καὶ δυνος ἐγγένοιτό τις περὶ τινος ὄλως; Οὕτω γὰρ, αὐτός ποῦ φησιν ὁ Πλάτων, ἀγαθός ἦν ἀγαθῷ δὲ φθόνος οὐδείς περὶ οὐδενός ἐγγίνεται. Τό γε μὴν ἀπαξιῶσαι λέγειν αὐτὸν, εἴη ἂν ἕτερον οὐδὲν, ἢ τύφον αὐτῷ προσέμειν, καὶ ὑπεροφίας καθορίσαι γραφήν. Πῶς δ' ἂν ἔλοιτο κρατεῖν, ὣν ἀτιμάζει τὴν γένεσιν; ἢ τίνα δὴ τρόπον ταῖς παρ' ἡμῶν λαιρείαις ἐπιγάνυται, εἰ μὴδὲ κτίσειν ἡμᾶς ὄλως ἤξίωσε τὴν ἀρχήν; ὅτι δὲ καὶ τιμᾶσθαι βούλεται πρὸς ἡμῶν, καὶ τὸ εὐήνιον ἀπαιτεῖ, καὶ διὰ πάσης ἀρετῆς ἀφομοιοῦσθαι δεῖν αὐτῷ τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἐθέλει. Παραθεῖην μὲν ἂν, καὶ μάλα βραδίως, πλείστας τε ὄσας καὶ ἀληθεῖς μαρτυρίας τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς. Ἐπειδὴ δὲ μάλλον εἰσὶν Ἰουλιανῷ πιστὰ τὰ αὐτοῦ, γεγραφέναι φημι Πορφύριον ἐν βιβλίῳ δευτέρῳ *Περὶ ἀποχῆς ἐμφύχων*, ὡδὶ· *Θύσωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς, ἀλλὰ θύσωμεν, ὡς προσήκει· Θεῷ μὲν, τῷ ἐπὶ πᾶσιν, ὡς τις ἀνὴρ σοφός ἔφη, μὴδὲν αἰσθητὸν μὴδὲ θυμαίωντες, μῆτε ἐπονομάζοντες*. Οὐδὲν γὰρ ἐστὶν ἐνυλον, ὃ μὴ τῷ ἀνύλῳ εὐθύς ἐστὶν ἀκάθαρτον. Διὸ οὐδὲ λόγος τοῦτω ὁ κατὰ φωνὴν οἰκεῖος, οὐδὲ ὁ ἔνδοξος, ὅταν πάθει ψυχῆς ἢ μεμιασμένους (1), διὰ δὲ σιγῆς καθαρὰς καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ καθαρῶν ἐννοιῶν θρησκευώμεν αὐτόν. Δεῖ δὲ ἄρα συναφθέντας καὶ ὁμοιωθέντας αὐτῷ, τὴν ἑαυτῶν ἀγωγὴν [ἀναγωγὴν] θυσίαν ἱερὰν προσάγειν τῷ Θεῷ, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ὑμνοῦσαν (2) καὶ ἡμῶν σωτηρίαν· ἐν ἀπαθεί ἄρα τῆς ψυχῆς τοῦδε Θεοῦ θεωρία ἡ θυσία αὕτη τελείται. Τιμᾶσθαι δὲ οὖν πρὸς ἡμῶν ἐθέλει Θεός, καὶ δι' εὐαγοῦς πολιτείας ἀποσημῆσθαι πρὸς αὐτὸν νοερώς, ταῖς ἰδίαις ψυχαῖς τὸ αὐτοῦ κάλλος ἐγγράφοντας. Εἶτα πῶς, εἰπέ μοι, ταυτὶ παρ' ἡμῶν αἰτεῖ, μονον-

A prædicant; satis est vel unius Aristotelis, Platonis discipuli, testimonium. Qui, ut jam antea confirmavimus, asseruit nec animatum prorsus totum mundum esse, neque ratione aut mente præditum. Quod igitur totum omnino mundum, aut quodcumque est hoc universum (sic enim ipse loquitur), animatum aut mente præditum dicere non sinat vis veritatis, domo ut dixi, et ab amicissimis, ipsi plus satis refellit. Porro Deum nihil efficiendum mandasse diis, qui nec animati sunt prorsus nec mente præditi, ipsius rei natura congruenti facto examine probaverit. Præterea quo consilio universorum Opifex aliis diis, ut tribus generibus efficiendis incumbere, demandavit? Pigritudine videlicet, aut rerum humanarum neglectu? At hæc, opinor, in supremam omnium substantiam prorsus non cadunt. Nam si bonus est Opifex, quomodo ad ullam rem omnino pigresceret? Ipse enim, ut alibi Plato ait, bonitate præstabat: probus autem nihil cuiquam invidet. Dicere autem ipsum dedignatum esse, nihil aliud esse quam fastum ei tribuere, et arrogantiae crimen impingere. Et quomodo imperare vellet iis, quorum procreationem aspernatur? aut quo pacto cultu nostro oblectatur, si ne nos quidem creare principio omnino dignatus sit? Equidem nullo negotio proferre possem quam plurima ac verissima divinæ Scripturæ testimonia, quibus ostenderem Deum et cultum sibi a nobis et obsequium repetere, idque potissimum velle ut sibi per omne genus virtutis natura hominis assimilaretur. Sed quoniam Juliano sua magis probantur, Porphyrium scripsisse aio libro *De abstinentia ab animatis* altero, in hunc modum: *Sacrificemus igitur etiam nos, verum sacrificemus, 61 uti par est; Deo quidem, qui omnia supereminet, ut vir quidam sapiens dixit, nihil sensile adolentes aut consecrantes*. Nihil enim est materiæ, quod, si cum materiæ experte natura comparetur, non continuo sit impurum. Ideo neque convenit ei sermo qui voce effertur, neque interior, cum animi perturbatione fuerit inquinatus: sed puro silentio, et sanctis de illo cogitationibus, ipsum colamus. Operæ pretium est igitur nos Deo conjunctos et assimilatos vitam ei nostram veluti sacram victimam offerre, quæ D ipsa et illi hymnus est, et nobis salus. Siquidem in perturbationem animi vacuitate et contemplatione Dei hoc sacrificium peragitur. Vult ergo Deus ut se colamus, et per sanctam vitæ genus animis nostris inscripta ejus pulchritudine spiritualiter ei conformemur. At quomodo hæc, anabo te, a nobis exigit, si nos aliis opificibus procreandos tantum non objecit, atque, ut ita dicam, ea, qua per se reliqua procreavit, prærogativa conditionis orbavit? Cur autem rerum terrenarum curam gerit, quas, ut sentit Plato, aliis diis ludicrum tradiderit? At earum curam gerere, et vel ad minima quæque clementiam ac lenitatem ejus pertingere, ipse nos docebit

(1) Μεμολυσμένος Porphyrg.

(2) Porphyrg. ὕμνον οὔσαν.

qui Patrem suum Deum novit. « Nonne, inquit, duo passerculi asæ veniunt, et unus ex eis non cadet super terram sine Patre vestro qui est in cœlis⁶⁷? » Sed ipsæ forsitan Julianus hanc vocem ut minus veram configet, qui in Deum insurgit sane quam impie; suos vero scriptores, hoc est, erroris socios, admittet. Igitur Alexander Aristotelis discipulus, libro *De Providentia*, ita scribit: *Dicere Deum nolle rerum humanarum curam gerere, a Deo prorsus est alienum. Invidia enim cujusdam est, et plane malignæ naturæ, meliora non facere, cum possit. Cum vero utrumque horum alienum sit a Deo, nec ambo in illo utique reperientur, nec alterutrum. Quocirca relinquitur, ut possit et velit Deus rerum nostrarum curam gerere. Si autem vult et potest, providere utique manifestum est. Nihil ergo, ne minimum quidem, absque Dei consilio et voluntate fieri par est.*

A ut nefandarum voluptatum nulla ipsum satietas caperet, qui, duabus uxoribus neque fortasse honeste conjunctis, aliis etiam, turpibus scilicet ac meritoriis muliereculis, et quæ formam corporis venalem prostituerent, misceretur. **187** Annon hæc a vita philosophica et actiuosa virtute et studio abhorrent? Nunquid ergo juvenes increpabat, si minus honeste quidpiam facerent? Quibus verbis eos ad rectum iter instituisset, cum homo ea canitie atque ætate tam infandis voluptatibus non irretitus modo, sed oppressus penitus et subactus videretur? Cui familiarem aliquando dixisse apud Platonem legimus: *Undenam, o Socrates? num ex venatione formæ Alcibiadis?* Sed de Socrato hactenus. In Platonem ipsum inquiramus, videamusque Socratis mores; annon ipse quoque adamarit, et intemperantia cupiditatum cum illo laborasse dictis suis coarguat. In *Philebo* enim ait: *Voluptas omnium rerum est insolentissima.* In voluptatibus autem venereis, ut perhibent, quæ maximæ videntur esse, etiam pejerare veniam habet apud deos, quasi illæ pueri veluti quidam sint omni mente destituti. In *Symposio* autem: *Quod omnium et maximum et gravissimum censeri debet, pervulgatum etiam est, amatoris perjuriis solis deos veniam tribuere. Venereum quippe jusjurandum nihili esse aiunt. Itaque tam dii quam homines omnem amanti licentiam dederunt.* Pudet igitur illum, ut par est, hæc a se dicta videri, eaque tribuit aliis: quanquam rem ipsam ab illo probari quis dubitet? Neutiquam enim illos increpat, qui ita sentiunt. O philosophicam disciplinam! Quantum utilitatis in ea est, quæ juvenum voluptates coerceat, temperanter ac juste vivere persuadet. Nempe si intellexerint deos amatoribus esse propitios, quamvis mulierecularum aut puerorum effrenatis amoribus serviant, omnino permittitur iis licentia pejerandi. At nullum tempus unquam erit, quo pietatem in Deum impune liceat negligere. Num igitur tanta celebritate famæ et opinione sapientiæ philosophus, Dei timorem sædæ et probrosæ voluptati postponere debuit? Jam Cimonem illum præstantissimum, quibus moribus fuerit, videat qui illo magnopere gloriatur. Illic Elpinicen sororem et germanam uxorem habuit, et Persarum morem, aut Jovem illum supremum secutus, cum sorore concubuit: qui a Cleone **188** affectatæ tyrannidis postulatus, eo crimine damnatus Athenis est, et legibus pœnas luit. Scribit porro de eodem Theopompus, rapacissimum fuisse, et turpi quæstu inferiorem esse non semel convictum; auctorem denique Atheniensium ducibus fuisse largitionis et corruptelæ. Nunquid autem turpissima res ac postremus animi morbus est, injustis lucris cedere, ac tanto pecuniæ desiderio flagrare, et in sororis nuptias incendi, et barbaricæ vecordicæ paulum concedere, ut et ipsas naturæ leges violarit? Aristides vero interversæ pecuniæ palam accusatus, pœnas tulit. Tanta autem acerbitate animi et invidia laborabat; tam impoten-

+ = Πρωταγόρας 309a
 Philo 65c
 Somp. 163b

ter aliorum gloriam ferebat, ut cum ex eo Athenienses quaererent aliquando, quo pacto republica optime geri ac secundum cursum res civitatis tenere possent, responderit, non aliter id fieri posse, quam si nna cum Themistocle ipse in barathrum praecipuus daretur. Hoc autem illum forte pungebat, quod navali praelio Themistocles vicisset, et palmam inter caeteros duces egregiae virtutis retulisset.

κλεπτίστατος γένοιτό τις, καὶ λημμάτων αἰσχροῶν ἠττώμενος οὐκ ἄπαξ ἐλήλεγχται· καὶ τὸ τῆς δωροδοκίας μάθημα παρ' αὐτοῦ καὶ πρώτου τοῖς Ἀθηναῖσι στρατηγοῖς ὁράται ἐνασκήψαι. Καίτοι πῶς οὐ πάναστρον ἂν εἴη, καὶ ἀρρώστημάτων τάχα που τὸ λοιδοῖον ἐν κακοῖσι, τὸ ἀδικῶν ἠττώσθαι κερδῶν, εἶναι τε οὕτως ἐρασιχρήματον, καὶ ἀδελφῆς ἐπιθήγεσθαι γάμοις, καὶ βαρβαρικάς ἀπονοίας ὀλίγα παραχωρεῖν, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς τῆς φύσεως ἀδικῆσαι νόμους; Ὁ γε μὴν Ἀριστείδης ἐπὶ νοστιμῶ μὲν χρημάτων διαρρήδην ἐληλεγμένος, εἰσεπράχθη δίκας. Πικρὸς δὲ ἦν οὕτω καὶ βάσκανος, καὶ ταῖς ἐτέρω εὐκλείαις ἐπιμεμηνῶς, ὥστε ἐρομένων αὐτὸν Ἀθηναίων ποτὲ, πῶς ἂν ἄριστα πολιτεύοντο, καὶ ἐξ οὐρίας τοι εἴη πόλει τὰ πράγματα, μὴ ἂν ἐτέρως ὑπάρξαι τοῦτο εἰπεῖν, εἰ μὴ βαρβαρώσειαν αὐτὸν τε ὄμου καὶ Θεμιστοκλέα. Ἐλπίει δὲ ἴσως αὐτὸν ὁ Θεμιστοκλῆς ἄριστα νευαυμαχηκῶς, καὶ τὴν ἀμείνω δόξαν στρατηγία[ς]; ἀποφερόμενος.

Mitto quamplurima de aliis, quæ verissime referre possem: ad sanctorum egregia facta orationem converto. Quem suorum comparabit cum Mose praestantissimo? quem et primum legislatorem fuisse, ac virum prorsus admirabilem, ipsi Graecorum historici prodiderunt, cujus item virtus ex Scriptura sacra cuivis Innotescet. Potestate enim a Deo accepta, Ægypti quidem fluvios in cruorem vertit: intoleranda autem vi grandinis, et obscura diuturnaque caligine vexatis Ægyptiis, per medium mare iter suis popularibus aperuit, ac Pharaonis tyrannide eos liberavit. Huius vero successor Jesus dux renuntiatus, posteaquam ducatum iniit, similibus factis inclaruit. Nam Jordanem vehementi aquarum impetu fluentem inhibuit, et Israelitas sicco fere pede trajecit, oratione facta ad universi Dominum, solis quoque ac lunæ cursum retardavit. Cujusmodi pleraque memoratu dignissima cum suppetant, praetereo tandem. Porro beati Pauli verbis tantum utar, qui **189** ad Hebræos scribens ita loquitur: « De Gedcone, Samsone, Baraach, Jephthe, Davide et Samuele ac prophetis, qui per fidem expugnarunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt promissiones, obturaverunt ora leonum, exstinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, validi facti sunt ex infirmitate, effecti sunt robusti in bello, verterunt castra alienigenarum, acceperunt mulieres ex resurrectione mortuos suos ¹¹. » Ad hæc: « Obambularunt in ovinis et caprinis pellibus, destituti, pressi, afflicti, quibus non erat dignus mundus, in solitudinibus errantes, et montibus, et speluncis, et cavernis terræ ¹². » Quid, obsecro, gloriosius? quid ad virtutis splendorem illustrius? Mundus non erat his dignus; praerogativæ locum cedit, egregiorum facinorum amplitudine victus. Mundi quippe nomine intelligendi sunt mundi homines.

κλεπτίστατος, τὸ ἰσαμίλλον εἰς φαῖδρότητα τὴν ἐξ ἀρετῶν; Οὐκ ἄξιος ἦν ὁ κόσμος αὐτῶν· παραχωρεῖ

Α μωνα δὲ τὸν πανάριστον, ὁποῖος ἦν τοὺς τρόπους, ὁράτω δὴ πάλιν ὁ ἐπ' αὐτῷ μεγάλην ἀνασπάσας ὄφρυν. Ἐλπινική μὲν γὰρ ὁμαίμω τε εὐση καὶ ὁμοσπόριω συνεπλέκετο γαμικῶς, καὶ σύννευος ἦν ἀδελφῆ, τὰ Περσῶν μιμούμενος, μάλλον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ὑπατον Δία· Κλέωνος δὲ γραφὴν αὐτῷ τυραννίδος ἐνστησαμένου, ἦλω τε Ἀθήνησιν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ κρινόμενος, καὶ δίκας ἐκτέτιχε τὰς ἀπὸ τῶν νόμων. Γράφει δὲ περὶ αὐτοῦ Θεόπομπος, ὡς καὶ

Πλεῖστα δὲ ὅσα καὶ ἀληθῆ καὶ περὶ τῶν ἐτέρων οἷός τε ὦν εἰπεῖν, παρήμι μὲν τοῦτο τέως. Τετράφομαι δὲ πρὸς γε τὸ χρῆναι λέγειν τὰ τῶν ἀγίων ἀνδραγαθήματα. Τίνα τῶν σφετέρων παρισούν ἀξιοῖ τῷ παναρίστῳ Μωσῆ; ὅς δὴ καὶ πρῶτος γενέσθαι νομοθετῶν, καὶ μὴν καὶ ἐν πλείστῳ θαύματι, καὶ δι' αὐτῶν μεμαρτύρηται τῶν παρ' Ἑλλησιν ἱστοριογράφων· τὴν γε μὴν ἐτέραν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν, καὶ [ἰ] τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς εἰδείη τις ἂν. Θεοῦ μὲν γὰρ νέμοντος ἐξουσίαν αὐτῷ, μετεῖθε μὲν εἰς αἴμα τοὺς τῶν Αἰγυπτίων ποταμούς; ἀφορήτους δὲ χαλάσαι; καὶ σκότῳ βαθεῖ καὶ μακρῷ τοὺς ἐνοικοῦντας ἤκίζετο, καὶ διὰ μέσης θαλάσσης ἰόντας τοὺς ὁμοφύλους τῆς τοῦ Φαραὼ πλοουξίας ἀπήλλαττεν. Ὁ δὲ μετ' αὐτὸν Ἰησοῦς ταξίαρχος ἀναθεδευγμένος, καθηγείσθαι

λαχῶν, διὰ τῶν ἰσων ἐξέλαμψεν ἀνδραγαθημάτων. Ἀσχετοῖς μὲν γὰρ ναμάτων φοραῖς ἄττοντα τὸν Ἰορδάνην ἀνέκοψε τῆς ὁρμῆς, διεβίβασε δὲ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τάχα που καὶ ἀδρόχῳ ποδί, λιτὴν ἀνατείναι; πρὸς τὸν τῶν ὄλων κατεξουσιάζοντα Θεόν, τὸν ἡλίου καὶ σελήνης ἔστησε δρόμον. Πλεῖστα δὲ ὅσα καὶ ἀξιάκουστα προσενεγκεῖν οἷς ἔφην δυνάμενος, παρήμι τέλος. Κεχρησμαι δὲ ταῖς τοῦ μακαρίου Παύλου φωναῖς. Ἐπιστάλλων γὰρ Ἑβραίοις ὧδέ φησι:

« Περὶ Γεδεῶν, Σαμφῶν, Βαρῆχ, Ἰεφθαί, Δαβὶδ τε καὶ Σαμουὴλ, καὶ τῶν προφητῶν, οἱ διὰ πίστεως, κατηγωνίσαντο βασιλείας, ἐργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, ἔφραξαν στόματα λεόντων, ἔθεσαν δυνάμεις πυρὸς, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐνεδυναμώθησαν ἐξ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων, ἔλαβον γυναῖκας ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν. » Καὶ προσεπὶ τούτους: « Περὶ ἡλθον ἐν μυλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὕστεροῦμενοι, θλιδόμενοι, κακουχοῦμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἀξίος ὁ κόσμος, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὄποις τῆς γῆς. » Εἶτα τί τούτων, εἰπέ μοι, τὸ εὐκλεστερον, τί τὸ ἰσαμίλλον εἰς φαῖδρότητα τὴν ἐξ ἀρετῶν; Οὐκ ἄξιος ἦν ὁ κόσμος αὐτῶν· παραχωρεῖ

¹¹ Hebr. xi, 32-35. ¹² ibid. 57, 58.

τὸ προὔχειν τῆ τῶν ἀνδραγαθημάτων ὑπερβολῇ νικώμενος. Κόσμον γε μὴν, ἐν τούτοις τοὺς ἐν γε τῷ κόσμῳ νοεῖσθαι πρέπει.

Ἐπειδὴ δὲ φησι, τοὺς βδελυρωτάτους τῶν παρ' Ἀ Ἑλλήσι στρατηγῶν ἐπιεικέστερον χρῆσασθαι τοῖς τὰ μέγιστα ἀοικήσασιν, ἢ Μωσέα τοῖς οὐδὲν ἡμαρτηκόσιν, ἀκουέτω καὶ πρὸς ἡμῶν. Δι' οὐδενός, ὦ κράτιστε, πεποίησαι λόγου, τῆς εἰς Θεὸν δυσσεβείας τὸ ἔγκλημα· σμικρὸν, ὡς ἔφην, εἰσὶ σοι δοκεῖ τὸ ἀποφοιτῆσαι μὲν τῆς ὑπ' αὐτῷ λατρείας, καὶ τῶν μὲν αὐτοῦ σιγήπτρων ἀτιμάσαι τὸν ζυγὸν, ἀνθελίσθαι δὲ μᾶλλον οἷά τι τῶν ἀμεινόνων τὸ ὑπεξεῦχθαι θέλειν τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν. Ἄλλ' εἰ μὴ ταῖς τοιαύταις αἰτίαις ἐνείληπτο καὶ αὐτὸς τοῖς ἀποστάταις ὁμοῦ, ἔδοξεν ἂν τὸ χρῆμα αὐτῷ παγγάλεπον ἀληθῶς εἶναι τί, καὶ τῆς ἀπασῶν ἐσχάτης ἄξιον δίκης. Ἐπειδὴ δὲ πάγης εἰσω γέγονε διαβολικῆς, καὶ τὴν ἀπόρρητον τοῦ Θεοῦ ἔδοξαν ἀτιμάσας ἔχει, ψήθη τάχα που συναπαλλάττειν δύνασθαι τὴ καθ' ἑαυτὸν ἐτέ- B ροις, οὐδὲν ἀδικῆσαι λέγων τοὺς εἰς τὴν θεῖαν αὐτοῦ ἔδοξαν ἀνοσίως πεπαρωνηκότας. Καίτοι τοῖς Ἑλλήνων ἔδοκει νόμοις μὴδὲ χρῆναι θεοὺς τοῖς οὖσι καὶ ἐγνωσμένοις ἐπ[ε]ι[σ]χρῆναι ἐτέροις, μήτε μὴν αἰσχρόν τι καὶ ἀπηχῆς φάναι περὶ αὐτῶν· καὶ τῶν τοῦτο δρᾶν εἰωθότων, οὐ χρημάτων ἔκτισιν, ἀλλ' αὐτὴν τὴν εἰς αἴμα καταρτήσαντες δίκην, ἐνόμιζον εὐσεθεῖν. Καὶ γοῦν λίθον εἶναι διάπυρον τὴν ἡλίου κύκλον Ἀναξίγρου λέγοντος, κατεψήφοφόρου αὐτοῦ τὸν θάνατον Ἀθήνησιν οἱ δικάζοντες. Διαγόρῃ δὲ γεγραφότι περὶ θεῶν, ἃ μὴ τοῖς ἀκρωμένοις εὔῃ ἔχειν ἔδοκει, δυσσεβείας ἐπήγον γραφῆν· μικροῦ καὶ διδωλεν, εἰ μὴ φθάσας ὄχετο πρὸς ἐτέροις, τὴν Ἑλλήνων ἀφείξ. Καὶ μὴν καὶ αὐτῷ φασὶ Διαγόρῃ C ποτὲ τῷ Μηλίῳ κατασκόψαντι τελετὰς, πανηγύρεις τε τὰς παρ' αὐτοῖς καὶ μουσικήν, τοσοῦτον ἐπιμυνίσαι τοὺς τῶν ἱερῶν νόμον προσεχικότας, ὥστε τοῖς ἀποσφάττουσιν αὐτὸν καὶ ἀργυροῦ τάλαντον ἐπεκύρωσαν ἐν τάξει γέρωσ. Καὶ περὶ τὴν τὸν Σωκράτη, χρᾶν αὐτῷ τινα τὸ δαιμόνιον λέγοντα, καὶ νῆ δρῶν ὀμνύσαι καὶ κύνα ταύτης τε ἐνεκα τῆς αἰτίας, καθὰ καὶ φθάσας ἔφην, ταῖς τῶν κατηγόρων ἀλόντα γραφαῖς. Εἶτα τῶν ψευδωνύμων θεῶν τοσοῦτος μὲν ἦν παρ' Ἑλλήσι λόγος, ὡς καὶ αὐτοῖς ἐπαφεῖναι τοῖς σοφοῖς τὰ ἐξ ἀκράτου Ουμοῦ, καὶ ἅπαντας ὥσπερ καταθῆξαι τοὺς παρὰ σοφίσι νόμους. Αἰτιᾶ δὲ τὸν Μωσέα, καὶ ἄτεγκτον εἶναι φῆς, ἐπὶ σωφρονισμῷ πληθῆος, ἢ καὶ ἀριθμοῦ κρείττων ἦν, ὀλίγους ἐφέντα παθεῖν, οἱ τῆς εἰς Θεὸν αἰδοῦς ὀλοτρόπως ἡφειδηκότες, ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγῶρ. Καίτοι πῶς οὐ μᾶλλον ἔχρην ὡς εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον ἐπαίνους αὐτὸν τοῖς εἰς λῆξιν στεφανοῦν; Ὁ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρα πολὺν· δικασῶν δὲ τοὺς Ἑβραίων στρατηγούς, ἤγουν βασιλέας, οὕτω φησί·

IOULIANOS.

D

JULIANUS.

Τίνα οὖν ὑμῖν ἀπαγγεῖλω βασιλείαν; πότῃρα τὴν Περσέως, ἢ τὴν Αἰακοῦ, ἢ Μίνω τοῦ Κρητῆς, ὃς ἐκάθηρε μὲν ληστευομένην τὴν θάλασσαν, ἐκβαλὼν καὶ ἐξελάσας τοὺς βαρβάρους ἄχρι Συρίας καὶ Σικελίας, ἐφ' ἐκάτερα πρὸς τὴς ἀρχῆς ὄρειος, οὐ μόνων τῶν νήσων, ἀλλὰ καὶ τῶν παραλίῳν ἐκράτει; καὶ διελόμενος πρὸς τὸν ἀδελφὸν Παδάμανθον, οὕτω τὴν γῆν, ἀλλὰ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἀνθρώπων, αὐτὸς

Quod autem ait, Græciæ duces impurissimos Lenignius eos tractasse, a quibus offensionis plurimum acceperant, quam Moesen eos, qui nihil deliquerant, responsum a nobis item accipiat. Impietatem in Deum leve quiddam et nullius momenti existimas, amice; cultum ejus abjicere, jugum excutere, et impuris spiritibus ultro mancipari, crimen, uti dixi, levissimum. Sed nisi criminibus iisdem una cum desertoribus teneretur, rem utique gravissimam esse, et extremo supplicio dignam, statueret. At cum diaboli laqueis irretitus sit, ac ineffabilem Dei gloriam omni probro ac dedecore affecerit, una se forte cum aliis immunem discessurum speravit, si nihil peccasse pronuntiaret eos qui in divinam gloriam impie ac nefarie debacchanti essent. Atqui legibus Græcorum cautum erat, ne quis diis veris ac notis alienos accenseret, neve turpe quiddam aut absonum de illis diceret. Qui id facere solitus esset, si non multa pecuniaria, sed capitali supplicio cum puniret, pie se facere putabant. Et certe cum Anaxagoras solis orbem ignitum esse lapidem diceret, ab Atheniensibus damnatus est capitis. Diagoras propterea, quod de diis scripsisset quæ audientibus minus probabantur, impietatis 190 est accusatus, periissetque nisi, Græcia relicta, alio fugisset. Quinetiam Diagoras ipse Melius, quod mysteria, quique in illis fiebant conventus et sacrificia risisset, sacrorum antistites adeo exasperavit, ut ejus interfectorebus argenti talentum præmii loco decreverint. Mitto Socratem, qui, quod factaret sibi dæmonium nonnulla prædicere, et per quereum et canem juraret, eam ob rem, uti antea quoque dixi, accusatus et damnatus est. Ergo tantam inaniam deorum Græci curam habuerunt, ut in sapientes vehementius exasperati, omnes veluti leges suas in illos acuerint. Moesen vero carpis, durum et immisericordem vocans, quod in paucos animadverti sivit, qui, Dei timore abjecto, se totos Beelphégor cultui mancipaverant, ut innumeram plebem in officio contineret pœna paucorum: cum tamen ob hoc pietatis et charitatis in Deum exemplum summis laudibus ornari debeat. Quod neutiquam Julianus præstitit; quin potius Hebræorum duces aut reges insectatur his verbis:

Quodnam igitur vobis reguum referam? utrum Persei, aut Æaci, aut Cretensis Minois, qui piratis infestum mare purgavit, ad Syriam et Siciliam usque barbaris expulsis ac fugatis, eoꝛque prolatis utrinque regni finibus, non solum insulis, sed et oræ maritime imperabat? Is in partem regni Rhadamantho fratre ascito, curam ei hominum, non terræ, commisit. Ita leges ipse ferebat divinitus &

Jove traditas. Rhadamanthus, eo auctore, judicia A μὲν ἔτθετο παρὰ τοῦ Διὸς λαμβάνων τοὺς νόμους, ἐκείνῳ δὲ τὸ δικαστικὸν ἤρπει μέρος ἀναπληροῦν.

CYRILLUS.

Jam antea dixi priscos Israelitarum reges, Mosis præceptis sapienter institutos, et in omni justitiæ genere mirum in modum exercitatos, nec res alienas invasisse, nec urbes finitimas aut longe dissitas armis petiisse, sed suis finibus contentos domi se continuisse, eamque sibi ultro legem indixisse. At tuus ille Minos, o bone, quamvis a Jove, ut dixisti, leges accepisset, Cretensium regno 191 solo quod tenebat contentus non fuit : tanta autem regnandi libidine incitatus est, et res alienas tanto pere deperit, ut jure belli insulas invaserit, ac liberos populos mancipiorum numero habuerit, et B re ipsa factisque impiis innatæ sibi nequitiae vim longissime superarit. Quapropter Homerus sævum illum nominat :

τοῖς ἀπωτάτω τῆς ἐνούσης αὐτῷ σκαιοτήτος τὴν διὰ φορ γοῦν ὁλοφρόνα γενέσθαι φησὶν αὐτόν (1) .

Phædrum enim, inquit, vidi Procnemque, pulchram [que Ariadnen,

Filiam Minois perniciosi.

Et Callimachus :

Et grave jugum insularum cervicibus Minos imposuit.

At si justa regnandi cupiditas in eo fuisset, non illum sævum vocasset poetarum princeps, neque prægrave et intolerabile tyrannidis jugum insulis imposuisse diceretur. Sed hactenus ista. Quæ vero fuerint C ejus rationes domesticæ, operæ pretium est advertere. Hic Pasiphaen uxorem habuit, filias Phædrum et Ariadnen. Pasiphae, uxorcula ipsius, amore præter naturam insanivit, et cum tauro congressa fertur monstrum peperisse. Filiae tragicorum scenas implent, libidine infames. Mitto quæ de Perseo fabulantur, nugis et commentis plenissima. His de Minoe allatis, vastissimum historiarum campum Julianus ingreditur, easque a Græcis repetit, dicens Dardanum, Jove et Electra Atlantis filia progenitum, Dardaniam coloniam deduxisse, mortuum vero regnasse cum Jove : et alia istiusmodi nugis futilibus referta. Interjecta deinde Servatoris nostri Jesu Christi mentione, superbix cornu in altum rursus tollit, ac de ipso ita loquitur :

καὶ βαττολογίας ἔμπλεω. Διαμνημονεύσας μεταξὺ καὶ πάλιν εἰς ὕψος τῆς ἀπονοίας τὸ κέρασ, καὶ φησὶ περὶ αὐτοῦ .

JULIANUS.

Jesus autem paucis vestrorum ac deterrimis quibusque persuasis trecentos, aut circiter, annos celebratur. Hic toto vitæ tempore nihil admodum memoratu dignum egit, nisi quis claudos ac cæcos curare, et dæmonio correptos adjurare in pagis Bethsaida et Bethania, magni alicujus facinoris numero habeat.

(1) Olyss. A, v. 520.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Ἦδη μὲν οὖν ἔφη, ὅτι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ οἱ κατὰ καιροὺς βεβασιλευκότες, τοῖς διὰ Μωσῆως θεσπίσασιν εὖ μάλα σεσοφωμένοι, καὶ πᾶν εἶδος δικαιοσύνης οὐκ ἀθαυμάτως ἐξησχηκότες, οὐκ ἀγειν καὶ φέρειν τὰ ἐτέρων ἤθελον, οὔτε μὴν ταῖς ὀμύροις ἢ μακρὰν ἐφωπλίζοντο πόλεσίν τε καὶ χώραις· σώζοντες δὲ τὴν σφετέραν, καὶ τῆς ἐνεγκούσης προεστηκότες, οἱκοι μένειν ἤθελον, καὶ εὐχῆς ἦν ἐπίταγμα τὸ χρῆμα αὐτοῖς. Ὁ δὲ σὸς, ὡ κράτιστε, Μίνως, καίτοι παρὰ τοῦ Διὸς, ὡς ἔφης, τοὺς νόμους δεχόμενος, οὐ τὰ Κρητῶν ἰθύνειν ἤθελε μόνον, ὧν ἀνήπτο τὴν ἀρχήν· B ἀνεπτόητο δὲ οὕτως εἰς πλεονεξίαν, καὶ τοῖς κατ' οὐδὲν αὐτῷ προσήκουσιν ἐπεμαίνετο, ὡς πολέμου μὲν νόμῳ τὰς νήσους ἐλείν, καὶ ἐν δορυκτῆτων μοίρῃ ποιεῖσθαι τοὺς ἐλευθέρους, ἐπαφείναι δὲ καὶ πέτρας αὐτῆς καὶ πραγμάτων ἀνοσίων ὄρμη. Ὅμη-

Φυλδρὴν γὰρ Πρόκνην τε Ἴδρον, φησὶν, καλὴν τ' [Ἀριάδνην,

Κούρην Μίνωος ὁλοφρόνος.

Καλλίμαχος δέ·

Καὶ νήσων ἐπέτειρε βαρὺν ζυγὸν αὐχένι Μίνως.

Ἄλλ' ἔπερ ἦν οὕτως ἐν δίκῃ προσὸν αὐτῷ τὸ χρῆμα κρατεῖν, οὐδ' ἂν ὁλοφρόνα κέλιχεν αὐτόν ὁ ποιητῶν ἀριτος, οὐδ' ἂν διεβέβητο ταῖς νήσοις ἐπιτιθεὶς τὸν C διαβριθῆ καὶ δύσοιστον τῆς ἑαυτοῦ πλεονεξίας ζυγόν. Ἄλλ' ὧδε μὲν ταῦτα. Πέπρακται δὲ ὅπως τὰ κατὰ γε τὴν ἐστὶαν αὐτῷ, πῶς οὐκ ἄξιον ἰδεῖν; Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ Πασίφῃ γυνή, θυγατέρες δὲ Φαίδρα τε καὶ Ἀριάδνη. Καὶ τὸ μὲν γύναιον αὐτοῦ τῷ τῶν παρὰ φύσιν ἐρᾶν καὶ ταύρῳ συγγενέσθαι, λέγεται καὶ τι τῶν τεράτων ἀποτεκεῖν. Αἶ γε μὴν θυγατέρες τὰς τῶν τραγῳδῶν πληροῦσι σαγήνας, διαβεβλημέναι πρὸς ἀσέλγειαν. Παρεῖσθω δὲ τὰ Περσέως, μύθους ἔχοντα καὶ λήρου μεστὰ, καὶ ψευδοσελας ὑπερβολήν. Καὶ μετὰ δέ γε τοὺς περὶ τοῦ Μίνω λόγους εἰς πλατὺ διηγημάτων ἀπαίρει λόγους, καὶ ἱστοριῶν Ἑλληνικῶν ποιεῖται μνήμην, τὸν Δάρδανον λέγων Διὸς μὲν ἐκφῶναι καὶ τῆς Ἀτλαντίδος Ἠλέκτρας, οἰκιστὴν δὲ τῆς Δαρδανίας γενέσθαι, καὶ μὴν θεθνεῶτα συμβασι- D λεῦσθαι τῷ Διὶ, καὶ ἕτερα ἄττα πρὸς τοῦτοις λήρου καὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, αἶραι αὐτοῦ .

ΙΟΥΜΑΝΟΣ.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀναπέλας τὸ χεῖριστον τῶν περιούμιν ὀλίγους πρὸς τοῖς τριακοσίοις ἐνιαυτοῖς ὀνομάζεται, ἐργασάμενος παρ' ὄν ἐξῆ χρόνον ἔργον οὐδὲν ἀκοῆς ἄξιον, εἰ μὴ τις οἰεται, τοὺς κυλλοὺς καὶ τυφλοὺς ἰάσασθαι, καὶ δαιμονῶντας ἐφορχίζειν ἐν Βηθσαιδᾶ καὶ ἐν Βηθανίᾳ ταῖς κώμαις, τῶν μεγίστων ἔργων εἶναι.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

A

Δαρδάνου μὲν οὖν πέρι, γενναῖον οὐδὲν ἦ καὶ μνή-
 μης ἄξιον ἴσχυσεν εἰπεῖν· καίτοι τὸ ψευδομυθεῖν ἐνὸν
 αὐτῷ, καὶ ἐν τάξει λαμπρῶν ἀνδραγαθημάτων τὸ
 χρῆμα τιθεῖς. Ὀλίγους γε μὴν σεσαγηνεῦσθαι λέγων
 παρὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, κατασμι-
 κρύνει τὴν οἰκουμένην, καὶ εὐαριθμήτους εἶναι νεό-
 μικε τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Εἶτα ὅποι ποτὲ τοὺς
 πολλοὺς εὐρήσομεν, εἰ πάντες εἰσὶν ὀλίγοι; Ὅτι δὲ
 οὐκ ἠπάτηνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἑλλήνων ἀπάτης
 ἀποσταλεύοντες μεθορμίζονται πρὸς ἀλήθειαν, οἱ τὸν
 τῶν Εὐαγγελίων προσιέμενοι λόγον, αὐτὰ βόησει τὰ
 πράγματα, καὶ ἡμῆς σιγήσωμεν. Τὰς δὲ γε θεοση-
 μέιας, τὰς διὰ Χριστοῦ δηλονότι, κακύνειν ἀποτολ-
 μῶν, θαυμάζειν οὐκ οἶδεν, ἃ δὴ θαυμάζεσθαι πρέπει.
 Πῶς γὰρ ἦν ἐτέρως Θεὸν ὄντα γινώσκεισθαι, καὶ ὅτε
 γέγονεν ἄνθρωπος μεμενηκὼς ὅπερ ἦν; Ἄρα τουτοῦ
 τὸν ὑπερμεγέθη καὶ ἀτέκμαρτον ἑλέξας οὐρανόν, καὶ
 γῆν ἐτέραν παρὰ τὴν οὖσαν ἐξ ὑδάτων ἀνασχεῖν ἐπι-
 τάξας ἡμῖν; Ἄρα καινουργήσας τι περὶ τὸν ἥλιον
 καὶ σελήνην, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων; Ἄλλ' ἦν οὐχ
 οὕτως αὐτῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὁ σκοπός· ἠλέει δὲ
 μᾶλλον τοῖς τῶν δαιμονίων φανακισμοῖς εἰς ἀθλιότητα
 τὴν ἐσχάτην κατακομισθέντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ
 ἠγνοηκότα μὲν ὁμοτρόπως, τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς
 ἔστι Θεὸς καὶ ὁ τῶν ὄλων δημιουργός, ἀπενηνεγμένον
 δὲ πρὸς ἀμαθῆ καὶ κίβδηλον νοῦν, διὰ τοι τὸ προσκυ-
 νεῖν ἑλῆσθαι τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ξύλοις τε
 καὶ λίθοις ἀνάψαι τὸ σέβας. Ἴνα τοίνυν μετα[τε]θεῖεν
 τὸν νοῦν ἐπὶ τε τὸ δεῖν εἰδέειν τὸ ἀληθές, ἐπέφανεν
 ὁ Χριστὸς ἐν εἰδει τῷ καθ' ἡμᾶς, Ἰῶν ἑαυτὸν εἶναι
 λέγων τοῦ τότε τὸ σύμπαν δι' αὐτοῦ συμπήξαντος.
 Ἐπειδὴ δὲ ἔλιον ἐστὶ πᾶσα ἀεὶ τὸ θαῦμα πρὸς πίστιν,
 ἴατο μὲν τοὺς ἐν ἀβήρωστίαις, τυφλοῖς ἐνείε τὸ φῶς·
 ἐπέταττε τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι σφᾶς αὐτοὺς ἐνεί-
 ναι τοῖς τῆς ἀβύσσου μυχοῖς, καὶ δρᾶν ἦν ἀνάγκη τὸ
 κεκελευσμένον· ὄχλουμένους δὲ παρ' αὐτῶν ἤλευθέ-
 ρου. Θαλάσσιαις καὶ πνεύμασιν ἐπιτιμῶν, ἐκέλευεν
 ἡρεμεῖν. Οὐκ ἠγνόηκε δὲ ἡ κτίσις τὴν τοῦ τὰ τοιάδε
 προστάσσοντος ἐξουσίαν. Ἐκάλει νεκροὺς ἐκ μνημά-
 των, ὀδωδότας τε ἦδη καὶ ἐφθαρμένους. Παλιναίρε-
 τον ποιεῖσθαι τὴν ζωὴν θεοπροπεσιτάτοις νεύμασι
 κατεσκεύαζε. Τί τοῦτων, εἰπέ μοι, λαμπρότερον; τί
 δὲ οὕτω μεγαλοφυές; Εἰ μὲν οὖν ἰατρικῆς ἐμπειρίας
 ἐπίδειξις ἦν ἡ τερατουργία, μηδὲ ποιείσθω σεπτῆν,
 ἀνεπιπλήκτον χέτω τὸ μὴ θαυμάζειν αὐτήν. Ἐπειδὴ
 δὲ δυνάμειος τῆς ὅτι μάλιστα θεοπροπεσιτάτης σαφῆ
 τὴν (1) πῶς οὐκ ἀληθές ὅπερ ἔφη; Ἀμελέτητον γὰρ
 αὐτῷ καὶ, ὡς ἔοικεν, ἀπεσπουδασμένον τὸ χρῆναι θαυ-
 μάζειν, ἃ χρῆν δῆπου τοῦ παντός ἀξιούσθαι λόγου.
 Καίτοι τὸν ὄν, ὡ τῶν, ὑπατον Δία καὶ σὺν αὐτῷ δὲ
 τὰς εὐρήσομεν τῶν τοῦ θανάτου βρῆχων τοὺς ἀλόγους
 ποιητῶν ἄριστος·

'Ἄλλ' ἦτοι θάνατον μὲν ὁμοίον, οὐδὲ θεοὶ περ

Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ εὐνάται ἀλακίμεν, ἐπὶ τότε κεν
 [δὴ]
 ἔκ' ἄλλοι καθέλιπον τὰν τετάρτην θανάτω (2).

(1) Locus mutilus.

CYRILLUS.

A

Atqui de Dardano nihil admodum magnum aut
 memoratu dignum proferre potuit, quamvis egre-
 gius mendaciorum artifex, **192** eorumque magni-
 ficus ostentator. Quod ait, paucos a Christo Serva-
 tore nostro captos, orbem terrarum diminuit, et
 eorum, qui usquam terrarum sunt, exiguum nume-
 rum putat. At ubinam multos inveniemus, si omnes
 pauci sunt? Eos autem, qui Evangelium suscepe-
 runt, utique minime deceptos fuisse, sed ex genti-
 lium fraude ad veritatem translato, res ipsa cla-
 mabit, etiamsi nos tacuerimus. Quod miracula, quæ
 per Christum patrata sunt, probris audet insectari,
 mirari nescit quod mirari par est. Quo enim aliter
 modo Deum esse agnoscere potuit, et postquam homo
 factus est, id quod erat permansisse? An immenso
 et infinito hoc cælo revoluto, ac terra a nostra di-
 versa ex undis jussa existere? an aliquid novum
 in sole et luna reliquisque sideribus molitus? Atqui
 cum humanitatem assumpsit, scopum illum sibi pro-
 positum non habuit, sed potius misertus est homi-
 nis, quem fraudes impuri spiritus in extremum mis-
 erisæ genus, et vere naturaque Dei creatoris omnium
 ignorantem adduxerant, eoque recordiæ ac per-
 versitatis deduxerant, ut creaturam adoraret, relicto
 creatore, lignisque et lapidibus divinum cultum ex-
 hiberet. Ut mortales igitur ad necessariam veritatis
 cognitionem animum transferrent, Christus in spe-
 cie nostra apparuit, seque Filium esse perhibuit
 ejus, qui hoc universum per ipsum compegit. Cum-
 que miracula ad fidem incredulos pertrahant, ægris
 sanitatem, cæcis visum restituit: spiritibus impu-
 ris, ut in inferos recessus se quamprimum recipe-
 rent, imperavit, nec detrectare imperium licuit:
 dæmoniacos liberavit: mare et ventos increpans
 jussu sedavit. Nec ignoravit creatura potestatem
 imperantis. Mortuos e sepulcris eduxit, ac fetidos
 jam corruptosque nutu divino ad vitam revocavit.
 Quo quid illustrius, quæso, aut quid ita magnificentum?
 Si ergo miracula patrare medicæ peritiæ opus erat:
 nihil divinum existimet, ac impune despiciere ipsi
 liceat. Cum vero virtutis opus **193** esse neficini
 non sit manifestum: quis veritatem eorum, quæ
 dixi, inficiatur? Nempe, sic ille comparatus est, ut
 quæ summæ admirationi esse debent, ea despiciatui
 habeat ac nihili putet. Quanquam, o bone, tuum
 illum supremum Jovem, aliosque cum ipso, quos tu
 deos esse contendis, infirmiores inveniemus, quam
 ut mortis laqueis implicitos eripere queant. Qua in
 re nos confirmat poetarum princeps his verbis:

τοὺς ἄλλους, οὓς δὴ καὶ θεοὺς εἶναι φης, ἀδυνατοῦν-
 ἀρπάσαι. Καὶ πρὸς γε τοῦτο ἡμᾶς ἐμπροσθὶ λέγων ὁ

Verum enimvero mortem omnibus communem neque
 [dii ipsi]
 Etiam ab amato viro possunt arcere, quandocumque
 [tandem]
 Fatum perniciosum corripuerit aspera mortis.

(2) Homer. *Odys.* I', v. 256 seqq.

Cæterum Julianus multis de Dardano nugis arbitrato suo relatis transit statim ad Æneæ fugam; et Trojanorum adventu in Italiam descripto, mentionem facit Remi et Romuli, et quo pacto Roma condita fuerit: multisque verbis in ea re consumptis, tributum ipsis a diis immortalibus ait Numam sapientissimum, deque illo hæc loquitur:

JULIANUS.

Sed posteaquam conditam illam multa undique bella circumsteterunt, et omnia illa confecit ac devicit, et ipsis aucta malis, majori securitate opus habebat, rursus Jupiter sapientissimum Numam ei præcicit. Hic Numa fuit singularis vir probitatis, qui et desertis in locis morari, et cum diis familiariter versari solebat; tantum erat in eo sanctitatis. *Et postea*: Illic plurimas sacrorum leges constituit.

CYRILLUS.

Quando igitur Numam probitatis singularis fuisse ait, ac sanctitatis eximiae, qui et plurimas de rebus sacris leges tulerit, tempestive exquiramus quæ ratio cultus ac religionis illa fuerit. Scripsit ergo de illo Dionysius Halicarnasseus, qui Romanorum historiam accurate composuit, delubra ac templa extruxisse, nullo in iis signo erecto. Nam cum Pythagoræ philosophiam præcipue commendaret, in ejusque placitis prorsus esset, Deum formæ omnis et figuræ expertem putavit: spiritualibus autem victimis illum placari, non materialibus, affirmabat.

194 Quare Fidei templa extruxit, qua sola, quantum homini fas est, numen contemplatur, et cives, cum per fidem jurarent, ejus religione teneri voluit. Contra vero Julianus, Numæ admirator et præco magnificus, fidem in Deum per summam impietatem insectatus, omni-forme simulacrorum examen, lignaque et lapides, deos facere non veretur, etsi que Lœum agmina immolare non cessat, ut vel ipsis quoque Numæ legibus repugnet. Attegit deinde frigidam quædam et aniles fabulas nugarum plenissimas, his verbis:

JULIANUS.

Atque hæc quidem ex afflatu instinctuque divino, et ex Sibylla aliisque, quos lingua patria vates dicimus, Jupiter dedisse urbi videtur. Ancile autem de cœle delapsum, et in colle caput effossum, unde magni Jovis sedes, ut opinor, nomen accepit, utrum inter prima munera numerabimus, an secunda? At vos, infelicissimi homines, cum adorare et colere nolitis ancile, quod penes nos servatur, æternæ urbis certissimum pignus cœlitus delapsum, et a magno Jove aut Marte patre demissum; crucis lignum adoratis, ejusque signa in fronte formati, et vestibulis ædium insculptis. An prudentissimos vestrum juste quis olerit, an dementissimos miserabitur,

A Ἀποπεράνας δὲ κατὰ τὸ αὐτῶν δοκοῦν τὸ κενὸν ἐπὶ Δαρδάνῳ ῥαψώδημα, μέτεισιν εὐθὺς ἐπὶ τὴν Αἰνείου φυγὴν, καὶ τὴν ἐκ Τροίας ἀπαρσίν ἐπὶ τὰ τῶν Ἰταλῶν ἔθνη διηγέεται: σαφῶς, Ῥώμου τε καὶ προσέτι Ῥωμύλου ποιεῖται μνήμην, καὶ τίνα τρόπον ἢ Ῥώμῃ συνψίχεται· καὶ μακροῦς εἰς τοῦτο κατατείνας λόγους, δεδύσθαι φησὶν αὐτοῖς παρὰ τοῦ Διὸς τὸν σοφώτατον Νουμᾶν, καὶ δὴ καὶ φησὶ περὶ αὐτοῦ·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἄλλ' ἐπειδὴ κτισθεῖσαν αὐτὴν πολλοὶ μὲν περιέστησαν πόλεμοι, πάντων δὲ ἐκράτει καὶ κατηγωνίζετο, καὶ παρ' αὐτὰ μᾶλλον αὐξανομένη τὰ δεινὰ, τῆς ἀσφαλείας ἔδειτο μείζονος, αὐθις ὁ Ζεὺς τὸν φιλοσφώτατον αὐτῇ Νουμᾶν ἐφίστησιν. Οὗτος ἦν ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς ὁ Νουμᾶς, ἄλσεσιν ἐρήμοις ἐνδιατρίδων, καὶ συνὼν ἀεὶ τοῖς θεοῖς κατὰ τὰς ἀκραιφνεῖς αὐτοῦ νοήσεις. Καὶ μεθ' ἕτερα· Οὗτος τοὺς πλείστους τῶν ἱερατικῶν κατέστησε νόμους.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Οὐκοῦν ἐπειδήπερ, καθὰ φησὶν αὐτὸς, καλὸς τε καὶ ἀγαθὸς ὁ Νουμᾶς ἦν, ἀκραιφνεῖς ἔχων νοήσεις, καὶ τοὺς πλείστους δὲ τῶν ἱερατικῶν κατεστήσατο νόμους, πολυπραγμονώμεν ἐπὶ καιροῦ, ὁποῖός τις ἦν ἐκεῖνος τῆς λατρείας ὁ τρόπος. Γέγραφε τοίνυν περὶ αὐτοῦ Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασεύς, τὰς Ῥωμαίων ιστορίας εὖ μάλα συνθεθεικῶς, ὅτι τεμένη μὲν καὶ ναοὺς ἰδρύσατο, βρέτας δὲ ἦν ἐν αὐτοῖς οὐδέν. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν τοῦ Πυθαγόρου φιλοσοφίαν ἐπαίνειν ἤξεῖτο, καὶ ὅλως ἦν τῶν ἐκεῖνου δογμάτων, ἀνείδειον μὲν τὸ θεῖον καὶ μορφῆς εἰς ἅπαν ἡμοιρηκῶς ὑπελάμβανε· θυσίαις δὲ χαίρειν αὐτὸ ταῖς νοηταῖς, οὐχὶ ταῖς ἐνύλοις, ἰσχυρίζετο. Οὐκοῦν τοὺς ναοὺς ἀναστήσας, Πίστew; ἐνόμαζεν αὐτοὺς, δι' ἧς καὶ μόνης, κατὰ γὰρ τὸ ἐφικτὸν ἀνθρώποις, ὁρᾶται τὸ θεῖον· ὄρκιον δὲ ποιεῖσθαι τὴν πίστιν τοῖς ὑπὸ σκήπτρα προστέταχεν. Ὅ τὲ δὴ θαυμάσας αὐτὸν καὶ τοῖς εἰς λῆξιν ἐπαίνους στεφανῶν, τὴν εἰς θεὸν πίστιν ἀνοσίως περιουθρίσας, πάμμορφον εἰδώλων ἐσομένην, ζύλα τε καὶ λίθους θεηγορῶν οὐκ ἀσχύονεται, καὶ κατασφάττων αὐτοῖς ἀγεληδὸν οὐ κατέληξε βοῦς, ἵνα καὶ αὐτοῖς τοῖς τοῦ Νουμᾶ μάχηται νόμοις. Προσείρων δὲ ἕτερα ἅτα ψυχρὰ καὶ γραοπερητῆ καὶ λήρου μετὰ μυθῶρια, πάλιν φησὶ·

D

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ταῦτα μὲν εὖν ἐκ κατοχῆς καὶ ἐπιπνοίας θείας, ἐκ τε τῶν τῆς Σιβύλλης καὶ τῶν ἄλλων, οἳ δὴ γεγάνασι κατὰ τὴν πάτριον φωνὴν χρησμολόγοι, φαίνεται δούς ὁ Ζεὺς τῇ πόλει. Τὴν δὲ ἐξ ἀέρος πεσοῦσαν ἀσπίδα, καὶ τὴν ἐν τῷ λόφῳ κεφαλῇ φανεῖσαν, ζῆεν, οἶμαι, καὶ τοῦνομα προσέλαβεν ἢ τοῦ μεγάλου Διὸς ἔδρα, πότερον ἐν τοῖς πρώτοις ἢ τοῖς δευτέροις ἀριθμήσομεν τῶν δώρων; Εἶτα, ὧ δυστυχεῖς ἄνθρωποι, σωζομένου τοῦ παρ' ἡμῖν ὄπλου Διοπετοῦς, ὃ κατέπεμψεν ὁ μέγας Ζεὺς, ἦτοι πατὴρ Ἄρης, ἐνέχυρον διδοῦς, οὐ λόγον, ἔργον δὲ, ὅτι τῆς πόλεως ἡμῶν εἰς τὸ διηνεκῆς προσάσπισι, προσκυνεῖν ἀφέντες καὶ σέβεσθαι, τὸ τοῦ σταυροῦ προσκυνεῖτε ζύλον, εἰκόνας

αὐτοῦ σκιαγραφοῦντες ἐν τῷ μετώπῳ καὶ πρὸ τῶν
οἰκημάτων ἐγγράφοντες ; Ἄρα ἀξίως ἂν τις συνετω-
τέρους ὑμῶν μισήσειεν, ἢ τοὺς ἀφρονεστέρους ἐλεή-
σειεν, οἱ κατακολουθοῦντες ὑμῖν, εἰς τοῦτο ἦλθον
Ἰουδαίων μεταβῆναι νεκρόν ;

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Ὅτι μὲν οὖν οὕτω ταῦτ' ἔχειν ὑπειληφώς, καὶ
τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπεροχῆς τε καὶ δόξης τὸ
ἄκρατὸς καὶ βέβηλον κατευρύνων στόμα, τῷ πονηρῷ
καὶ θεομάχῳ πνεύματι κάτοχος ἦν, ἀποφῆσαιμ' ἂν
οὐδὲ μῶς. « Λέγει γὰρ οὐδεὶς ἀνάθεμα Ἰησοῦν, εἰ μὴ
ἐν Βεελζεβούλ, » καθὰ φησὶν ὁ πάνσοφος Παῦλος.
Ἄσπιδά δὲ τὴν Διοπτῆν, καὶ μέντοι καὶ κράνος, ἦγον
κεφαλῆν, οὐκ οἶδ' ὅπως εὐρήσθαι λέγων, ὄφλοι ἂν, οἶ-
μαι, γέλωτα καὶ μάλα εἰκότως · τερθρεία γὰρ τοῦτο,
καὶ μειρακιώδη τερτίσματα, καὶ ἕτερον οὐδέν. Πλὴν
οὐ σφόδρα πολὺς ἡμῖν τῶν τοιούτων ὁ λόγος. Ἐπειδὴ
δὲ δυστυχεῖς εἶναι φησι τοὺς ἐν φροντίδι θεμέτους,
καὶ ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα κατεσπουδασμένοις, τὸ χρῆ-
ναι δὴ πάντως ἐγγαράττειν ἀεὶ καὶ οἰκταῖς καὶ μετ-
ώποις ; τὸ σημεῖον τοῦ τιμίου σταυροῦ, ὅτι τῆς ἐσχά-
της ἀμαθίας ἐξόζοντας λόγους ἐκ μοχθηρῶν ἀνίησιν
λογισμῶν, ἀκονίτι καταδείξομεν. Ὁ μὲν γὰρ τῶν
ὅλων Σωτῆρ καὶ Κύριος, καίτοι μετὸν αὐτῷ τὸ ἐν
μορφῇ καὶ ἰσότητι τῇ κατὰ πᾶν ἔτιον ὄρεσθαι πρὸς
τὸν Πατέρα, καὶ τοῖς τῆς θεότητος ἐναθρύνεσθαι θά-
κοις, « οὐχ ἄρπαγμὸν ἠγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ,
ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφῆν δούλου λαβών. » Ὑπ-
έμεινε δὲ καὶ σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, ἵνα
τὸ τῆς φθορᾶς καταργήσῃ κράτος · εἰς ὑπὲρ πάντων
ἀποθανόντων καὶ ἐγγεγεμμένος, ἵνα τῶν τοῦ θανάτου
βρῶτων τὸ ἀνθρώπινον ἐξέλῃται γένος · ἵνα τῆς κατα-
κρατούσης ἡμῶν ἀμαρτίας καθέλῃ τὴν τυραννίδα ·
ἵνα τὴν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἀγριαίνοντα τιθασ-
σεύσῃ νόμον, καὶ πνευματικὸς ἀποφῆναι προσκυνη-
τῆς, καὶ κατανεκρώσας ἐν ἡμῖν τὸ φρόνημα τῆς
σαρκὸς, υἱοὺς ἀποφῆναι Θεοῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύ-
σαντας, καὶ ἀγίασῃ διὰ τοῦ Πνεύματος · ἵνα τῆς κατὰ
πάντων πλεονεξίας ἀποσοδῆσῃ τὸν Σατανᾶν, τὸν ἀρ-
χέκκλον τε καὶ ἀλιτήριον θῆρα, καὶ τὰς ὑπ' αὐτὸν
δυνάμεις πονηρὰς, οὓς δὴ καὶ ἔθνάρχας καὶ πολιοῦ-
χους ὀνομάζει θεοὺς, ὁ ταῖς καθ' ἡμῶν συκοφανταῖς
ἐντροφῶν. Τούτων ἀπάντων ἡμᾶς εἰς ἀνάμνησιν τὸ
σωτήριον ἀποφέρει ξύλον, ἀναπέθει τε πρὸς τοῦτοίς
ἐννοεῖν ὅτι, καθὰ φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, εἰς ὑπὲρ
πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μὴ κέτι ἑαυτοῖς ζώσιν,
ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἀναστάντι. Ὅτι
δὲ τῷ Θεῷ ζῆν, τοῦτ' ἔστι τὸ σεπτῶς τε καὶ εὐαγῶς
πολιτεύεσθαι, τρισμακαρίους ἀποφαίνει τοὺς τοῦτο δρᾶν
ἠρημένους, παντὶ τῷ σαφῆς. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὡς ἔφην,
παντὸς ἀγαθοῦ καὶ ἀπάσης ἀρετῆς εἰς ἀνάμνησιν, τὸ
τοῦ τιμίου σταυροῦ ποιούμεθα ξύλον. Ἐπειδὴ δὲ τὸ
χρῆμα αὐτῷ διαβολῆς καὶ ψόγων ὡ δοκεῖ ἀπηλλάχθαι,
φραζέτω δὴ πάλιν · ἐρήσομαι γὰρ Βούλει τοῖς τῶν δω-
μείων ἐρκίοις ἐπαρτήσαντες πίνακας, ἀριστοχίριρα

A qui vos sequentes in tantum exitium ruerint, ut
æternis diis relictis ad Judæorum mortuum se con-
tulerint?

ὀλέθρου, ὥστε τοὺς αἰωνίους ἀφέντες θεοὺς, ἐπὶ τὸν

CYRILLUS.

Ab improbo et Dei certe hoste spiritu afflatum
fuisse, cum hæc in animum induxit, ac petulantis-
simum et nefarium os in Christi gloriam ac majesta-
tem laxavit, utique non negabo. « Nemo enim dicit
anathema Jesum, nisi in Beelzebul, » ut sapientis-
simus Paulus inquit ¹⁴. Quod autem ait, clypeum
ab Jove pemptum, et cranium sive caput nescio
quo pacto repertum, ridiculum est, puerilesque
nugæ sunt ac nænie, ac præterea nihil. Verum
195 talia non admodum moramur. Quod autem
miseros esse dicit eos, quibus nihil prius aut
antiquius est, quam ut frontes ac domos omnia
signo pretiosæ crucis informet, ejus oratio-
nem, nefaria mente conceptam, extremam igno-
rationem sapere nullo negotio demonstrabimus.
Siquidem Servator omnium ac Dominus, tametsi
poterat in forma Patris eique prorsus æqualis
conspici, et in divinitatis solio majestatem suam
exhibere, « non rapinam arbitratus esse esse se
æqualem Deo, sed seipsum exinanivit, formam servi
accipiens ¹⁵. » Quin et crucem perpassus est igno-
minia contempta ¹⁶, ut corruptionis vim retunde-
ret; unus mortuus pro omnibus et excitatus, ut
mortis laqueis genus hominum exsolveret, ut ty-
rannidem peccati, quod nos opprimebat, everteret,
ut sævientem in membris carnis legem sedaret,
et spirituales faceret adoratores, et sensu carnis
in nobis mortificato filios Dei faceret credentes in
ipsum, ac per Spiritum sanctificaret; ut Satanam
illum malorum auctorem ac perfisferam belluam, de
regno, quod in omnes arripuerat, et, quotquot ei
subsunt, nefarias potestates expelleret, quas noster
calumniator deos urbium principes ac gentium tu-
telares nominat. Horum nobis omnium salutare
lignum memoriam excitat, ac in eam præterea cog-
itationem nos adducit: unum, ut sapientissimus
D Paulus ait, pro omnibus mortuum esse, ut viventes
non ultra sibi ipsis vivant, sed ei qui pro ipsis
mortuus est, et resurrexit ¹⁷. At nesciui non ma-
nifestum est, Deo vivere, hoc est, sanctum et inte-
gram vitæ genus, summam eis felicitatem concili-
are, qui se illi tradiderint. Quocirca nos, uti
dixi, honorandæ crucis lignum boni omnis ac vir-
tutis admonitionem facimus. Sed quoniam res illi
videtur ignominia et probro non carere, percon-
tanti mihi rursus respondeat: Vin' tu suspensis in
ædium parietibus tabulis optimum arcessamus pi-
ctorem, atque ita illum compellemus: Propositum
nobis est, o pictor, formosis adolescentibus osten-

¹⁴ 1 Cor. xii, 5. ¹⁵ Philipp. ii, 6, 7. ¹⁶ Hebr. xii, 2. ¹⁷ II Cor. v, 15.

dere sibi ab intemperantia parari exitium; **196** A mulieribus vero et matribus familias vitam inhonestam sibi non impunem fore. Sed his forte non sufficit oratio magistrorum ad rectum et inculpatum vitæ genus adhortantium. Proponatur eis ob oculos aliqua pictura, quæ magistrorum sermonibus vim addat. Pingatur itaque in tabulis ante reliquos Jupiter ille deorum supremus. Juxta hunc vero statuatur, ei lubet, Phrygius puer, Ganymedes, inquam, venerandum Jovis et mirabile delictum, et intemperantis libidinis argumentum. Pingatur etiam Alcmena, cum qua noctes novem exegit, etiam in extrema turpitudine satietatem non expertus. Adsit et Semele, et mulierularum plurimum vulgus. Ad hæc videatur Neptunus, una cum virginibus quas impie constupravit, Amymone, Alope, Hippothoe, et aliis. His etiam appingatur Lydus adolescens, Pelops nimirum. Illustri loco posita sit Venus risus amans, multo cum grege amatorum. Pene me præterit, o pictor, odoratissima illa arbor, Daphne, inquam, et quæcunque de illa circumferuntur. Pinge nihili Apollinem puellæ singulari modestia victum, et fugiat adolescentula, stupri odio; persequatur autem Phæbus, et cum amata poliri non liceat, ramis coronetur, ne crimine lateat. Tunc igitur nos velis, Juliane, repudiato ligno, quod nos ad omnis virtutis recordationem adducit, pueris et mulierculis tua proponere? An forte dii deæque lascivientes, mulierculas et adolescentes ad frugem deducunt? Annon hæc risus demum et summi cujusdam stuporis clarum argumentum? Sed omnino perimus, inquit, propterea quod relictis æternis diis Judæorum mortuum suscepimus. At qui tu, quæso, factos et in tempore productos, æternos dicis? Nunquid enim tuus Plato invisibiles ac spiritalis deos creatos esse docuit? Quomodo igitur æternum, quod in tempore procreatum est in ortum ductum est, ac secundum naturæ rationes corruptioni est obnoxium; si modo verum est, id omne quod oritur omnino necessario interire? **197** Mortuum Christum nominat. Nec mirum; errat enim, nec sanctum incarnationis percipit mysterium. Non enim mortuum dixisset eum, qui, ut mortem solveret, mortem gustavit secundum carnem ¹⁸. Quomodo enim a morte vinceretur, qui multos alios ad vitam revocavit? Admirabili quippe consilio carnem sibi per unionem dispensativam unitam commercium habere cum morte passus est. Rursus autem excitatus est ad vitam, mortemque calcavit ¹⁹, ut in illo et primo prona quæque esset ac facilis hominum generi mortis et corruptionis victoria. Idcirco enim nuncupatus est primogenitus ex mortuis ²⁰, et primitivæ dormien-

A καλῶμεν ζωγράφον, εἶτα λέγωμεν αὐτῷ. Τὰ τῶν μεираκίων ἐν ὄρφ σώματος σκοπὸς ἡμῖν, ὡ ζωγράφε, βούλεσθαι μαθεῖν, ὡς ὀλέθρου πρόξενον αὐτοῖς τὸ ἀκολασταίνειν ἐστὶ γύναϊα δὲ τὰ κατὰ τὴν ἐστίαν, ὅτι τὸ ἀκοσμεῖν αὐταῖς οὐκ ἀζήμιον, ἀναπεισῶσι προηρήμεθα. Ἄλλ' ἴσως αὐταῖς οὐκ ἀπόχηρ λόγος τῶν παιδαγωγεῖν εἰωθότων ἐπὶ γε τὸ δεῖν ὀρθῶς καὶ ἀδιαβλήτως ἐλέσθαι βιοῦν. Κεῖσθω τις αὐτοῖς καὶ ἐν ὄφει γραφῇ, τοῖς τῶν ἀρμοστῶν συνασπίζουσα λόγοις. Γεγράφθω δὴ οὖν τοῖς πίναξι, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, ὁ τῶν θεῶν ὑπατος Ζεὺς, παριδρῶσθω δὲ, εἰ δοκεῖ, καὶ τὸ ἐκ Φρυγίας αὐτῷ μεираκίον, τὸν Γανυμήδη λέγω, τὸ σεμνὸν αὐτῷ καὶ ἀξιάγαστον ἄθυρμα, καὶ τῆς ἀκρατοῦς ἀσελγείας ὁ ἐλεγχος. Γεγράφθω δὲ καὶ Ἄλκιμήνη, μεθ' ἧς τὰς ἐννεὰ διατετέλεκε νύκτας, ὁ καὶ ἐν τοῖς ἄγαν αἰσχροῖς κόρου πείραν οὐκ ἔχων. Ἔστω καὶ Σεμέλη, καὶ ὁ πολὺς τῶν γυναικῶν ἔχλος. Ὅρασθω πρὸς τοῦτω καὶ Ποσειδῶν, συμπαραεστῶσας ἔχων ἄς ἀνοσίως διέφθορακε, τὴν Ἀμμυώνην, τὴν Ἀλόπην, τὴν Ἰπποθόην, καὶ τὰς ἑτέρας. Καὶ μὴν τὸ Λυδὸν αὐτῷ συγγεγράφθω μεираκίον, φημὶ δὴ τὸν Πέλοπα. Ἐμπρεπέτω τοῖς πίναξιν ἡ φιλομειδῆς Ἀφροδίτη, πολλοῖς ὀμιλοῦσα τῶν ἑραστῶν. Μικροῦ με παρήλας, ζωγράφε, τὸ εὐσομότατον ἐκεῖνο φυτὸν, τὴν Δάφνην λέγω, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῇ ὀρυλλοῦμενα. Γράφε μοι τὸν Ἀπόλλωνα, παιδὸς ἐπεικουῦς εἰς εὐκοσμίαν ἠτῶμενον· καὶ φευγέτω μὲν ἡ νεάνις, μισοῦσα τὸν μολυσμὸν· διωκέτω δὲ ὁ Φοῖβος, κἄν εἰ μὴ τύχοι τῆς ἐρωμένης, στεφανούσθω τοῖς κλάδοις, ἵνα μὴ λάθῃ τὸ ἐγκλημα. Βούλει δὴ οὖν, γυναιεῖ, τὸ εἰς ἀνάμνησιν ἡμᾶς ἀρετῆς ἀπάσης ἀποκομιζόν ζῦλον παρέντες καὶ διωσάμενοι, παισὶ καὶ γυναικοῖς παραθῶμεν τὰ σά; Ἡ τάχα που μαχλῶντες θεοὶ καὶ θεαὶ, καὶ μὴν καὶ γυναικῶν καὶ μεираκίων καταφορᾶ (1), γένοιτ' ἂν τοῖς ὀρθῶσιν αὐτὰ πρὸς ὕλησιν οὐκ ἀσυντελή; Ἄρ' οὖν οὐ γέλως ἔδη ταυτί, καὶ τῆς εἰς λῆξιν ἀποπληξίας ἀπὸδειξίς ἐναργής; Ὅλέθρου γε μὴν εἰς ἅπαν ἡμᾶς ἀπικέσθαι φησὶ, διὰ τοι τὸ θεῶν μὲν ἀπαναστῆναι τῶν αἰωνίων, τὸν δὲ τῶν Ἰουδαίων ἀνελεσθαι νεκρὸν. Εἶτα πῶς, εἰπέ μοι, τοὺς γενητοῦς καὶ ἐν χρόνῳ πρὸς ὑπαρξιν παρενηγεμένους, αἰωνίους εἶναι φῆς; Οὐ γὰρ ὁ σὸς ἔφη Πλάτων τοὺς ἀφανεστέρους καὶ νοητοῦς δεδημιουργῆσθαι θεοῦς; Πῶς οὖν αἰωνίων τὸ ἐν χρόνῳ παρενεχθῆν καὶ κεκινημένον εἰς γένεσιν, ὑποπίπτον δὲ καὶ φθορᾶ κατὰ γε τοὺς ἐνόοντας τῇ φύσει λόγους, εἴπερ ἐστὶν οὐ κατεψευσμένον, ὡς ἅπαν τὸ ἐν γενέσει, πάντῃ ὑποκείμενον ἂν καὶ τῷ καταφθίρεισθαι δεῖν; Νεκρὸν δὲ Χριστὸν ὀνομάζει· καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν· πεπλάνηται γὰρ, καὶ τὸ σεπτὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως οὐχ ὀρᾶ μυστήριον. Οὐ γὰρ ἂν ἔφη νεκρὸν, τὸν ἐπὶ λύσει θανάτου, θανάτου γευσάμενον κατὰ σάρκα. Πῶς γὰρ ἂν ἠτῶτο φθορᾶς, ὁ πολλοῖς ἑτέροις τὴ ἀναβιώναι δούς; Ἐφῆκε μὲν γὰρ οἰκονομικῶς ὀμι-

¹⁸ Hebr. II, 9. ¹⁹ ibid. 14. ²⁰ Coloss. I, 18.

(1) Lege καταφορᾶ et verte: An forte dii deæque lascivientes necnon mulierularum et puerorum

supra cernentibus ea erunt adjumento non inutili? GODEFRIUS Monum. Eccl. Gr., II, 589.

λῆσαι θανάτῳ τὴν γενομένην αὐτοῦ σάρκα κατ' οἰκείωσιν οἰκονομικὴν· ἀνεβίω δὲ αὐτῷ, καὶ πεπάτηκε τὴν φθορὰν, ἐν' ἐν αὐτῷ καὶ πρώτῳ βᾶσιμόν τε καὶ εὐήλατον τῇ τοῦ ἀνθρώπου γένοίτο φύσει, καὶ τὸ δύνασθαι κατευμεγεθεῖν θανάτῳ καὶ φθορᾷς. Ἄνόμαστα γὰρ διὰ τοῦτο πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. Ὡς γὰρ ὁ θεοπέσιος Παῦλός φησιν· « Ὡσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Ἦκει γὰρ μὴν εἰς τοῦτο ἀγνοίας καὶ τῆς ἐσχάτης ἀβρώστιας ὁ νοῦς αὐτῷ, ὥστε καὶ ἐφ' οἷς ἦν αὐτῷ τὰς μεγίστας τῶν διαβολῶν ἔσεσθαι προσδοκᾶν, αὐτοῖς δὲ τούτοις ἐπισεμνύεσθαι. Παρήμι γὰρ, φησὶ, τὰ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν μυστήρια, καὶ ζηλῶ τὸν Μάριον. Καλὸν γὰρ οὐ γὰρ Δαρδάνου τὸ ἄθυρμα. Τεθεσμοθέτηκεν αὐτὸς τὰς τῶν Κορυθάντων μανίας, καὶ τὰς ἐν ἄντροις τῆς Ἰδῆς σκοτεινὸς τελετὰς, καὶ ἀσελγῆ μυστήρια. Καίτοι πῶς οὐ πάντῃ τε καὶ πάντως κατατημῆγειεν ἀν τοὺς ἀκρωμένους, ἐξήτλην γέμοντα καὶ ἀνοσιῶν διηγημάτων; Ἐπαρῖθμει δὲ αὐτὸ τοῖς ἐκ θεῶν ἀγαθοῖς, καὶ τὸ δεδόσθαι Ῥωμαίοις τὸν Μάριον, βασιλεύσαντα μὲν κατὰ καιροῦς, δεσιδαίμονέστατον δὲ καὶ ἀπηνῆ γεγονότα, καὶ μὴν καὶ ἀγρίου φρονήματος καθιγμένον εἰς τοῦτο, ὥστε τὸ εὖ τεθραμμένον αὐτῷ κόριον, καὶ τὸ ὅτι μάλιστα τῶν φιλάτων, ἐπιχαρὶ τε καὶ γλυκῷ, οὕτω τιμᾶσθαι θέλοντας τοὺς ἀγαθοῦς ἠπίστατο θεοῦς, ἐπιγάνυσθαι δὲ τοῖς ἰδίῳις θεραπευταῖς, τὰ παντὸς ἐπέκεινα κακοῦ φρονεῖν ἠρημένους, ὡς οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὸ ἄμεινον τοῦ καὶ αὐτοῦς τοὺς τεκόντας τῶν ἰδίων φιλάτων γίνεσθαι φονευτὰς. Οὐκοῦν εἰ τὸν Μάριον ἐπαινεῖ καὶ τεθαύμακεν, ἐν αἰτίᾳ ποιήσῃ τοὺς μὴ τὰ ἴσα δρᾶν ἐλομένους αὐτῷ· ἀναπειθῆτω τοὺς τῶν ἐθναρχῶν καὶ πολιούχων προσκνητὰς, τέκνων ἐφίεσθαι γονῆς, οὐχ ἵνα παπάζοιεν κατὰ τὴν ἐστὶαν αὐτῶν οἱ γεγεννημένοι, καὶ εἰς παιδᾶς παιδῶν ἐκτεινῆται τὸ γένος αὐτοῖς, ἀλλ' ἵνα τοὺς αὐτῶν αἵματι τοὺς ἡμερωτάτους καταθέλωσι θεοῦς· ταῦτα γὰρ ἴσως αὐτοῖς τὰ τῶν θυμάτων ἐξείρετα· καὶ ἀπηλλάχθω γραφῆς, καὶ εἰ γένοίτο τις τῶν ἑαυτοῦ τέκνων σφαγεύς. Ἐπειδὴ δὲ τὸν τοιοῦτον ἀτίθασόν τε, καὶ ἀγρίθυμον, καὶ θηρίων αὐτῶν ἀπηνέστερον φατῆ ἀν, οἶμαι, τίς, καὶ μάλα εἰκότως, καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ κοινὸς τῆς φύσεως γράφεται ἀνθ' ἑτοῦ τεθαύμακε, καὶ δῶρον εἶναι φησὶ τῶν ἀνόσιος ἔσται καὶ ἀπεχθῆς ἀνθρώπῳ παντί; Τοῦτο ἄξιον οἷς ἔφη; Ἐοικὸς γὰρ αὐτοῖς τὸ ξένιον, καὶ χαρίζονται τοῖς σφετέρους, ἀ καὶ τιμᾶν ἐγνώκασαι. Καὶ γοῦν οὐχὶ μόνον παρ' αὐτῶν δεδόσθαι φησὶ τὸν Μάριον, ἀλλὰ γὰρ ἔτι πρὸς τούτῳ καὶ τοὺς τῶν ψευδομαντείων ἀνευρηθῆσαι τρόπους. Γράφει δὲ ὧδε·

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Τὸ γὰρ ἐκ θεῶν εἰς ἀνθρώπους ἀφικνούμενον πνεῦμα, σπανιᾶκις μὲν καὶ ἐν ὀλίγοις γίνεσθαι, καὶ οὕτε πάντα ἀνδρά' τούτου μετασχεῖν βῆδιον, οὕτε ἐν παντὶ καιρῷ. Ταύτη τοι καὶ τὸ παρ' Ἑβραίοις ἐπιέλιπεν, οὐκοῦν οὐδὲ παρ' Αἰγυπτίους εἰς τοῦτο σῶ-

¹¹ 1 Cor. xv, 20. ¹² ibid. 23.

A tium ¹¹. Ut enim beatus Paulus ait : « Quemadmodum in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur ¹². » Verumtamen eo ignorantia et extremæ venit infirmitatis ejus mens, ut quas res summæ sibi vituperationi fore expectare debuit, his ipsis maxime gloriatur. Mitto enim, inquit, matris deorum mysteria, et Marium laudo. Præclarum sane, nec enim est Dardani ludicrum. Ipse instituit Corybantum furores, et illa in Idæ speluncis nocturna sacra et impudica mysteria. Quæ cum exsoletis et impiis narrationibus scateant, qui non prorsus auditores offendent? Illud vero inter deorum munera recense, datum esse quoque Romanis Marium, olim quidem eorum dominum, sed superstitionum imprimis et crudelissimum, eoque deductum immanis animi, ut bene moratam puellulam, sibi que jucundissimam, festivamque et suavem, in dæmonium aris mactaverit. Bonos quippe deos hoc cultu vehementer affici sciebat, iisque maxime cultoribus oblectari, qui ultra omnem nequitiam pro-
B ducti nihil melius esse putarent quam parentes ipsos, suorum liberorum, quos maxime charos habebant, esse parricidas. Quapropter si Marium laudat ac miratur, eos in crimen vocet, qui eadem cum ipso facere nolint; adoratoribus deorum, quos gentibus ac civitatibus præesse dicit, persuadeat sobolem appetere, non ut ad focum sibi liberi pappent, et in natos natorum sibi genus excescat, sed ut eorum cruore mitissimos deos placeant **198**
C (hæ sunt enim forsitan ipsis eximie victimæ), ac si quis liberorum suorum parricida fuerit, culpæ immunis esto. Quem cum nemo non offeratis et cruentis moribus, et feris ipsis crudeliorem jure diciturus sit, cumque eum ipsa communis naturæ lex extremæ impietatis et crudelitatis condemnet; cur denum suspiciti, ac minus deorum eximium esse contendit eum, quem si quis imitandum sibi proposuerit, impius et invisus futurus sit omnibus hominibus? Hocine, quæso, deorum munus est, aut nos forsitan iis quæ dixit astipulari decet? Dignum enim illis xenium est, ac suis mutuo largiuntur quæ ipsi habent in pretio. At non solum ab ipsis datum esse Marium, sed præterea falsarum divinationum genera reperta esse, scribit in hunc modum :

JULIANUS.

Divinus enim ille afflatus qui homines invadit, raro sane et in paucis fit; nec quilibet ejus particeps facile esse potest, nec quovis tempore. Proinde cessavit apud Hebræos, nec apud Ægyptios item perdurat adhuc. Sed videntur quidem genuina

oracula cedere temporum conversionibus. Quod cum hominum amans Jupiter dominus ac parens noster animadvertisset, ne omni prorsus societate cum diis privaremur, dedit nobis sanctarum artium observationem, per quam ad necessarios usus sufficiens nobis auxilium suppeteret.

CYRILLUS.

Afflatum divinum hic appellat falsotum vatnm instinctum, qui divinum furdrem ac fatidicam vim præ se ferre solebant, ut mendacium suum facile venditarent. Plurimi vero hi erant, et multiplex imposturæ modus. Alii enim avium inspectione, alii ex igne, alii e farinis vaticinabantur. Adde his haruspices, et qui victimarum nidorem in aera erumpentem curiose scrutabantur. Erant et qui mortuorum umbras evocarent, ventriloqui, et prodigiorum interpretes. In his igitur afflatum diabolicum cessasse ait. Quæ verba laudo quidem et approbo: verumtamen causam ignoravit, cur cessarit mendacium, et genuina, ut ipse ait, oracula siluerint. Postquam enim mundo Christus illuxit, **199** concussa est omnis illa dæmoniorum tyrannis, et, velut scena quædam puerilibus crepundiis scatens, soluta fraus est, ac impurissimi execrandique dæmones inferorum portis coerciti fuerunt, licet olim terram, quæ sub sole est, pervagati. Verum quo pacto nativa oracula temporum conversionibus obnoxia siluisse dicit? Nam si quis omnino vere Deus majoribus nostris futura præmonstrare suscepit, quomodo sic temporibus cedit, ut angustior ejus cognitio sit quam antea? At quomodo æternos illos Julianus asserit, cum et tempore inferiores sint, et tantum non veterascant, ita ut a nostra conditione parum discrepent? Quoniam igitur ait: Oracula siluerunt, ac forte consenescent Pythius delirat, nec amplius versutiarum modos novit quibus fraudes nectat; dedit nobis Jupiter sanctarum artium ope cognitionem et auxilium. Quid agis, Juliane? sanctas et sacras artes appellas execranda vaticinia et magorum præstigias, et decere mortales ut eas perficere norint? Has in subsidium datas hominibus ais, et tanquam ab Jove profectum utilissimum auxilium? Recte quidem, **D** amice: oportebat enim tuum regem ac parentem tam turpiter esse liberalem, ut ea dare videretur quæ a constitutis legibus discrepant, quæ si quis exercuerit, aut si forte patrantibus aliis duntaxat ignoverit, extremo supplicio dignus sit. Quod autem ait, apud Hebræos ipsos propheticum spiritum defecisse, respondemus, Christum sinem legis ac prophetarum fuisse. Omnes enim quotquot olim fuerunt sancti, et rerum futurarum præscii, immissa a Deo per sanctum Spiritum cognitione, Christi mysterium proclamaverunt. Posteaquam autem advenit ipse, ac mortalibus apparuit, cessavit quidem prophetie veteris gratia, Deus autem nunc quoque sanctis pro sua voluntate inspirat futura, et in san-

ζεται. Φαίνεται δὲ καὶ τὰ αὐτοφυῆ χρηστήρια ταῖς τῶν χρόνων εἰκοντα περιόδοις. Ὁ δὲ φιλόανθρωπος ἡμῶν δεσπότης καὶ πατὴρ Ζεὺς ἐννοήσας, ὡς ἂν μὴ παντάπασι τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἀποστερήθῃμεν κοινωνίας, δέδωκεν ἡμῖν διὰ τῶν ἱερῶν τεχνῶν ἐπίσκεψιν, ὅφ' ἦς πρὸς τὰς χρείας ἐξομεν τὴν ἀποχρῶσαν βοήθειαν.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

A quæ super terram. Omne animal quod dividit ungulam, et fissuras findit duarum unguularum, et reducit ruminacionem, inter animalia, hæc comedetis. Tantum ab his non manducabitis, ab iis quæ reducut ruminacionem, et ab iis quæ dividunt ungulas, et findunt fissuras unguium : camelum, quia reducit ruminacionem hic, ungulam autem non dividit; immundum hoc vobis. Et leporem, chærogyllium, et suem, quoniam nempe hoc dividit ungulam, et findit fissuras unguilæ, et hoc non reducit ruminacionem : immundum hoc vobis ⁷⁵. » Atque hæc quidem de istis. Translato autem sermone de volatilia et aquatilia, et ad aliorum quorumdam genera et species, ita rursus ait : « Et hæc comedetis ex iis quæ in aquis. Omnia, in quibus sunt alæ et squamæ in aquis, et in mari, et in torrentibus, hæc comedetis. Et omnia in quibus non sunt alæ neque squamæ, abominatio vobis sunt, et abominabilia vobis erunt ⁷⁶. » Et paulo post : « Et hæc abominabimini de volatilibus, et non comedetis : aquilam, gryphum, haliaetum, vulturem, et milvum, et similia eis; et struthionem, et larum, et corvum, et similia ei; et accipitrem, et nycticoracem, et mergulum, et ibin, et porphyriorem, et pelecantum, et cycnum, et noctuam, et herodionem, et charadrium ⁷⁷. » Et post hæc rursus : « Et hæc vobis immunda, de reptilibus quæ repunt super terram : mustela, et mus, et crocodilus terrestris, mygale, et chamæleon, et chalabotes, et lacerta, et talpa ⁷⁸. » **C** **O** magnam Judæorum puritatem et ciborum delectum admirabilem ! Nolunt in cibos recipere camelum, chærogyllium, aquilam, vulturem, mergulum, upuram, noctuam; ad hæc repudiant corvos, ibes, noctuas, herodionem, et murem meticulousum, mustelam, et mygalen, **316** stellionem, et talpam. Nam quid non istiusmodi citra legis reverentiam despexerunt? Papæ! quanta frugalitas, pro nihilo videlicet ipsis esse, domare ventrem, ac tam delicatas epulas victu infelici mutare, ne legislatorem offenderent! Christianorum autem instituta jure merito reprehendantur, qui, lege propemodum valere jussa, nihil eorum, quæ dicta sunt, intactum relinquere voluerint, sed omnia in cibum receperint, quasi olera pabuli, mensarumque delicias fecerint corvos, et ibes, et cætera. Legem ergo laudemus, quod, cum Israelitis, ea quæ ad victum peculiarem attinent, accurate præscriberet, abstinere jussit ab iis quæ nemo non repudiavit, imo vero quæ lauto cuivis homini sic exosa sunt, ut si vel tantum apponantur, ea vehementer abominetur. Sed hæc fæda sint apud omnes, nec immerito : verumtamen legis cultores laudabis, eorumque mirabere temperantiam. Etenim a suillis carnibus abstinerunt aliisque compluribus, volatilibus et aquatilibus, ut struthione, et iis quæ squamis aut pinnulis carent. Ist hæc enim attingere lex vetuit. Ergo si comperitum habet, ista secundum naturam minus bona

⁷⁵ Levit. xi, 1-8. ⁷⁶ ibid. 3, 10. ⁷⁷ ibid. 13, 19.

⁷⁸ ibid. 29, 30.

esse, multorum etiam exquisitorum usus, nisi aliis omnibus apud peritos obsonatores praelata essent, una cum aliis damnetur. Sin usu quidem bona sunt, verum lege reprobata, quæramus ab eo quid in rebus non fœdis insit vitii. Rejicit ergo suem, quoniam findit, inquit, fissuras unguæ, et non ruminat. Nonnulla item aquatilia damnat, quia squamis destituta sunt, neque pinnulis horrent. An ergo satis est, ut, quæ natura insunt iis quæ laudavimus, damnentur? Quid enim, quæso, si sus unguam quidem findat in ungues duos, non tamen ruminet? Quid vero, quod nonnulla quæ in aquis degunt pinnulis et squamis destituta sunt? An ergo lex peccavit, ac immunda temere statuit ea esse, quæ fœditatem non habent? Non hoc dicimus. Juvat enim haud parum eos qui subtili mentis acie arcuorum sensuum altitudinem in ipsa contemplari queunt. Nam cum legislatori propositum sit eos docere **317** quos instituit, quibusnam familiariter uti, et quorum consortium vitare debeant, unumquodque eorum, quæ dicta sunt, in exemplum sumit eorum quæ morum similitudinem quamdam habent nimirum cum ipsis. Quid autem iis intelligatur porro patefaciam. Interdicit esu cameli et suis: illius, quoniam ruminat, sed bifidum pedem non habet; hujus autem, quoniam in duas fissuras unguam findit, sed non ruminat. Atqui dixerit aliquis, in alterutro esse quod deest alteri. Sus enim, uti dixi, findit quidem unguam, sed non ruminat. Contra vero in camelo. An ergo lex impuritatem in iis ita commensa est ut velut dimidia ex parte mala sint ac impura? At qui verum istud est? Quid rei sit, o bone, quidque inibi lateat, si placet, dispiciamus. κατασχίζει μὲν εἰς δυοῦσας δύο τὴν ὀπλήν, μαρυκάζει ἑλλειπέως ἑκατέρω. Ὁ μὲν γὰρ ὕς, ὡς ἔφη, διχληθεῖ ἔμπαλιν. Ἄρ' οὖν συνεμέτρησεν ὁ νόμος τὴν βδελυρίαν καίτοι πῶς τοῦτο γε ἀληθές; Τί τὸ χρέημα, ὦ τᾶν, τί

Solet divinitus inspirata Scriptura pedis gressum, ac totum pedem interdum accipere, ut rei cuiusvis agendæ iter figurate demonstrat. Cujusmodi est illud in libro Proverbiorum: « Rectas orbitas fac pedibus tuis, et vias tuas dirige⁹⁹. » Item voce Davidis: « Et converti pedes meos in testimonia tua¹⁰⁰. » En igitur pes uniuscujusque rei agendæ iter significat. Duplex autem apud nos illud est: aut enim virtutibus opitulari nobis solemus, cum aliquid melius identidem comparamus, et in cordis thesauris sinceram Dei cognitionem claudimus; vel, in hisce studium impendimus, multiplicibus euntes modis. Itaque bisulco pede prædeditum esse, ultro citroque commeari posse denotat: ruminare autem, eruditionis est symbolum. Sanctis enim, et sapientibus, et verorum dogmatum indagatoribus non semel, sed multoties, susque deque versandos esse quæstionum sensus aio, et ruminandos identidem, ac indefesso studio difficillimas res

ἀγάσαιτο. Καὶ γὰρ καὶ ὑέων ἀπέσχηται κρεῶν, πλείστων τε ὄσων ἐτέρων πτηνῶν τε καὶ ἐναλίω· ὄσον στρουθοῦ, καὶ τῶν ἐν λεπίσαι καὶ περυγίοις οὐκ ἔντων· ἀπέφησε γὰρ ὁ νόμος τὸ ἐδώριμα ποιεῖσθαι ταυτέ. Οὐκοῦν εἰ μὲν οἶδεν αὐτὰ καλῶς ἔχοντα κατὰ φύσιν, ἢ τῶν πολλῶν καὶ ἐντιμότερων χρήσις, εἰ μὴ τῶν ἄλλων ἀπάντων παρὰ γε τοῖς εὖ εἰδόσιν ὀφθαλαγεῖν προτετέμνηται, τὴν αἰσχίω ψήφον μετὰ τῶν ἄλλων ἔχέτω· εἰ δὲ καλὰ μὲν ἐν χρήσει, κεικιδῆλευται δὲ τῷ νόμῳ, πολυπραγμονῶμεν παρ' αὐτοῦ τὰ ἐγκλήματα τῶν οὐκ ὄντων αἰσχυρῶν. Ἀπέβλητον τοίνυν ποιεῖται τὸν ὕν, ὅτι ὄνυχίζει, φησὶν, ὄνυχιστήρας ὀπλής, καὶ μηρυκισμὸν οὐκ ἀνάγει. Κατέψεκται δὲ παρ' αὐτῷ καὶ τῶν ἐνδύρων τινὰ, ὅτι μὴ εἰσὶν ἐν λεπίσαι, μῆτε μὴν ἐν περυγίω ἐκβολαῖς. Ἄρ' οὖν ἀποχρητὸς τῶν ὀνομασμένων πρὸς τὸ κακύνεσθαι δεῖν τὰ κατὰ φύσιν ἐνόητα αὐτοῖς; Τί γὰρ ὄλως εἰ σχίζοι μὲν ὕς τὴν ὀπλήν εἰς δυοῦσας δύο, μαρυκάται γε μὴν οὐκέτι; Τί δὲ δὴ τὸ περυγίω καὶ μὴν καὶ λεπιδῶν ἐστερηθῆσθαι τινὰ τῶν τοῖς ὕδασι ἐκιοῦν εἰωθότων; Ἄρ' οὖν ἀμαρτοεπὴς ὁ νόμος, κατηγόρευσε δὲ τὸ βέβηλον εἰκὴ τῶν οὐκ ὄντων αἰσχυρῶν; Οὐ τοῦτο φημεν· ὀνήσει γὰρ οὐ μετρίως τοὺς ἰσχυρὰς διανοίας τῶν ἐν αὐτῷ κεκρυμμένων ἐνοπιῶν τὸ βάθος καταθρεῖν ἰσχύοντας. Ἐπειδὴ γὰρ ἔγρονε τῷ νομοθέτῃ σκοπὸς εἰσηγήσασθαι τοῖς παιδαγωγούμενοις, τίσιν ἂν μάλιστα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς προσοικειοῦσθαι πρέπει, καὶ τίνων ἀποφοιτᾶν, δέχεται τῶν ὀνομασμένων ἕκαστον εἰς παράδειγμα τῶν ἰσοκώτων αὐτοῖς, κατὰ γε, φημί, τὴν ποιότητα τῶν ἡθῶν. Ποιήσονται δὲ σαφῆ τῶν ἐνοπιῶν τὴν δύναμιν. Ἀποφάσκει μὲν γὰρ εἰς βρῶσιν κάμηλόν τε καὶ τὸν ὕν· τὴν μὲν, ὅτι μαρυκάζει, τέμνει δὲ οὐχὶ πρὸς διχλήσαν τὸν πόδα· τὸν δὲ, ὅτι δὲ οὐδαμῶς. Καίτοι φαίη τις ἂν ὡς ἔστιν ἐν ἀμφοῖν τὸ μὲν ὀπλήν, οὐ μαρυκάζει δέ. Ἐνεσσι δὲ τῇ καμῆλῳ τὸ αὐτοῖς, ὡς ἔξ ἡμισείας εἶναι πονηρὰ καὶ βέβηλα; τὸ ἀνίγμα, καταθρῶμεν, εἰ δοκεῖ.

Ἔθος τοιγαροῦν τῇ θεοπνευστῇ Γραφῇ τὴν τοῦ ποδὸς βάσιν καὶ ὄλον ἐσθ' ὅτε τὸν πόδα δέχεσθαι πρὸς ἀπόδειξιν ἀνιγματοδῶς τῆς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πρακτέων ὁδοῦ· ὁποῖόν ἐστι τὸ ἐν βιβλίῳ Παροιμιῶν· « Ὁρθὰς τροχίους ποιεῖ σοὶ ποδὶ, καὶ τὰς ἰσοῦσας σου κατεύθυνε. » Καὶ μὴν καὶ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ· « Καὶ ἐπέστρεψα τοὺς πόδας μου εἰς τὰ μαρτύριά σου. » Ἰδοὺ τοιγαροῦν τῆς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ὁδοῦ εἰς τύπον ὁ ποῦς. Διττὴ δὲ πῶς αὕτη παρ' ἡμῖν ἐστὶ· ἢ γὰρ ἑαυτοὺς ταῖς ἐπιεικταῖς ὠφέλειν εἰθισμεθα, ἀεὶ τι τῶν ἀμεινόνων προσκτώμενοι, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ἐναποκλειοντες θησαυροῖς τὴν ἀκραιφνῆ ποιούμεθα [ὁδὸν], διὰ πλείστων ὄσων ἰόντες τρόπων. Οὐκοῦν τὸ διττὸν εἰς βάσιν τοῦ ποδός, τὸ ἐπ' ἀμφοῦ βαίνειν δύνασθαι κατασημήνειν ἂν. Τὸ γε μὴν μαρυκάζειν, ἔλλογμότητος ἂν εἴη σύμβολον. Χρῆναι γὰρ ἐργασίῃ τοὺς οἴπερ ἂν εἴεν σεπτοὶ καὶ σεσοφισμένοι, καὶ τῶν ἀληθῶν δογμάτων ἐρευνηταί, οὐχ ἄπαξ, ἀλλὰ πλειστάκις ἄνω τε καὶ κάτω στρέφειν τὰς ἐφ' ἑκάστῳ

⁹⁹ Prov. iv, 26. ¹⁰⁰ Psal. cxviii, 59.

τῶν ἀπορουμένων ἐνοίας, καὶ οἶον ἀναμασᾶσθαι συχῶς, καὶ οἶον ἀκαταλήκτους ἀκριβείαις κατισχνοῦν ἐπιείχεσθαι τὰ δυσέφικτα τῶν θεωρημάτων. Τὸ γάρ τοι παραβεγθὲν ἀπλῶς καὶ ἀδασανίστως, καὶ ταῖς ἐρεῦναις οὐ τετριμμένον, γένοιτ' ἂν ἔσθ' ὅτε καὶ ἐπιζημιον. Κατακλιθεὶς τοῖνον ὁ νόμος τὸν ὠφελεῖν μὲν εἰδέτα πρακτικῶς ἑαυτὸν καὶ ἑτέρους, οὐ μὴν ἔχοντα πρὸς τούτῳ καὶ τὸ ἐλλογιμον. Ἐξ ἀντιστρόφου δέ, ὡς περ ἀποφαίνει μεμολυσμένον τὸν ἐλλογιμότητι μὲν ὄντι μάλιστα φίλον, οὐ μὴν ἔτι καὶ πρακτικῶς εὐδοκίμειν εἰωθότα. «Ὁς γὰρ ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, φησὶν ὁ Σωτὴρ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.» Δεῖ γὰρ εἶναι κατ' ἄμφω δεξιὸν τὸν ἐν σπουδῇ καὶ λόγῳ ποιεῖσθαι προθυμούμενον τὸ χρῆναι θαυμάζεσθαι. Τὰ δέ γε τοῖς ὕδασι ἐμβεδιωκότα, οἷς οὔτε λεπιδες εἰσὶν, οὔτε μὴν περυγίων ἐκφύσεις, αἰεὶ πῶ τοῖς κατωτάτω τέλμασι ἐγκαλινδεῖσθαι φιλεῖ, καὶ τὸ ἀνανήχεσθαι μισεῖ, νωθρά τε ἔστι, καὶ δυσκίνητα. Τύποι δ' ἂν εἴεν καὶ ταῦτα τῶν τοῖς τῆς ἀσελγείας βορβόροις ἐγκεχυσιμμένοι, καὶ τοῖς τῆς φιληθονίας ἐγκεχυσμένοι τέλμασι, καὶ πάντα ὄρῳ εἰωθότων μονοουχί γυνῶς καὶ ἀναμφεστως. Τουτὶ γὰρ ἡμῖν ὑπεφαίνει ἂν τὸ μὴ ἐν λεπίσιν εἶναι καὶ φυσικοῖς περιβλήμασι τὰ τῷ νόμῳ διαβεβλημένα. Τό γε μὴν ἐστερηθῆσθαι καὶ περυγίων, πάλιν ὑπεφαίνει τὸ ἀνεπιτήθειον πρὸς γε τὸ δεῖν ἀνανήχεσθαι θέλειν, καὶ ἀναχύψαι βραχὺ τῶν ἐν οἷς εἰσι κακῶν. Ἄνθρωποι δὲ οὗτοι φθοροὶ, καὶ ἀπεγνωσμένοι, καὶ γαστροὶς ἠδοναῖς δουλεύοντες, πορνεῖα τε, ὡς ἔφην, καὶ ἀσελγεία σύντροφοι, μαλακοὶ, καὶ βέβηλοι, καὶ τὰ πᾶσι συνηγὰ τῶν θηλυδριῶν γένη, καὶ ὅσοι δυσέκπλυτον τὸν ἐφ' ἅπασιν τοῖς αἰσχροῖς ἔχουσι μύμον. Τῶν οὕτως ζῆν εἰωθότων ἀμετόχους εἰσάπαν εἶναι βούλεται τοὺς σεβομένους αὐτὸν, καὶ μὴν καὶ ἑτέρων, οἷς ἅπας ὁ βίος ἐν ἀρπαγαῖς ἔστι, καὶ πλεονεξίαις, καὶ ἐν ἐκτόποις φιλοκερδαίαις, οὓς εὖ δὴ μάλα κατασημήνειαν ἀετοὶ καὶ ἰέρακες, καὶ μέντοι καὶ καταράκται, γρῦπές τε καὶ γῦπες. Τύποι δὲ ὁμοίως τῶν ἐν πανουργίαις κόραξ τε καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ. Καὶ μὴν τῶν ἐν ἀμαθίαις, καὶ οἶον ἐν σκότῳ καὶ νυκτὶ, καὶ τὸ τῆς συνέσεως φῶς κατεστρυγηκότων, ἔποψ τε καὶ γλαυῆ, καὶ προσέτι νυκτερῶν, καὶ ὅσα πρὸς τοῦτοις τὰς ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ ποιεῖται πτήσεις. Γαλῆ δὲ καὶ μῦς γράφουσι πῶς ἐφ' ἑαυτοῖς τὰ δειλὰ καὶ ἀνανδρα, καὶ ψοφίδη τῶν κλεπτῶν γένη, καὶ ἀπαξαπλῶς ἐκάστῳ τῶν ὀνομασμένων διὰ τοῦ νόμου χαλεπὸν οὐδὲν ἐφαρμόσαι λόγους ἀληθεῖς τε καὶ ἀναγκαίους. Πνευματικὸς δὲ ὁ νόμος, καὶ οὐ μέχρι τῶν ἐμφανεστέρων ἰσχύος τῶν ἐνοειῶν τὴν ἀπόδοσιν. Ἔτι τοῖνον τοῦ θεσπεσίου Πέτρου τοῖς Ἰουδαίων ἔθεσιν ἐμφιλοχωρεῖν ἐθέλοντος, καὶ οἶον ὀκνοῦντος ἰέναι πρὸς τὰ βελτίω, διὰ τοι τὸ ἠττάσθαι δεινῶς τῇ περὶ τοὺς τύπους αἰδοῖ, καθίησι τὴν ὀθόνον ἐξ οὐρανοῦ Θεὸς ἐγγεγραμμένον αὐτῇ τῶν ζώων, καὶ ταῖς τοῦ νόμου ψήφοις ἀνιγματοῦδως μὲν, ὡς ἔφην, πλὴν ὡς βέβηλα κατεκρίνετο· καὶ δὴ σφάττειν ἐκέλευε, καὶ εἴπερ ἔλοιτο ποιεῖσθαι τροφήν. Ἄλλουτος δὲ καὶ οὗτος τοῦ

A subtiliter examinandas. Nam quod simpliciter ac nude capitur, ac citra disquisitionem exactam, noxium quandoque fuerit. Lex ergo reprobatur eum, qui actu prodesse potest sibi ac cæteris, sed eruditionem insuper non habet; e converso velut inquinatum eum pronuntiat, cui maxime cordi est eruditio, qui nondum tamen conspicuus est bene agendo. **318** « Qui enim fecerit et docuerit, inquit Salvator, hic magnus vocabitur in regno cælorum ⁸¹. » Utroque enim præstare oportet, qui veræ laudis et gloriæ studio afficitur. Porro quæ in aquis vivunt et squamis ac pinnulis destituta, in profundissimo limo fere semper versari solent, et ægre enantant, tarda sunt, nec facile moventur. Hæc autem eos significant, qui in luto intemperantiæ volutantur, et voluptatis cæno sunt immersi, quique omnia nude propemodum ac sine veste facere solent. Istud enim nobis indicat, squamis et naturali amictu ea destitui, quæ a lege damnata sunt. Pinnulis autem carere, rursus significat, aptos non esse ad enatandum et aliquantulum emergendum e malis, in quibus sunt. Hi autem sunt homines corrupti, ac desperati, et ventris voluptatibus servientes, et adulterio, uti dixi, et lasciviæ assueti, molles et impuri, et cunctis invisæ effeminatorum natio, et quotquot obscenitatis omnis indelebilem in se notam habent. Ab istiusmodi hominibus suos cultores abstinere vult prorsus; et ab aliis insuper, quibus vita omnis est in rapinis, et avaritia, et inhumani quæstus studio, quos aquilæ recte significaverint, et accipitres, et merguli, et gryphes, et vultures. Versipelles similiter corvus designat, aliaque corvo similia. Indoctos porro et nocte quodammodo ac tenebris offusos, quique intelligentiæ lucem oderunt, upupa et noctua, adeoque vesperilio, et quæcunque præterea noctu et in tenebris volitant. Mustela vero, et mus, latronum genus adumbrant timidum et imbellem, quod, quidquid increpuit, pertimescit. Denique nullius negotii fuerit unicuique eorum quæ dicta sunt, veras ac necessarias per legem rationes accommodare. Lex autem spiritualis est, neque sensuum explicationem sistit, donec attigerit notiora. Cum ergo divinus Petrus Judæorum ritus adhuc sectaretur, et ad meliora pergere cunctaretur, quoniam typis impensius erat addictus, linteum cælitus demisit Deus, in quo depicta erant animalia, quæ legis decretis ænigmatice quidem, uti dixi, verumtamen impura censebantur; **319** ea jussit occidere, et vesci eis, si vellet. Abhorrente autem discipulo, et Judaice profecto reclamante his verbis: « Absit, Domine, quia nunquam manducavi omne commune et immundum, neque ingressa est in os meum aliqua caro immunda ⁸²; » vox Domini reddita est, tantum non increpante et ei clare loquente Deo: « Quæ Deus mundavit, tu ne communia dixeris ⁸³. » Tum statim intellexit advenisse tempus, quo ad veritatem

⁸¹ Matth. v, 19. ⁸² Act. x, 14. ⁸³ ibid. 15.

essent umbræ transformandæ. Figurarum porro in A
 veritatem transitio ipsas potius perficit, nec, ut
 quidam existimant, eas temere positas esse osten-
 derit. Ergo legislator non putavit, modo quidem
 suam aut alia pura esse, modo non esse; sed agno-
 vit ea esse bona. Scriptum enim est: « Et vidit
 Deus omnia quæ fecit, et ecce omnia valde bona, et
 benedixit ea ⁸⁴. » Quæcunque enim facta sunt, na-
 turæ et ortus sui ratione in se habent ut bona sint.
 Itaque tametsi ruminare sus nequit, non tamen im-
 mundum animal est, sed potius aptum ad esum:
 neque vero contaminabit ullum, quod ad naturæ
 suæ rationem attinet. Typi enim, uti dixi, lex et
 umbra, « adusque tempus correctionis sunt impo-
 sita ⁸⁵. » Ita enim sanctissimus Paulus scripsit qui-
 busdam. Sed nos forsitan delirare putat Julianus, qui B
 hæc dicimus et sentimus. Ostentat se porro ipse
 magnifice, et stulte sacris Litteris insultat, et ait:
 ἀλλ' οὐκ ἀκάθαρτον, ἐδώδιμον δὲ μᾶλλον ἔστι τὸ ζῶον· καταμιανεῖ δὲ τινὰς κατ' οὐδένα τρόπον, τὸ
 γε ἦκον εἰς ἰδίαν φύσιν. Τύποι γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ νόμος, καὶ σκιαί, ἐμέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπι-
 κείμενα. » Γέγραφε γὰρ ὡδὲ τισιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος. Ἄλλ' ἡμᾶς μὲν ἴσως ὥψθη ληρεῖν, ταυτὶ φρονούντας
 καὶ λέγοντας. Περιαιτίζεται δὲ πάλιν αὐτὸς, καὶ
 φησιν·

JULIANUS.

Seil quid longior sum in commemorandis iis
 quæ ab illis dicuntur, cum videre liceat num vim
 aliquam habeant? Aiunt enim Deum præter legem
 illam priorem alteram tulisse: illam quippe fuisse C
 ad tempus definitis spatiis comprehensam; poste-
 riorem vero hanc exstitisse, propterea quod Mosis
 tempore ac typo fuerat adumbrata. Hoc falso dici ab
 iis clare demonstrabo, prolatis ex ipso Mose non
 decem modo, sed multis testimoniorum millibus, in
 quibus legem æternam ait. Audite porro nunc ex
 libro Exodi: « Et erit dies hic vobis memoriale:
 et celebrate eum festum Domino in generationes
 vestras: legitimus æternum celebrate eum. Septem
 dies azyma comedetis; a die aulem primo remove-
 bitis fermentum de domibus vestris ⁸⁶. »

His alia dicta postquam Julianus accumulavit,
 320 et ostendit legem his omnibus æternam nomi-
 nari (longas enim verborum ambages ex oratione D
 demendas puto), subdit porro:

Jam multis ejuscemodi prætermissis, ex quibus
 ego legem Mosis æternam dicere propter multitudi-
 nem nolui, ostendite, vos, ubinam dictum sit illud
 quod a Paulo postea singulari proditum est audacia:
 « Christum nempe finem esse legis ⁸⁷. » Ubi-
 nam Hebræis aliam legem promisit Deus præter
 eam quæ lata est? Nusquam plane; neque porro
 latæ istius legis emendationem promisit. Audi enim
 ergo mandabo vobis, neque auferetis ab eo: servate
 mandata Domini Dei vestri, quæcunque ego manda-
 vero vobis hodie ⁸⁸. Et maledictus omnis qui non

μαθητοῦ, καὶ δὴ καὶ λέγοντος Ἰουδαϊκῶς: Ἐγὼ ἰ-
 μῶς, Κύριε, ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκά-
 θαρτον, οὐδὲ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου πᾶν κρέας
 βέβηλον· φωνὴ Κυρίου κατεδόθη, μονοουχὶ καὶ
 ἐπιπλήττοντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ, λέγοντός τε σαφῶς:
 « Ἄ ὁ Θεὸς ἔκαθάρισεν, σὺ μὴ κοῖνου. » Εἶτα συν-
 ἦκεν εὐθύς ὅτι ἐνεσταῖται καιρὸς τοῦ μεταπλάττεσθαι
 δεῖν πρὸς ἀλήθειαν τὰς σκιάς. Ἡ δὲ γε τῶν τύπων
 εἰς ἀλήθειαν μεταφορτικαί, ἀποπεραίνει μᾶλλον αὐ-
 τοὺς, καὶ οὐ, καθάπερ οἶονταί τινες, εἰκῆ θεοειμέ-
 νους ἀποφήνειεν ἄν. Οὐκοῦν οὐ ποτὲ μὲν ὁ νομοθέ-
 τῆς καθαρὸν οἶδε τὸν ὕ, ἤγουν τὰ ἕτερα, ποτὲ δὲ
 οὐχί, ἀλλὰ οἶδεν εὖ γηγόνοντα. Γέγραπται γὰρ, ὅτι
 « Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδὼν
 πάντα καλὰ λίαν, καὶ εὐλόγησεν αὐτά. » Καθὼ γὰρ
 εἶναι πέφυκε καὶ καθὼ γέγονεν ἕκαστον τῶν γεγόν-
 των, ἕξαι που πάντως ἐφ' ἑαυτῷ τὸ εἶναι καλόν.
 Οὐκοῦν εἰ καὶ μὴ πρόσσεστιν ὑπὸ τὸ μαρκαῶσθαι τυχόν,
 τοῖς ἱεροῖς Γράμμασιν ἀσυνέτως ἐπιτηδᾶ, καὶ

IOYΛΙΑΝΟΣ.

Ἄλλὰ τί ταῦτα ἐγὼ μακρολογῶ λεγόμενα παρ'
 αὐτῶν, ἐξὸν ἰδεῖν εἰ τίνα ἰσχὺν ἔχει; Λέγουσι γὰρ,
 τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ προτέρῳ νόμῳ θείναι τὸν δεύτερον·
 ἐκεῖνον μὲν γὰρ γενέσθαι πρὸς καιρὸν περιγεγραμ-
 μένον χρόνοις ὠρισμένοις, ὕστερον δὲ τοῦτον ἀνα-
 φανῆναι διὰ τὸ τῷ Μωσέϊ χρόνῳ τε καὶ τύπῳ περι-
 γεγράφθαι. Τοῦτο ὅτι ψευδῶς λέγουσιν, ἀποδείξω
 σαφῶς, ἐκ μὲν τοῦ Μωσέως οὐ δέκα μόνας, ἀλλὰ
 μυρίας παρεχόμενος μαρτυρίας, ὅπου τὸν νόμον αἰ-
 νιὸν φησιν. Ἀκούετε Ἐδ νῦν ἀπὸ τῆς Ἐξόδου· « Καὶ
 ἔσται ἡ ἡμέρα αὕτη ὑμῖν μνημόσυνον, καὶ ἐορτά-
 σατε αὐτὴν ἐορτὴν Κυρίῳ εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν· νό-
 μιμον αἰώνιον ἐορτάσατε αὐτήν. Ἐπτά ἡμέρας ἄζυμα
 ἔδεσθε· ἀπὸ δὲ τῆς ἡμέρας τῆς πρώτης ἀφανιεῖτε
 ζύμην ἐκ τῶν οἰκιῶν ὑμῶν. »

Χρήσεις δὲ τούτοις ἐπισωρεύσας ἑτέρας, αἰώνιον
 τε τὸν νόμον διὰ πασῶν ἐπιδείξας ὠνομασμένον
 (χρῆναι γὰρ οἶμαι μακροτέρας τὸν λόγον ἀπαλλάξαι
 περιόδου), ἐπιφέρει πάλιν.

Πολλῶν ἔτι τοιούτων παραλειμμένων, ἀφ' ὧν τὸν
 νόμον τοῦ Μωσέως αἰώνιον ἐγὼ μὲν εἶπειν διὰ τὸ
 πλήθος παρητησάμην, ὑμεῖς δὲ ἐπιδείξατε ποῦ εἰ-
 ρηται τὸ παρὰ τοῦ Παύλου μετὰ τοῦτο τολμηθὲν, ὅτι
 δὴ « Τέλος νόμου Χριστός. » Ποῦ τοῖς Ἑβραίοις ὁ Θεὸς
 ἐπηγγέλατο νόμον ἕτερον παρὰ τὸν κείμενον; Οὐκ
 ἔστιν οὐδαμοῦ, οὐδὲ τοῦ κειμένου διόρθωσιν. Ἄκουε
 γὰρ τοῦ Μωσέως πάλιν· « Οὐ προσθήσετε ἐπὶ τὸ
 βῆμα ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν, καὶ οὐκ ἀφελεῖτε ἀπ'
 αὐτοῦ. Φυλάξασθε ἐντολὰς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ὅσα
 ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον, καὶ ἐπικατάρατος πᾶς
 ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσιν. » Ὑμεῖς δὲ τὸ μὲν ἀφελεῖν καὶ

⁸⁴ Gen. i, 31. ⁸⁵ Hebr. ix, 10. ⁸⁶ Exod. xii, 14, 15. ⁸⁷ Rom. x, 4. ⁸⁸ Deut. iv. 2.

προσθεῖναι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ νόμῳ μικρὸν ἄνομισατε· τὸ δὲ παραθύηται τελείως αὐτὸν, ἀνδρειότερον τῷ παντί. καὶ μεγαλοψυχότερον, οὐ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλ' εἰς τὸ πᾶσι πιθανὸν βλέποντες.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ

ἤθη μὲν οὖν, ὡς ἔφη, ἡμᾶς καίτοι πρεσβεύοντες τάληθῆ βατταρίζειν εἰκῆ· ἢ τάχα που καὶ πανούργους κεχρησθαι κομφοπελαίαις, οὐκ ὄντος πνευματικοῦ τοῦ νόμου· πειρᾶσθαι δὲ μεθιστᾶν ἐφ' ἕτερα τῶν ἐν αὐτῷ γεγραμμένων τὸν νοῦν, ἵνα τὴν ἐπιταῖς παραβάσειν ἀποσκευασώμεθα γραφῆν· ἔχει δὲ οὐχ ὥδε τὸ χρημᾶ ποθεν. Οὐ γάρ τοι χρῆναι πρὸς ἡμῶν τὸν θεῖον εἰσάπαν διωθεῖσθαι νόμον, ὡς οὐδὲν ἔχοντα τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν, ἀσυνετοῦντές φαμεν, B προεισκεχομένους δὲ μᾶλλον ἐσόμενον τοῖς ἀρχαιοτέροις παιδαγωγῶν ἐπὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ δι' αἰνιγμάτων αὐτοῖς ὑποφαίνοντα τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω γὰρ εἶναι διοριζόμεθα πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν τὸν Χριστὸν, καὶ μάλα ὀρθῶς· ἢ γὰρ οὐχὶ παντὸς αἰνιγματος ἀσαφοῦς νοοῖτ' ἂν εἰκότως πλήρωμα ὑπάρχειν τὸ ἀληθές; Καίτοι πῶς ἂν ἐνδοιασεί τις; Οὐκοῦν οὐκ ἀναλρεσιν τῶν διὰ Μωσέως ποιεῖται νόμων ἢ πρὸς γε τὸ ἀληθές τῶν ἐν σκιαῖς μεταφοίτησις, ἀλλ' ἐκφανεστέραν αὐτοῦ καθίστησι τὴν διάνοιαν. Οὕτως αἰώνιον ὀνομάσθαι φάμεν τὸν νόμον· πέπανται γὰρ ἤμιστά γε, πρὸς ἡμῶν πληρούμενος κατὰ γε τῆς νοτιῆς λατρείας τοὺς τρόπους. Ἄρξεται γὰρ ὁ Χριστὸς, οὐ καταλύσων τὸν νόμον, C ἢ τοὺς προφῆτας, ἀποπεραίνων δὲ μᾶλλον, καθά φησιν αὐτός. Καὶ ἵνα τὸν ἐν χερσὶ καὶ παροισθέντα παρ' αὐτοῦ διερμηνεύσας νόμον, σαφεστέραν, ὡς ἔφη, ποιήσωμαι τὴν ἀπόδειξιν, ἀναγκαίως ἐρῶ· Γέγραπται τοίνυν περὶ τῶν ἀζύμων· «Καὶ ἔσται ἡ ἡμέρα αὕτη ὑμῖν μνημόσυνον· καὶ ἑορτάσατε αὐτὴν ἑορτὴν Κυρίου εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν· νόμιμον αἰώνιον ἑορτάσατε αὐτήν. Ἑπτὰ ἡμέρας ἄζυμα ἐξέσθε.» Καὶ ταυτὶ μὲν διὰ Μωσέως ἐθεσμοθέτει Θεός. Διὰ δὲ γε φωνῆς Ἰσαίου τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ διαλέγεται καὶ φησιν· «Τὰς Νεομηνίας ὑμῶν, τὰ Σάββατα, καὶ τὰς ἑορτάς ὑμῶν, μισεῖ ἡ ψυχὴ μου. Ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν.» Εἶτα πῶς, εἰπέ μοι, διηνεκεῖς καὶ ἀκαταλήκτους τὰς τῷ Θεῷ κατεστηγυμένους ὑπάρχειν [φῆσομεν] ἑορτάς; Ἄρ' οὖν ἐροῦμεν ἐτερογνωμονῆσαι Θεῷ, καὶ τὰ ἐν ἀρχαῖς εὐ ἔχειν ὑπελλημμένα, καὶ ὀρισθέντα διὰ Μωσέως, κατασκῶψαι διὰ τῶν προφητῶν, καὶ ἀφαρμαρτῆσαι τοῦ δέοντος, καὶ τι τῶν καθ' ἡμᾶς ὑπομείναι παθῶν; Τὸ γὰρ ἐλέσθαι μισεῖν ἄπερ ἂν ἐπαινεσεί τις, τὸν ἐπ' ἐλαφρίᾳ μῶμον αὐτῷ προστρίψεται. Τί οὖν ἐροῦμεν τῶν οὕτω κατεφεγμένων ἀπαλλάττοντες Θεῷ; Τεθεσμοθέτηκεν ὀρθῶς διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως, τὸ χρῆναι πληροῦν τὰς ἐν τύποις ἑορτάς, καὶ εἰ δὲ μελλούσας καὶ [f. εἶναι] κτηνομένους, ὅτι μὴ τοῖς τύποις ἐνδεδέσθαι φιλεῖν, πρὸς καλοῦ τοῖς ἀρχαιοτέροις ἦν, ἤθελε δὲ μᾶλλον ὡς ἐκ τύπου καὶ σκιαῶ ἐπὶ τὸ τῆς ἀληθείας

A manet in omnibus⁸⁹. » Vos autem detrudere et addere iis, quæ scripta sunt in lege, parum esse putastis; sed eam demum transgredi, generosum in primis et magnanimum; nequaquam ad veritatem respicientes, sed ad id quod vulgo probetur.

CYRILLUS.

Itaque arbitratus est, uti dixi, nos frustra mentiri, tametsi vera loquimur, aut forte callidis etiam argutiis uti, cum lex spiritualis non sit, sensumque Scripturæ alio transferre conari, ut transgressionis culpam a nobis depellamus. Sed non ita se res habet, nullo modo. Non enim stolidè dicimus, legem divinam prorsus a nobis esse repellendam, quasi nihil in se utilitatis habeat; sed veteribus proditam potius, ut eos Christi mysterium edoceret, et per figuras veritatem eis ostenderet. Sic enim statuimus, Christum plenitudinem esse legis ac prophetarum; utique recte. Annon enim obscurei cuiusvis ænigmatis plenitudo esse veritas intelligetur? Hoccine enim dubium ulli esse potest? Itaque quod res adumbratæ ad veritatem traducantur, Mosaicæ leges non tollit, sed ipsius legis intellectum reddit clariorem. Ita legem æternam nuncupatam esse dicimus. Non enim cessavit, cum a nobis ratione spiritualis cultus impleatur. Venit enim Christus, non soluturus legem aut prophetas, sed ut ea potius, sicut 321 ipse ait⁹⁰, perliceret. Atque ut explicata lege, quæ in manibus nobis est, et quam ipse tulit, rem, uti dixi, clarius demonstrarem, necessario hæc addenda sunt: «Scriptum est de die azymorum: «Et erit dies hic vobis memoriale: et celebrate eum festum Domino in generationibus vestras: legitimum sempiternum celebrate eum. Septem dies azyma comedetis⁹¹.» Et hæc quidem per Mosem statuit Deus. Per vocem autem Isaïæ Israelitis loquitur, et ait: «Neomenias vestras, et sabbata, et festivitates vestras odit anima mea. Facti estis mihi in satietatem⁹².» Et qui, amabo te, festivitates quas Deus odit perpetuæ sint ac nunquam cessaturæ? Num ergo mentem mutasse Deum dicemus, et quæ initio bona esse putabantur, ac per Mosem constituta, ea per prophetas subsannasse, et a recto aberrasse, atque humanum aliquid passum esse? Ultra enim odisse, quæ laudaveris, levitatis utique tibi notam affinget. Quid ergo dicemus, ut tanto probro Deum liberemus? Recte per sapientissimum Mosem statuit, implendas esse typicas festivitates; sed odit futuras et degeneres, quoniam e re veterum erat, eos non esse typis alligatos, malebatque eos a typo et umbra ad veritatis decus pergentes gratissimum sibi cultum peragere, intellectualem nimirum ac spiritalem. Jussit enim ut qui festum diem agebant, panes conficerent, sed absque fermento. Hoc cum Judæi facerent, ac nihil amplius, implere se legem putabant. Quid ergo hinc ad eos utilitatis rediit? Num

⁸⁹ Deut. xxvii, 27. ⁹⁰ Matth. v, 17. ⁹¹ Exod. xii, 14, 15. ⁹² Isa. i, 15, 14.

ea re Deus aliquo modo est oblectatus? At enim dicere, necesse iis utique fuisse ut purificati ad festos dies peragendos accederent. Verum si fermentum inquinare poterat eos qui illo vescebantur, quidni eo prorsus abstinabant, ac non in septem numero duntaxat dies, quicumque Deo addicti vivendi genus ei acceptum colebant? Sed, ut jam antea dixi, etiam in hac lege, quemadmodum nempe et in aliis, intellectualis rei significatio ænigmatica prodita est iis, qui acri et purgata mente istiusmodi res contemplari possint. Lex quippe de azyinis a nobis impletur maxime, qui in fide iustificati, et in Spiritu sanctificati sumus, quique **322** spiritalem cultum peragimus. Hoc modo Scriptura divina fermentum in nequitiae typum accipere interdum solet. Ergo mundatos ac purificatos festas dies agere iussit, et ab omni vitio longissime remotos, fermentum carnalis impuritatis et vanæ in stultis rebus occupationis non habentes. Nam qui ejusmodi est, præclarus utique celebritatis cultor exstiterit. Quocirca divinus ille Paulus: « Itaque epulemur, inquit, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiae, sed in azyinis sinceritatis et veritatis ⁹³. » Æterna igitur lex est: vetus quidem illa apud Judæos ænigmatica, eadem vero nunc apud nos intellectualiter et spiritualiter, et secundum veritatem. Et quidem figuris congruum tempus illud erat, quod Servatoris adventum præcessit; veritati autem, quod illud secutum est, quando veritas effulsit. Decebat enim, decebat Israelitas per sapientissimum Mosem erudiri, infantes adhuc cum essent, ac rudiori mente præditi: per Christum vero universorum Dominum, « In quo sunt omnes thesauri scientiæ et sapientiæ absconditi, » sicut scriptum est ⁹⁴, veram et perfectissimam nobis cognitionem afferri, non quæ Moisaica convelleret, sed ea potius ad clariorem rerum intellectum transferret. Quocirca Moses cum ad Judæos verba faceret, faciem velabat, ea re tantum non declarans eos veram legis faciem videre non posse. Quod si dicant adversarii: Si primis secunda præstabant, atque adeo longe potiora erant, quidni potius ea legislator olim atque initio constituit? quæ sæpenumero dixi, etiam nunc in medium afferam. Cum Israelitæ nondum satis firmam in Dei cognitione mentem haberent, ab officio suo cito discedebant, et ad deficientem a Deo valde proclives erant, et instigare non cessabant: vitulum quippe constrarunt, ac dicere ausi sunt: « Ii dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti ⁹⁵. » Proindeque iis, ceu levibus ac rudioribus, obscura lex data est, quæ per typum vix ad rerum verarum intellectum eveheret, necdum tamen sanctæ vitæ iter manifeste panderet. Quod autem **323** Deus legem in litteris et umbris positam Israeli desipienti et peccati reo, ac recti nescio, ceu adhuc infantibus, tulerit, accipies ab ipso per Isaiaë

διὰ ττοντας κάλλος, τὴν θυμηρεστάτην αὐτῷ παραίνειν λατρείαν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν νοερὰν καὶ ἐν πνεύματι. Προστέταξε μὲν γὰρ ἑορτάζοντας ἀρτοποιεῖν αὐτοὺς, ζύμης δὲ δίχα. Τοῦτο δρῶντες οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ πλέον οὐδὲν, ἀποπειραίνειν ζῶντο τὸν νόμον. Ποία τοίνυν ἐνετύθεν αὐτοῖς ἡ θνησις; Ἡθελεῖ δ' ἂν τίνα τρόπον ἐπὶ τούτῳ θεός; Ἄλλ' ἔρεις, ὅτι χρῆν δῆπου κεκαθαρμένους ἑορτάζειν αὐτούς. Καίτοι πῶς, εἰ καταμαίνειν οἶδεν ἡ ζύμη τοὺς ἐδοδόχους, οὐκ εἰσάπαν αὐτοὺς ἀπαλλάττεσθαι χρῆν, καὶ οὐκ εἰς μόνους ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν ἡμέρας, εἴπερ τινὲς ἦσαν ὡς θεῶ προσκείμενοι τῆς ἀθανάτουστος αὐτῶ πολιτείας ἐπιμεληταί; Ἄλλ' ὡς ἦδη προείπον, κὰν τῶδε τῷ νόμῳ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν τοῖς ἐτέροις, νοητοῦ πράγματος δήλωσις αἰνιγματωδῶς εἰσκευάσται τοῖς ὄξῃ καὶ κεκαθαρμένῳ νῷ τὰ τοιάδε τῶν θεωρημάτων καταθρεῖν δυναμένους. Πληροῦται γε μὴν ὁ ἐπὶ τοῖς ἀζύμοις νόμος πρὸς ἡμῶν μάλιστα, τῶν ἐν πίστει δειδικαιωμένων καὶ ἡγιασμένων ἐν Πνεύματι, καὶ τὴν νοητὴν τελούντων λατρείαν. Κατὰ τοιοῦδε τινὰ τρόπον εἰς τύπον φαυλότητος ἡ θεόπνευστος Γραφή τὴν ζύμην ἐσθ' ὅτε δέχεσθαι φιλεῖ. Χρῆναι δὴ οὖν ἑορτάζειν αὐτοὺς προστέταξε, διεσημημένους εὖ μάλα καὶ κεκαθαρμένους, καὶ ἀπάσης φαυλότητος ἰόντας ἀποτάτω, ζύμην οὐκ ἔχοντας σαρκικῆς ἀκαθαρσίας καὶ περισπασμοῦ εἰκαίον, τῶν ἐπ' ἀνοήτους πράγμασι, φημί. Θεωσώτης γὰρ ὁ τοιοῦτος ἔσται λαμπρός. Γράφει γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος: « Ὅστε ἑορτάζωμεν, μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. » Αἰώνιος τοίνυν ὁ νόμος: ὁ πάλαι μὲν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις αἰνιγματωδῶς, ὁ αὐτὸς δὲ νυνὶ παρ' ἡμῖν νοητῶς καὶ πνευματικῶς, καὶ κατὰ γε τὸ ἀληθές. Καὶ καιρὸς μὲν τοῖς αἰνίγμασι πρέπων ὁ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας: τοῖς γε μὴν ἀληθεστέροις ὁ μὲν ἔκτεινον εἰσθετικῶς, καθ' ὃν ἐπελαμψεν ἡ ἀλήθεια. Ἔδει γὰρ, ἔδει διὰ μὲν τοῦ πανσόφου Μωσέως παιδοκομῆσθαι τὸν Ἰσραὴλ, νηπιοπρεπῆ καὶ ἀμαθεστέραν ἔχοντα τὴν διάνοιαν: διὰ δὲ τοῦ πάντων Δεσπότης Χριστοῦ, « Ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς γνώσεως καὶ σοφίας ἀπόκρυφοι, » κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὴν ἀληθῆ καὶ τελειωτάτην ἡμῖν εἰσχομίζεσθαι γινώσιν, οὐκ ἀνατρέπουσαν τὰ Μωσέως, μεθιπτώσαν δὲ μᾶλλον αὐτὰ πρὸς ἐννοίας πραγμάτων ἐναργεστέρας. Καί γοῦν ὁ Μωσῆς τὰς πρὸς γε τοὺς Ἰουδαίους διαλέξεις ποιούμενος, κάλυμμα ἐτίθει ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, μονονουχὶ βοῶν δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ὡς τὸ ἀληθές τοῦ νόμου πρόσωπον ἀποπτον ἦν αὐτοῖς. Εἰ δὲ φαῖεν οἱ δι' ἐναντίας: « Εἰ τὰ δευτέρα τῶν πρώτων ἦν αἰρετώτερα, καὶ δὴ καὶ ἀμείνω παρὰ πολὺ, τί μὴ μᾶλλον αὐτὰ τοῖς πρώτοις καὶ ἐν ἀρχαῖς ὁ νομοθέτης διωρίσατο; ἂ πλειστάκις ἔφην, εἰς μέσον οἶσω καὶ νῦν. Οὕτω τὸν νοῦν ἔχοντες ἀσφαλῆ πρὸς θεογνωσίαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, εὐτρεπέστατα μὲν ἀπεφύροντο τῶν σφίσι πρεπωδεστάτων, εὐχολοῖ δὲ ἦσαν εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ: καὶ παροτρύνοντες οὖ

⁹³ I Cor. v, 8. ⁹⁴ Coloss. ii, 5. ⁹⁵ Exod. xxxii, 4.

διαλελοίπατιν · μεμοσχοποιήκασι γάρ, καὶ φάναι τε- A
 τολήκασιν · Οὗτοι οἱ θεοὶ σου, Ἰσραὴλ, οἵτινες ἀν-
 ήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ὁμοῦν ὡς ἀμαθεστέραν
 καὶ εὐπαρακόμιστον ἔχουσι τὴν καρδίαν, ἀμυδρὸς αὐ-
 τοῖς δέδοται νόμος, διὰ τύπου μόλις εἰς τὰς τῶν ἀλη-
 θεστέρων ἐννοίας ἀναδιθάζειν εἰδῶς, οὕτω γε μὴν τὴν
 τῆς εὐαγοῦς πολιτείας ὁδὸν ἀναφανδὸν εἰσφέρων. Ὅτι
 δὲ προσκεκρουκότε τε καὶ ἀφραίνοντι τῷ Ἰσραὴλ, καὶ
 ὀρθοποιεῖν οὐκ ἔχοντι τὸν ἐν σκιαῖς καὶ γράμμασι
 νόμον, ὡς ἔτι νηπίοις ἐθεσμοθέτει Θεὸς, ἀναμάθοι τις
 ἂν, ὡδὶ λέγοντος διὰ φωνῆς Ἡσαίου · « Καὶ ἐξῆρα
 τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ διασχορ-
 πῆσαι αὐτοὺς ἐν ταῖς χώραις, ἀνθ' ὧν τὰ δικαιώματά
 μου οὐκ ἐποίησαν, καὶ τὰ προσταγήματά μου ἀπ-
 ὤσαντο, καὶ τὰ Σάββατά μου ἐθεθήλουν, καὶ ὀπίσω
 τῶν ἐνθυμημάτων τῶν πατέρων αὐτῶν ἦσαν οἱ
 ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. Καὶ ἐγὼ ἔδωκα αὐτοῖς προστά-
 γματα οὐ καλὰ, καὶ δικαιώματα ἐν οἷς οὐ ζήσονται
 ἐν αὐτοῖς. » Ἐθεὶ γάρ, ἔδει τοὺς τῆς πρὸς Θεοῦ εὐ-
 νοίας ἀποσιρτήσαντας, καὶ τοῖς τῆς μοσχοποιίας
 ἀλόγτας ἐγκλήμασι (τοῦτο γάρ οἶμαι δηλοῦν τὸ,
 « Ὅπισω τῶν ἐνθυμημάτων τῶν πατέρων αὐτῶν
 τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχειν. ») τῆς πρὸς Θεοῦ οικειότητος
 ἀπολιθεῖν ὀλοτρόπως, καὶ ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν ἀλ-
 θῆσαι· χώραις φειδοῦς ἀπάσης ἐστερημένους. Ἐπειδὴ
 δὲ ἐστὶν ἀγαθὸς, καὶ τὴν τοῦ πανσόφου Μωσέως
 ἐτίμα λιτὴν, νόμιμα μὲν αὐτοῖς ἐδίδου παιδαγωγικά,
 πλὴν οὐ καλὰ, καθά φησιν αὐτὸς, οὔτε μὴ ἐνέμναι
 τὴν ζωὴν τοῖς αὐτὰ πληροῦσιν ἰσχύοντα. Οὐ καλὰ δὲ
 τὰ νόμιμα, τίνα τρόπον; Ὡς πρὸς γε, φημι, τῆς ἀλη-
 θείας κάλλος· προφερεστέρα γάρ ἀσυγκρίτως τῶν
 αἰνιγμάτων ἀλήθεια. Εἴπερ ἐστὶν οὐ κατεψευσμένον
 τὸ τοῖς μὲν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ οὐδεμίᾳ παντελῶς
 ὄνησις ἦν, ὡς ἀπὸ γε τοῦ θεῖν ἄρτους ἐσθλεῖν οὐκ
 ἐξυμωμένους, τοῖς γε μὴν τῆς φαυλότητος ζύμην
 ἐξυθωμένους καὶ διασηγγένην ἔχουσι τὴν καρδίαν,
 καὶ μιᾶρον ἢ βέβηλον ἀγαπῶσιν οὐδὲν, γέρας ὡσπερ
 ἐξαίρετον ἐκνενόμικε Θεὸς τὸ χρῆναι μεταλαγεῖν τῆς
 εἰς αἰῶνα ζωῆς. Ὅτι δὲ διὰ τῆς ἐν νόμῳ σκιάς οὐκ
 ἦν ἐφικέσθαι τῆς ἀληθοῦς εὐζωίας, οὔτε μὴν δι' εὐ-
 θείας ὡσπερ ἴνα πρὸς Θεὸν, καταθρῆσαι τις ἂν
 Ἡσαίου μὲν λέγοντος ἐκ πρώτου τῶν ἐξ Ἰσραὴλ
 πρὸς Θεὸν, οἷ « Ἐπλάνησας ἡμᾶς, Κύριε, ἀπὸ τῆς
 ὁδοῦ σου· » τοῦ δὲ μακαρίου Δαβὶδ· « Ἐξέκλινας
 τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου. » Τρίβος γάρ
 ὡσπερ ψιλὴ καὶ εὐήλατος ἀποκομίζουσα πρὸς Θεὸν,
 ὡς ἔφην, οὐχ ὁ τύπος, ὧ τᾶν, ἀλλ' ἡ ἐν αὐτῷ γραφο-
 μένη μᾶλλον ἀλήθεια. Ἐπειδὴ δὲ φησιν ὁ τῶν ἱερῶν
 γραμμάτων κατήγορος, μήτε νόμον ἕτερον ἐπαγγελί-
 λασθαί που τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῶν τῶν ὄλων Θεὸν, μήτε
 μὴ ἐπανόρθωσιν τίνα τοῖς διὰ Μωσέως τεθεσπισμέ-
 νοις ἐπενεγκεῖν, ψευδηγοροῦντα κατ' ἄμφω διαδειξάι
 πειράσομαι, Προφήτου φωνὴν παραθεῖς ἔχουσαν ὡδὶ·
 « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντε-
 λῆσθαι ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα
 διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην
 τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου τῆς

voce[m] ita dicente : « Et levavi manum meam sup-
 eos in deserto, ut dispergerem eos in regionibus,
 eo quod justificationes meas non fecerant, et præ-
 cepta mea repulerant, et Sabbata mea violaverant,
 et post cogitationes patrum suorum fuerant oculi eo-
 rum. Et ego dedi eis præcepta non bona, et justifica-
 tiones, in quibus non vivent in eis 96. » Decebat
 enim, decebat eos, qui a benevolentia Dei resilie-
 rant et conflati vituli rei tenebantur, id enim si-
 gnificare arbitror illud, « Post cogitationes patrum
 suorum oculos habere, » Dei consortio prorsus ex-
 cidere, et in gentium regionibus vagari omni mise-
 ricordia orbatos. Cum autem bonus sit, et sapien-
 tissimi Mosis preces respiceret, legitima quidem
 eis dedit ad eos erudiendos, sed non bona, sicut ipse
 ait, neque certe vitam iis qui illa impleverint præstare
 valentia. Non bona autem præcepta : quomodo? Si
 veritatis nimirum decus respicias. Veritas enim
 figuris incomparabiliter præstat. Siquidem scititium
 non est, Israelitas nullum plane cepisse fructum ex
 eo quod panibus non fermentatis vescerentur',
 Deum tamen iis, qui nequitiae fermentum abjiciunt,
 et purgatum cor habent, nec impuri aut profani
 quidquam appetunt, tanquam singulare munus lar-
 giri ut æternæ vitæ sint participes. Quod autem non
 liceret per umbram legalem adipisci veram hone-
 statem, neque porro ad Deum recta quodammodo
 pergere, animadvertere licet, Isaia ex persona Israe-
 litarum Deum in hunc modum alloquente : « Sedu-
 xisti nos, Domine, de via tua 97 ; » et beato Davide :
 « Declinasti semitas nostras a via tua 98. » Semita
 enim brevis ac facilis, quæ ducit ad Deum, typus
 non est, ut dixi, o bone : sed veritas potius, quæ
 in ipso figuratur. Cum autem sacrarum Litterarum
 criminatorem ille dicat, neque aliam legem Israelitis
 universi Deum uspiam promississe, neque vero ullam
 correctionem Mosaicis præceptis adhibuisse : in
 utroque mentiri conabor ostendere, 324 prophetæ
 voce in medium allata, quæ sic habet : « Ecce dies
 veniunt, dicit Dominus, et consummabo super domum
 Israel, et super domum Juda testamentum novum ;
 non secundum testamentum, quod disposui patribus
 eorum in die cum apprehendi ego manum eorum
 ad educendum eos de Ægypti terra ; quia hoc est
 testamentum, quod disponam eis in diebus illis, di-
 cit Dominus : dans leges meas in mentem eorum,
 et in cordibus eorum inscribam eas 99. » Quod cum
 optime quoque nosset sapientissimus ille Paulus,
 nonnullis scribit et ait : « Epistola nostra vos estis,
 quæ scitur ab omnibus hominibus : manifestati
 quod epistola estis Christi, ministrata a nobis, et
 scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi 1. » Nam
 cum Deus nobis immittat notitiam suæ voluntatis,
 at per cognitionem cordibus fidelium inscribat ea,
 per quæ sanctissimi evadant, qui fieri potest ut
 umbra non sit inutilis? Porro lex non additamen-
 tum, non diminutionem patitur; at eadem erit

96 Ezech. xx, 21-25.

97 Isa. LXIII, 17.

98 Psal. XLIII, 19.

99 Jerem. xxxi. 31-33.

1 H Cor. III, 2, 5.

quæ impletur non jam conspicabili, sed intellectionali potius ac spiritali modo.

ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκεῖναις, λέγει Κύριος, διδούς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. » Ὅπερ, οἶμαι, συνιέει εὖ μάλα καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος, ἐπιστέλλει τισὶ καὶ φησιν· « Ἡ Ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε γινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων· φανερούμενοι ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, καὶ γεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ζῶντος. » Ἐνιέντος γὰρ ἡμῖν Θεοῦ τῶν ἑαυτοῦ θελημάτων τὴν γνῶσιν, ἐγγράφοντος δὲ διὰ τὴν γνῶσιν ταῖς τῶν πεπιστευκότων καρδίαις τὰ δι' ὧν ἂν εἴεν ὅτι μάλιστα σεπτοί, πῶς οὐκ ἀνόνητος ἡ σκιά; Πάθοι δ' ἂν ὁ νόμος οὐ προσθήκη, οὐχ ὑφαίρειν· ἀλλ' ὁ αὐτὸς ἔσται πληρούμενος, οὐ κατὰ γὰρ τὸ ἐμφανές ἐτι, νοητῶς δὲ μᾶλλον καὶ πνευματικῶς.

Atque hæc, opinor, quivis a nobis recte dicta cogitataque esse dixerit. Hic autem, quo affectu nescio, Judæorum ritus probat; tum eos rursus vituperat, tanquam ab aliis omnibus segregatos, et per summam stultitiam sacrificare cessantes, cum Elias, inquit, in Carmelo sacrificaverit, ac non in sancta illa civitate, Jerusalem nimirum. Addam ego divinum quoque illum Davidem in area sacrificasse, cognomento Orna, quamvis lex aperte dicat: « Qui immolaverit vitulum aut ovem in castris, et ad fores tabernaculi, exterminabitur anima illa de populo suo. » Sed, o bone, inquiet, opinor, aliquis, templum exstabat quo tempore sacrificabat Elias; cum divinus David, non item. At quid prohibebat quominus legi convenienter in tabernaculo sacra faceret? Cæterum illud dico clare demonstratum esse, etiam apud sanctos ipsos vitio non verti, quod leges in littera positas haud valde subtiliter dispicerent, neque admodum exacte implerent.

Mentionem vero fecit epistolæ quoque illius, quam dispensationis ergo scripserunt apostoli iis qui vocati erant ex gentibus, et pubescenti adhuc mente præditi. « Visum enim est, inquebant, **325** Spiritui sancto et nobis, nihil ultra imponere vobis oneris quam hæc necessaria: ut abstinere vos ab immolatis simulacrorum, et fornicatione, et suffocato, et sanguine. » Significatur autem, inquit, visum non esse hic sancto Spiritui, Mosaicam legem esse dissolvendam. Visumne est, obsecro, servandam esse, atque hoc præcepit? At nunquid dictu verum est, jussisse ipsum ut legis umbram demum nibili facerent ii qui per fidem ad veritatem vocati sunt? Quæ enim adhuc parvulorum viribus paria videbantur, ea per sanctorum apostolorum vocem præcipiebat. Dicendo autem illud, « Nihil ultra imponere vobis oneris, » docebat gravem esse legem, et ipsis propemodum Israelitis intolerabilem, quam eis non imponerent. Videbatur ergo Spiritui nequaquam ab iis legem observandam, sed ad tolerabilia et facilia peragenda enitendum esse, qui pro rebus etiam majoribus sudores ferre nondum possent animo infirmo, et nuper vixque ad Christianum institutum ac vitam augete.

Ad hæc, audax ille et confidens Petrum apostolorum præcipuum cavillatur, et hypocritam esse di-

Καὶ ταυτὶ μὲν, ὡς γὰρ οἶμαι, φαίη τις ἂν τὴν πρὸς ἡμῶν καὶ ἐννεοῦσθαι καλῶς. Ὁ δὲ, οὐκ οἶδ' ὅ τι παθὼν, ἀποδέχεται τὰ Ἰουδαίων, καταφέρει δὲ πάλιν αὐτούς, ὡς τῶν μὲν ἄλλων ἀπάντων ἀπρηστημένους, ἀλογώτατα δὲ τὸ θύειν ὀκνοῦντας, καίτοι, φησιν, Ἡλίου τεθυκότος ἐν τῷ Καρμὴλ, καὶ οὐκ ἐν τῇ ἀγίᾳ πόλει, φημι δὴ τῇ Ἱερουσαλήμ. Ἐγὼ προσθήσομαι καὶ τὸν θεσπέσιον Δαβὶδ ἐν τῇ ἄλφῃ τεθυκότα τῇ ἐπίκλην Ὀρνᾶ, καίτοι τοῦ νόμου λέγοντος ἑναργῶς· « Ὅς ἐὰν θύσῃ μόσχον ἢ πρόβατον ἐν τῇ παρεμβολῇ καὶ ἐπὶ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκεῖνη ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. » Ἄλλ', ὦ γενναῖε, φαίη ἂν, οἶμαι, τίς, Ἡλίου μὲν θύοντος ὁ ναὸς ἦν· οὐκέτι γὰρ μὴν, καὶ τοῦ θεσπέσιου Δαβὶδ. Εἶτα τί κωλύον ἦν ὁμολογοῦντα τῷ νόμῳ καταθῆναι ἐν τῇ σκηνῇ; πλὴν ἐκεῖνός φημι. Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ δέδεικται σαφῶς καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς ἀγίοις ἀνυπαίτιον τὸ τοῖς ἐν γράμμασι νόμοις οὐ σφόδρα λεπτοῖν ἐνέειναι τὸν ὀφθαλμὸν, οὔτε μὴν ἀκριβεστάτην αὐτῶν ποιεῖσθαι τὴν πληρωσιν.

Διαμέμνηται δὲ καὶ τῆς τῶν ἀγίων ἀποστόλων Ἐπιστολῆς, ἣν γεγράφασι οἰκονομικῶς μονονουχὶ καὶ ἀρτίθαλῃ τὴν διάνοιαν ἔχουσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοις. « Ἐδοξε γὰρ, ἔφασκον, τῷ ἀγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν τῶν ἐπιτάξεων, ἀποσχέσθαι ὑμᾶς εἰδωλοθύτου, καὶ πορνείας, καὶ πνικτοῦ, καὶ αἵματος. » Ἐπισημαίνεται δὲ, φησιν, ὡς οὐκ ἔδοξεν ἐν τούτοις τῷ ἀγίῳ Πνεύματι, τὸν Μωσῆως χρῆναι παραλύεσθαι νόμον. Ἐδοξε γὰρ, εἶπέ μοι, τὸ χρῆναι τηρεῖν, καὶ τοῦτο προστέταξε; Καίτοι πῶς οὐκ ἀληθὲς εἶπειν, ὅτι τὸ χρῆναι λοιπὸν τῆς τοῦ νόμου σκιάς ὀλιγορεῖν ἐκέλευσε τοῖς διὰ τῆς πίστεως κεκλημένοις εἰς ἀληθειαν; Ἄ γὰρ ἦν εἰκὸς ἀποπεραίνειν δύνασθαι τοὺς εἰς νηπίους, διὰ τῆς τῶν ἀγίων ἀποστόλων ἐθεσμοθέτει φωνῆς. Φάσκοντες δὲ τὸ, « Μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, » ἐδίδασκον ἐν αὐτῷ διαβριθῆ τὸν νόμον, καὶ δυσδιακόμιστον παντελῶς καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ὅν οὐκ ἂν ἐκθεῖεν αὐτοῖς. Ἐδοκεῖ δὴ οὖν τῷ Πνεύματι φυλάττεσθαι παρ' αὐτῶν ἡκιστα μὲν τὸν νόμον, τὰ δὲ οἰστά καὶ εὐδιακόμιστα περιρᾶσθαι πληροῦν, τοὺς ὑπὲρ τῶν ἐπι μείζονων ἰδρωτάς οὕτω διενεγκέναι ἰσχυόντας ὀκλάζοντι νῶ ἄρτι τε καὶ μολίς ἀδρυνομένῳ πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν καὶ ζωὴν.

Κατασκώπτει δὲ πρὸς τούτοις τῶν ἀγίων ἀποστόλων Ἐκκέρτον Πέτρον ὁ γεννάδας καὶ ὑποκριτὴν

² Levit. xvii, 3, 4. ³ Act. xv, 28, 29.

εἶναι φησι, καὶ ἐληλέγχθαι διὰ τοῦ Παύλου, ὡς ποτε μὲν τοῖς Ἑλλήνων ἔθεσι διαζῆν σπουδάζοντα, ποτὲ δὲ τοῖς Ἰουδαίων, ἡγνοηκῶς εἰσάπαν τὴν ἐν γε τοῦτοις εὐτεχνεστάτην οἰκονομίαν. Οὐ γὰρ ἦν ἕτερογνώμων ὁ μαθητής, ἀλλ' ἐπὶ καιροῦ ταῖς καθηκούσαις οἰκονομίαις χρώμενος, διὰ τρόπου παντὸς ὠφελεῖν ἐσπούδαζε τοὺς προσιόντας αὐτῷ. Ἐπειδὴ δὲ μονότροπος ἦν ὁ μακάριος Παῦλος, ὑπέμνησε προσιῶν. Ἐδέδειξε γὰρ μὴ ἄρα πως ἡ σκέψις ἀγνοηθῆ, καὶ ὁ τῆς οἰκονομίας τρόπος ἀδικήσῃ τινάς.

cit, atque a Paulo reprehensum, quod modo Græcorum, modo Judæorum ritu vivere vellet, ignorans plane singularem in his consilii rationem. Non enim diversa sentiebat ille discipulus, sed congrua moderatione tempestive utens, omni ratione prodessse iis studebat, qui ad se venirent. Cum autem unis ritibus addictus esset beatus Paulus, aggressus commonefecit. Metuebat enim ne propositum lateret, et ille dispensandi modus nonnullos offenderet.

• Galat. II, 11-14.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΑΛΛΟΥ

ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΕΥΑΓΓΟΥΣ ΘΡΗΣΚΕΙΑΣ

ΠΡΟΣ ΤΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΘΕΟΙΣ ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΔΕΚΑΤΟΣ.

S. P. N. CYRILLI

PRO SANCTA CHRISTIANORUM RELIGIONE,

ADVERSUS LIBROS ATHEI JULIANI

LIBER DECIMUS.

Ἀκριβῆ μὲν, ὡς γε οἶμαι, τὸν περὶ γε τῆς κατὰ νόμον σκιάς πεποιήμεθα λόγον, διώκειν ἡμᾶς οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπιχειρήσαντος τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ, καὶ παρανομίας γραφῆν ἀλλοκότως ἐπάγοντος τοῖς ὅτι μάλιστα τοὺς Θεοῦ ἀποπεραινῆν νόμους εὐ μάλα διεγνωκῶσι, λογικώτερόν τε καὶ ἀκριθέστερον, ἢ περ οἱ ψιλοὶ καὶ μόνους ἐνομιλοῦντες τοῖς τύποις. Ἐπειδὴ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκατάψεκτον παρ' αὐτῷ παντελῶς οὐδὲν, ἰδοὺ δὴ καὶ ἑτέροις ὡσπερ ἡμᾶς αἰτιάμασιν ἐνεῖς, καὶ αὐτοῖς ἀντεπενηρέχθαι φησὶ τοῖς ἀγίοις μυσταγωγοῖς, καὶ πεποιήσθαι μὲν παρ' οὐδὲν τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν, τραπέσθαι δὲ μᾶλλον, καὶ τοῦτο ἀκατάψεκτως, ἢ περ ἂν ἡμᾶς ἀποφῆροιο δοκοῦν. Γράφει δὲ οὕτω πάλιν.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Οὕτω δὲ ἔστε δυστυχεῖς, ὥστε οὐδὲ τοῖς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ὑμῖν παραδεδομένοις ἐκμεμενήκατε, καὶ ταῦτα δὲ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ δυσσεβέστερον ὑπὸ τῶν

PATROL. GR. LXXVI.

326 Accurate quidem, ut reor, de umbra legalis disseruimus, accusante nos, nescio quo modo, veritatis hoste et prævaricationis litem absurde nobis intendente, qui divinas leges exsequi apprime novimus, prudentiusque et accuratius, quam qui nudis ac solis in typis versantur. Cum autem nihil apud nos ejus dentem effugerit, ecce demum aliis quodammodo nos insuper criminibus implicat, et sanctis ipsis initiatoribus nos refragatos ait, et apostolicam traditionem nihili duxisse, eoque impune delatos, quo nos voluntas impulit. Scribit autem rursus in hunc modum:

327 JULIANUS.

Tam infortunati vero estis, ut ne manseritis quidem in iis, quæ vobis ab apostolis sunt tradita: eaque fuerint ab illorum posteris majori nequitia

et impietate tractata. Jesum quippe illum neque Paulus Deum dicere ausus est, neque Matthæus, neque Lucas, neque Marcus; sed bonus ille Joannes, cum sensisset magnam multitudinem in plerisque urbibus Græcis et Italicis jam tum eo morbo captam esse: audiretque, opinor, monumenta quoque Petri et Pauli, clam quidem, sed tamen audiret ea coli, primus id prodere ausus est.

Paucis autem de Joanne Baptista commemoratis, rursus ad Verbum, quod ab ipso prædicatur, reversus, « Et Verbum, inquit, caro factum est, et habitavit in nobis »; sed quomodo, dicere veritus; nullatenus autem ipsum neque Jesum, neque Christum appellat, usque eo dum Deum ac Verbum nominet: sed sensim et clam fallens quodammodo nostras aures, Joannem Baptistam ait hoc de Christo Jesu testimonium perhibuisse, nimirum hunc esse quem oporteat credere Deum esse Verbum.

CYRILLUS.

Ecquod vero, quæso te, mandatum apostolicum, seu parvum, seu magnum, a nobis servatum non est? Quid in pejus traductum est ab eorum successoribus, quibus verbi vices a Deo demandatæ sunt, quique sacra dogmata non segniter propugnarunt? Si enim licebit conviciis eos appetere, qui nullius criminis rei sunt, idque facere impune, suis in nos convitiis triumphet; quippe cum nihil facilius sit ei, cui pro nihilo est maledicendi studium, quam mentiri, et alienæ famæ temere detrudere. Sin autem existinat consentaneam dictis factisque fidem esse oportere, ne temere convitiatur, sed argumentis potius convincat. Sic enim ejus dictis adhibebitur fides. Miror autem quod cum sæpius divinæ Scripturæ verba sursum ac deorsum verset, ac doctrinæ famam haud vulgarem venetur, tamen a vero prorsus exciderit: quod enim Christus Deus sit, neque **328** Paulum dixisse, neque Marcum, neque Matthæum, neque Lucam. At si qui velint eorum scripta perpendere, licet utique manifeste videre divinitatis dignationibus ipsum ab eis ornari, et quæcumque uni supremæ ac præstantissimæ illi naturæ conveniunt, ea quoque ipsi passim tribui, adeoque Deum ipsum nominari. Unde sapientissimus ille Paulus: « Optabam enim ego ipse, inquit, anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, et legislatio, et testamentum, et promissa: quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnes Deus benedictus in sæcula. Amen ».

Ecquam vero tu, præter hanc, vocem aliam requireres? Ecce enim, ecce, illum secundum carnem ex Judæis, hoc est Christum, et Deum supra omnes: adeoque benedictum esse quoque ait in sæcula. Amen. Dixit item alio in loco: « Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen Spiritus

A ἐπιγινωμένων ἐξεργάσθη. Τὸν γοῦν Ἰησοῦν οὕτως Παῦλος ἐτόλμησεν εἰπεῖν Θεὸν, οὕτως Ματθαῖος, οὕτως Λουκᾶς, οὕτως Μάρκος· ἀλλ' ὁ χρηστός Ἰωάννης, αἰσθόμενος ἤδη πολὺ πλῆθος ἐαλωκόσιν ἐν πολλαῖς τῶν Ἑλληνίδων καὶ Ἰταλιωτῶν πόλεων ὑπὸ ταύτης τῆς νόσου· ἀκούων δὲ, οἶμαι, καὶ τὰ μνήματα Πέτρου καὶ Παύλου, λάθρα μὲν, ἀκούων δὲ ὁμοίως αὐτὰ θεραπευόμενα, πρῶτος ἐτόλμησεν εἰπεῖν.

Μικρὰ δὲ εἰπὼν περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, πάλιν ἐπανάγων ἐπὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ κηρυττόμενον Λόγον· « Καὶ ὁ Λόγος, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· » τὸ δὲ ὅπως λέγειν αἰσχυρόμενος· οὐδαμῶς δὲ αὐτὸν οὕτως Ἰησοῦν, οὕτως Χριστὸν, ἀρχὸς οὗ Θεοῦ καὶ Λόγου ἀποκαλεῖ, κλέπτων δὲ ὡς περὶ ἡρέμα καὶ λάθρα τὰς ἀκοὰς ἡμῶν, Ἰωάννην φησὶ τὸν Βαπτιστὴν ὑπὲρ Χριστοῦ Ἰησοῦ ταύτην ἐκθέσθαι τὴν μαρτυρίαν, ὅτι ἄρα οὗτός ἐστιν ὃν χρὴ πεπιστευμέναι Θεὸν εἶναι Λόγον.

ΚΥΡΙΑΛΛΟΣ.

Καὶ ποῖον, εἰπέ μοι, τῶν ἀποστολικῶν ἐνταλάτων ἡ μικρὸν ἢ μέγα πρὸς ἡμῶν οὐ τετήρηται; Τί πρὸς τὸ χεῖρον παρεβιδάσθη παρὰ γε τῶν μετ' ἐκείνους τὴν τοῦ λόγου χρεῖαν ἐγκρανευσμένων παρὰ Θεοῦ, καὶ τοῖς ἱεροῖς δόγμασιν οὐκ ἀγεννῶς συναγχερχομένων; Εἰ μὲν γὰρ τοῖς ἐθέλουσι διαλοιδουρεῖσθαι μάτην τοῖς ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀτόπων ἐαλωκόσιν ἀνεπιπλήκτως ἐξέσται τοῦτο δρᾶν, καὶ τὸ χρῆμα αὐτοῖς ἀζήμιον, ἐναθρυνέσθω τοῖς καθ' ἡμῶν, ὡς οὐδὲν γε βῆσον τοῦ ψευδέσθαι· καὶ καταγορευεῖν εἰκῆ, τῷ παρ' οὐδενὶ ἡγομένῳ τὸ φιλοσκοπιεῖν εἶναι δοκεῖν. Εἰ δὲ δεῖν οἴεται τοὺς ἐλέγγους ἀκολουθεῖν οἷς ἂν τις ποιεῖτο, ἢ καθ' ὧν ἂν ἔλοιτο λόγους, μὴ φιλοσοφείτω μάτην, ἐξελεγχέτω δὲ μάλλον. Ἐφεται γὰρ οὕτω τοῖς παρ' αὐτοῦ λόγους ἢ πιστῆς. Θαυμάζω δὲ ὅτι καίτοι πλεισταχοῦ τὰ ἐκ τῆς θεοπρονοήτου Γραφῆς ἄνω τε καὶ κάτω στρέφω, καὶ φιλομαθείας δόκησιν οὐκ ἀγεννῆ ὑπνώμενος, διημάρτηκε τάληθοῦς, καὶ τοῦτο εἰσάπαν· οὐ γὰρ δὴ φάναι ὡς εἶπεν Θεὸς ὁ Χριστὸς, οὕτως Παῦλον, οὕτως Μάρκον, οὕτως Ματθαῖον, οὕτως Λουκᾶν. Ἐνεστί δὲ τοῖς ἐθέλουσι τοὺς πρὸς αὐτὸν γεγονότας βασανίζειν λόγους, ἐναργέστατα ἰδεῖν, ἐν τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασι στεφανοῦντας αὐτὸν, καὶ ἄπερ ἂν πρέπει μόνῃ τῇ πασῶν ἐπέκεινα καὶ ὑπερράτη φύσει, ταῦτα καὶ αὐτῷ προσέμενοντα πανταχοῦ, καὶ μὴν καὶ Θεὸν ὀνομάζοντας αὐτόν. Καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Ἠχύθη γὰρ αὐτὸς, φησὶν, ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν κατὰ σάρκα· οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλιταί, ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ διαθήκη, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸς, ὁ ὧν ἐπὶ πάντας Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἄμην. » Εἶτα ποῖαν ἐπὶ ταύτῃ φωνῆν ἐπιζητήσεις ἐτέραν; Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ τὸν κατὰ σάρκα ἐξ Ἰουδαίων, τοῦτέστι Χριστόν, καὶ Θεὸν ἐπὶ πάντας καὶ μὴν καὶ εὐλογητὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, ἄμην, εἶναι φησιν. Ἐφη δὲ καὶ ἐτέρωθί που· « Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Ὑμεῖς δὲ οὐκ

¹ Juan, 1, 14. ² Rom. xix, 5-5.

ἐστὲ ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ἀναμνήσκω, φησὶν, ὑμᾶς διὰ τὴν χάριν τὴν δοθείσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ εἶναι με λειτουργὸν Χριστοῦ Ἰησοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱεραργουῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. » Ὅτε τοίνυν οἱ τὸ τοῦ Χριστοῦ Πνεῦμα πλουτήσαντες θεῖον ἔχουσι Πνεῦμα, καὶ μὴν καὶ ἱεραργὸν ἐκυτὸν ἐετάχθαι φησὶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὡς Θεοῦ τοῦ Χριστοῦ, καὶ εὐαγγέλιον Θεοῦ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ κήρυγμα καλεῖ, ὀνομάζει δὲ αὐτὸν καὶ τῆς δόξης Κύριον· « Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, φησὶν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν· » πῶς οὐκ ἐναργῶς σεσυκοφάντηκεν ὁ δι' ἐναντίας, καὶ τοῖς τῆς ψευδοεπίελας ἐγκλήμασιν οὐ μετρίως ἐνισχημένος ὄρωτο ἂν εἰκότως. Καίτοι σπουδῆ ἢ σκοπὸς τοῖς θεηγόροις ἦν, καίπερ εἰδόντων ὡς ἔστι Θεὸς κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς, γῆδ' αὐτὸν ὀνομάζειν Θεοῦ καὶ τῆς τοῦ τεκόντος οὐσίας γνήσιον γέννημα, ὡς ἀεὶ συνέστα καὶ συνυπάρχοντα τῷ γεννήσαντι, καὶ ἐν τῇ μιᾷ τῆς θεότητος φύσει νοούμενον ὄντα καὶ ἐνυπόστατον. Ταύτη τοι καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης ἐν ἀρχῇ τὸν Λόγον εἶναι φησὶν, καὶ Θεὸν εἶναι πρὸς τὸν Θεόν. Εἶτα μετὰ τοῦτο, γενέσθαι καὶ σάρκα, τοῦτ' ἔστιν ἄνθρωπον. Εἰς οὖν ἄρα, καὶ οὐκ ἄσποδός γε τοῖς θεηγόροις ὁ σκοπὸς, τὸ χρῆναι λέγειν γῆδ' εἶναι κατὰ φύσιν Θεοῦ, ὡς ἐν γε δὴ τούτῳ πάντῃ τε καὶ πάντως ἐνὸν τὸν Θεὸν εἶναι κατ' ἀλήθειαν τὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν. Φωνὰς μὲν οὖν ἦδη παρηγάγομεν τοῦ θεσπέσιου Παύλου, σαφῶς καὶ ἀναμφισβητήτως Θεὸν ὀνομάζοντας τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν. Δεῖν δὲ οἶμαι καὶ τὰς τῶν ἐτέρων παραθέσθαι χρήσεις, δι' ὧν ὡς Θεοῦ διαμέμνηται τοῦ Χριστοῦ.

Ἐφη τοίνυν ὁ Ματθαῖος περὶ τοῦ Ἰωσήφ· « Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων· « Ἰωσήφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Τέξεται δὲ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸν ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. » Ἐφη δὲ καὶ τὸν ἀξιόλαστον Ἰωάννην εἰπεῖν· « Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ἐν ὕδατι βαπτίζω εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἔστιν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ· οὗ τὸ πύρον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἄλωνα αὐτοῦ. » Καὶ μὴν καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον φάναί που πρὸς ἡμᾶς ἰσχυρίζεται· « Δεῦτε πρὸς με, πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, καὶ γὰρ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Ἄρα τὸν ζυγὸν μου ἐφ' ὑμᾶς· » καὶ τὰ περὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος τούτου προαναγγέλλων (1) πάλιν εἰπεῖν· « Ὅσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ κατακαίεται, οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· ἀποστελεῖ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ. » Ἄρ' οὖν, ὦ κράτιστε, τὸ ἐλευθεροῦν ἁμαρ-

Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus ⁷. » Et rursus : « In memoriam, inquit, vos reduco, propter gratiam quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Jesu in gentibus, sanctificans Evangelium Dei ⁸. » Cum ergo Christi spiritu ditati homines divinum Spiritum habeant ; cumque Paulus ministrum se ordinationem inter gentes tanquam Dei Christi, et prædicationem de illo factam evangelium Dei nominet ; cumque ipsum gloriæ Dominum appellet : « Si enim cognovissent, inquit, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent ⁹ : » annon certe cavillatur adversarius, et manifesti mendacii reus jure tenebitur ? Atqui theologi singulari cura et consilio observabant, ut quamvis eum nossent natura ac veritate Deum esse, tamen ipsum Dei Filium nuncuparent, et substantiæ Patris germanam prolem ; quippe qui una cum Patre sit ac existat, et in una deitatis natura esse et subsistere intelligatur. Idcirco sapiens ille quoque Joannes in principio Verbum esse prædicat, et Deum esse apud Deum ¹⁰ : deinde carnem etiam factum esse ¹¹, id est hominem. Unum ergo theologis, neque id temere, propositum est, dicere nimirum illum esse Dei Filium secundum naturam, **329** quod ita necesse sit omnino Deum esse secundum veritatem illum, qui ex Deo est secundum naturam. Itaque verba divini Pauli jam attulimus, qui Christum illum omnium Salvatorem clare et indubitate Deum nominat. Sed aliorum dicta juvat apponere, quibus Christi tanquam Dei mentionem faciunt.

Dixit igitur Matthæus de Joseph : « Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens : Joseph, filii David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum ¹². » Quin et admirabilem illum Joannem his verbis usum dicebat : « Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam : qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus non sum idoneus calceamenta portare : ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni : cujus ventilabrum in manu sua, et permundabit aream suam ¹³. » Præterea Dominum ipsum nos alicubi compellere assertit : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos ¹⁴ ; » et cum hujus sæculi consummationem prænuntiaret, rursus dixisse : « Sicut ergo colliguuntur zizania, et igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi : mittet Filius hominis angelos suos ¹⁵. » Num igitur, o præstantissime, liberare posse peccatis

⁷ Rom. viii, 8, 9. ⁸ Rom. xv, 15, 16. ⁹ I Cor. ii, 8. ¹⁰ Joan. i, 2. ¹¹ ibid. 14. ¹² Matth. i, 20, 21. ¹³ Matth. iii, 11, 12. ¹⁴ Matth. xi, 29, 30. ¹⁵ Matth. xiii, 40, 41.

(1) Legendum videtur προαναγγέλλοντα.

aliquos, alteri quam soli et vero Deo conveniet? A Legum enim domini sunt ii, a quibus statuuntur, non alii. Quo pacto vero populum suum servare quoque dicitur, cum unus Deus hominibus dominetur? Sed et hominum mediocritate ac viribus magis esse aio, quam ut in sancto Spiritu baptizare queant credentes in ipsum. Adhuc, quod area sit mancipi, id est, homines qui spicis significantur, nulli quidem homini præterquam uni Christo convenire. Deus enim erat factus caro, id est homo. Cujusnam vero jugum, amabo te, subeant homines? annon eos soli Deo subjici jure dixeris? Jam quomodo jussit Christus, ut jugum ejus tollamus super nos, nisi Deus et ex Deo sit secundum naturam? **330** Quomodo vero ejus sint angeli illi qui in cælo sunt? « Mittet enim, inquit, angelos suos. » Atque hæc quidem nobis Matthæus, ut alia quamplurima taceamus, ne huic disputationi testimoniorum cumulum extra rem ingessisse videamur. Porro Marcus eandem ubique sententiam sequitur, et cum Matthæi scriptis convenit. Scribit quippe: « Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei ¹⁶. » Quod autem is, qui naturalis ac verus est Dei Filius, utique sit etiam Deus, num cuiquam dubium esse potest? Rursus autem ait, Dominum sanctis apostolis dixisse, « traditum iri se in manus hominum peccatorum, a quibus illudendum esset et crucifigendum ¹⁷; » Petrum autem divinum ei respondisse: « Absit a te, Domine, non erit tibi hoc ¹⁸; » ad hoc Christum respondisse: « Vade post me, Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum ¹⁹. » Non enim sapuit ea quæ Christi sunt Petrus, cum ei contraria diceret. Deum igitur certe Christum nominavit ipse quoque, qui Petrum sapere dixit, non ea quæ Christi sunt, utpote Dei, sed ea potius quæ hominum. Refert autem ipsum rursus dixisse: « Nam qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in gloria Patris sui cum sanctis angelis ²⁰. » At nisi Deum sciat illum esse, quomodo in gloria Patris venturum dicit stipantibus sanctis angelis? quomodo in majestate deitatis Filius hominis? quomodo in summis honoribus et supra omnem creaturam positus Jesus Christus, hoc est ille, qui ex muliere secundum carnem natus est? An ergo veri indaganti cupidis ambigendi locus est, quod cum scireat Dominum vere Deum esse, divinitatis prærogativis ipsum conspicuum fore dicunt tempore dispensationis exacto? Quo tempore consentaneum erat, ut, qui in similitudine nostra factus est, utique humanitatis modum respectui non haberet. Idem porro de illo divinum Lucam sensisse, ex ejus scriptis facile certe patebit. Angelum enim Dei refert ad Zachariam illum, Joannis patrem, dixisse: « Et erit gaudium tibi, et exsultatio, et multi in nativitate ejus gaudebunt ²¹. » Et postea: « Et multos filiorum Israel convertiet ad Dominum

τιῶν δύνασθαι τινὰς, πρέποι ἂν ἐτέρῳ μᾶλλον, πλήν ὅτι καὶ μόνῳ τῷ κατ' ἀλήθειαν ὄντι Θεῷ; Κύριοι γὰρ τῶν νόμων εἶεν ἂν οἱ θέντες αὐτούς, καὶ οὐχ ἕτεροι παρ' αὐτούς. Τίνα δὲ τρόπον καὶ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν σώζειν λέγεται, καίτοι μόνου κατεξουσιαζόντος Θεοῦ τῶν ἐπὶ γῆς; Εἶναι δὲ φημι καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπου μέτρον τε καὶ χεῖρα, τὸ ἐν ἀγίῳ Πνεύματι βαπτίζεῖν δύνασθαι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας· καὶ μὴν καὶ τὸ ἴδιον ἔχειν τὴν ἄλω, τουτέστι, τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ὡς ἐν ἀστάχεσιν νοουμένους, ἀνάρμοστον μὲν ἀνθρώπων παντὶ, πρέποι δ' ἂν μόνῳ Χριστῷ. Θεὸς γὰρ ἦν γενόμενος σὰρξ, τουτέστιν ἀνθρώπος. Τίνος δὲ, εἰπέ μοι, τὸν ζυγὸν ἔχοιεν ἂν οἱ ἐπὶ τῆς γῆς; ἄρ' οὐχὶ μόνῳ κατεξευχθαι Θεῷ φαίη τις ἂν εἰκότως αὐτούς; Εἶτα πῶς προστέταχεν ὁ Χριστὸς αἰρεῖν ἡμᾶς ἐφ' ἑαυτοὺς τὸν αὐτοῦ ζυγὸν, εἰ μὴ Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστί; Πῶς δ' ἂν εἶεν αὐτοῦ οἱ κατὰ τὸν οὐρανὸν ὄντες ἄγγελοι; Ἐποστειλεῖ γὰρ, φησι, τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ. » Καὶ ταυτὶ μὲν ἡμῖν ὁ Ματθαῖος, πλείστων ὄσων ἐτέρων σεσηγημένων, διὰ τοι τὸ μὴ δοκεῖν ἐνσεσωρευθῆναι τοῖς λόγοις μαρτύρων ἡχλον ἔξω βαίνοντα χοροῦ. Μάρκος; γε μὴν διὰ τῶν αὐτῶν ἐνοιῶν εἰσι πανταχοῦ, καὶ τοῖς τοῦ Ματθαίου συμφέρεται λόγοις. Γράφει γοῦν· « Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. » Ὁ δὲ Θεὸς κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς Υἱὸς, ὅτι πάντως πῶς καὶ Θεὸς ἐστι, πῶς οὐχ ἄπασιν ἐναργές; Ἐφη δὲ πάλιν τὸν μὲν Κύριον τοὺς ἁγίους ἀποστόλους εἰπεῖν, ὅτι Ἐπαρδοθήσεται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἀμαρτωλῶν, καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ σταυρώσουσιν αὐτόν· τὸν γε μὴν θεσπέσιον Πέτρον ἀναφωνήσαι οἱ, τό· « Ἰσχύς σοι, Κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο· » καὶ πρὸς; γε τοῦτο φάναι Χριστόν· « Ὑπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. » Οὐ γὰρ πεφρόνηκε τὰ τοῦ Χριστοῦ ὁ τάναντία λέγων ὁ Πέτρος. Θεὸν οὖν ἄρα Χριστὸν ἠνόμασε καὶ αὐτὸς, φρονήσαι ὡς περ ἔφη τὸν Πέτρον οὐ τὰ αὐτοῦ μᾶλλον ὡς Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Ἐφη δὲ πάλιν εἰπεῖν· « Ὅς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῆ με καὶ τοὺς ἐμούς λόγους, τοῦτον ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου αἰσχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. » Ἄλλ' εἰ μὴ Θεὸν οἶδε, πῶς ἐν δόξῃ τοῦ Πατρὸς ἀφίξεσθαι λέγει, δορυφοροῦντας ἔχοντα τοὺς ἁγίους ἀγγέλους; πῶς ἐν εὐκλείᾳ θεότητος Υἱὸς ἀνθρώπου; πῶς ἐν ταῖς ἀνωτάτω καὶ ταῖς κατὰ πάσης κτίσεως ὑπεροχαῖς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τοῦ ἔστιν, ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα; Ἄρ' οὖν ἐνδοιαστὸν τοῖς γε ὄλωσ ἐθέλουσι φιλοθηρεῖν εὐ μάλα τὸ ἀληθές, ὅτι Θεὸν ὄντα κατὰ ἀλήθειαν εἰδότες τὸν Κύριον, τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασιν ἐναθρύνεσθαι φασιν αὐτόν, παρελάσαντος τοῦ καιροῦ τῆς οἰκονομίας, καθ' ὃν ἦν ἀκόλουθον ἐν ὁμοιώσει τῇ καθ' ἡμᾶς γενόμενον, ἄπαξ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον οὐκ ἀτιμάσαντα ἔχειν; Ὅτι δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος ὁ Λουκᾶς πεφρόνηκεν οὕτω περὶ αὐτοῦ, σαφές ἂν γένοιτο καὶ μάλα βραδύως ἀπὸ γε τῶν παρ' αὐτοῦ γεγραμμένων. Ἄγγελον γὰρ ἔφη Θεοῦ

¹⁶ Marc. i, 1. ¹⁷ Marc. x, 33 seqq. ¹⁸ Matth. xvi, 22. ¹⁹ ibid. 23. ²⁰ Luc. ix, 26. ²¹ Luc. i, 14.

πρὸς τὸν Ζαχαρίαν εἰπεῖν, ὃς ἦν Ἰωάννου πατήρ· **A** « Καὶ ἔσται χαρὰ σοι, καὶ ἀγαλλίας, καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γενέσει αὐτοῦ χαρήσονται· » καὶ μεθ' ἑτερα· « Καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψει ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ. » Τίνα τοίνυν εὐηγγελίζετο ἀνά πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν ὁ θεσπέσιος Βαπτιστής; Ἄρ' οὐχὶ τὸν Ἰησοῦν, ὃν διεδείκνυ λέγων· « Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου; » Τίνας ἐπέστρεφεν ὡς πρὸς Κύριον τὸν Θεόν; Ἄρ' οὐχὶ πρὸς αὐτὸν λέγων ὅτι « Ἐγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; » Καὶ μὴν καὶ αὐτὸν τὸν Ζαχαρίαν προφητεύοντά φησιν ἐπὶ τῷ ἰδίῳ παιδί· « Καὶ σὺ, παιδίον, προφήτης Ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἐτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ τοῦ δοῦναι γινῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν. » Ἐφη δὲ πάλιν, ἅγιον ἄγγελον πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον εἰπεῖν περὶ τοῦ Χριστοῦ· « Οὗτός ἐστι μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. » Προφητεύων ὁ πατήρ, Ὑψίστον λέγων εἶναι τὸν Ἰησοῦν, Ὑψίστου δὲ αὐτὸν Υἱὸν καὶ ὁ θεσπέσιος ἄγγελος ὀνομάζει. Ἰσοκλήης γὰρ τῷ φύσαντι, καὶ κατὰ πᾶν ὅτιοῦν ἰσομέτρως ἔχων ὁ ἐξ αὐτοῦ πεφηνῶς Υἱὸς νοοῖτ' ἂν εἰκότως. Οὐ γὰρ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος οἰκονομικῶς, μειονεκτοῖτο ἂν κατὰ τι γοῦν ὄλως αὐτοῦ, ἀλλ' ὁ μὲν τῆς οἰκονομίας τρόπος ἐν ἰδίοις ἔσται λόγους. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπαράλλακτός τε καὶ ἀτρεπτος κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐδὲν εἰς ἰδίαν ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς ὁ Παῦλος φησιν, « Ἰησοῦς Χριστὸς ἡδεῖχθη φύσιν ἀπὸ γε τοῦ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι δι' ἡδὲ καὶ σήμερον ὁ αὐτός, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. »

Οἶμαι δὲ δεῖν καὶ ταῖς Ἰωάννου φωναῖς οὐχ ἑστίως **C** μαχαρημένον ἀπελέγχειν αὐτόν. Οὐ γὰρ τοι, καθά φησιν αὐτός, θεραπεύοντάς τινας τὰ τῶν ἁγίων μνημάτα θεοαμένος, Παύλου τέφρημι καὶ Πέτρου, προήχθη λέγειν ὡς εἴη Θεὸς Ἰησοῦς Χριστός. Ἀπίθανον γὰρ τὸ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας παρωρμηθῆναι νομίζειν αὐτὸν ἐπὶ τὸ χρῆναι θεηγορεῖν, διανιστάντος δὲ αὐτὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐφη γὰρ πού Χριστός τοῖς ἁγίοις μυσταγοῖς· « Οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Ἄλλ' οὐδὲ πρῶτος ἔφη Θεὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν. Ἀλλὰ γὰρ οἱ πρὸ αὐτοῦ γεγραφότες, Λουκᾶς τε, φημί, καὶ Ματθαῖος, καὶ μὲν τοι καὶ Μάρκος, Κύριόν τε καὶ Θεὸν ὀνόμαζον αὐτὸν, τὴν ὑπερτάτην δόξαν ἀπονέμοντες πανταχοῦ. Ὁ δὲ τὸ χρῆναι ψευδευεῖν ἐν ἰσῷ τάχα που τιθεῖς τοῖς ἐξαιρέτοις τῶν ἀνδραγαθημάτων, διατείνεται μὲν εἰπεῖν τὸν θεσπέσιον εὐαγγελιστὴν· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· » οὐ μὴν ἔτι καὶ ὅπως αἰσχυνόμενον, οἶμαι πού· οὐδαμοῦ δὲ φησιν αὐτὸν οὕτε Ἰησοῦν, οὕτε Χριστόν, ἄχρισ οὐ Θεὸν Λόγον ἀποκαλεῖ. Καί τοι πῶς οὐ λίαν λεπτός καὶ ἰσχνός ἄγαν ἀπεξεσμένος εἰς ἀλήθειαν ὁ περὶ γε τούτων αὐτῷ πεποιτῆται λόγος; Ἴνα γὰρ μὴ τῆς σαρκὸς γενέσει σύγχρονον εἶναι τις ὑποτοπῆσειε τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον, ἢ ἀρτιφικῆ καὶ πρόσφατον, εἶναι λέγοι Θεὸν, προδι-

²² Luc. 1, 46. ²³ Joan. 1, 29. ²⁴ ibid. 54. ²⁵ Luc. 1, 76, 77. ²⁶ ibid. 52. ²⁷ Hebr. xiii, 8. ²⁸ Matth. x, 20. ²⁹ Joan. 1, 14. ³⁰ ibid. 1.

(1) Quae unciis inclusa sunt, desunt in Graeco exemplari.

coeternum, atque « apud Deum erat. » Unum enim est cum Patre suo identitate naturali, quantumvis secundum propriam hypostasim, et intelligatur, et sit. Et « Per ipsum omnia facta sunt ³¹. » Omnia cum simpliciter initio dixisset, ita se ad enarrandum Incarnationis mysterium convertit. Dixit enim, « Verbum carnem factum esse », id est hominem, nullam passum mutationem in id quod non erat: mutationis enim expers Deus est et mutationi in his non esse obnoxium, non aliunde, sed in se potius substantialiter habet. Quod autem ex sancta Virgine sanctissima carne assumpta homo prodierit, et quod erat manserit, plane comprobavit, dicens: « Et habitavit in nobis; » quod non ex mutatione et conversione in carnis transisse naturam ipsum indicat, sed in ea habitasse, aut in sancto veluti templo, corpore nimirum suo, fuisse. Hic autem eorum quæ dicta sunt plane rudis, in Theologum impudentissime debacchatur, eumque Joannis verbis Inconsiderate confisum ait de Unigenito verba fecisse, neque porro *Christum* ipsum aut *Jesum* nominasse. Sed Julianum temere nunc quoque nugari et Inconsideratam prorsus accusationem instituire, ex ipsis Litteris sacris videre licet. Verissime enim accipit verba sancti illius Baptistæ, quæ de omnium nostrum Salvatore Christo protulit. Postquam enim « Carnem Verbum factum esse » dixit, tunc sane, tunc opportune admodum et *Christum* nominat, et *Jesum*, et divinitatis dignationibus præditum ait, licet nobis similis factus sit ratione dispensationis. Scripsit igitur ipse quoque in hunc modum: « Cum autem esset Hierosolymis in Pascha, in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus, quæ faciebat super infirmos. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnia ³². » Item: « Cum ergo sero esset die illo una Sabbatorum, et fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati proter metum Judæorum, venit Jesus **333** et stetit in medio, et dicit eis: Pax vobis ³³. » Ait etiam alicubi Dominum ipsum ad Patrem et Deum qui in cælis est dicere: « Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum ³⁴. » Quod autem ei homini facta servavit ea quæ divinitati conveniunt, ex ipsius verbis patebit. Sæpissime enim *Vitam* ipsum et *Lucem* nominat, adeoque potestate et gloria Patri æqualem, et incomparabili supra omnes eminentia præditum. Hic autem vitiligator, qui malum usque animo versat, et quiddam assidue venatur pervestigatque unde Christianam religionem vexet, ut sperat, per aliam veluti viam graditur, et ait:

κρίτοις εὖ μάλα ὑπεροχαῖς κατεστημένον. Ὁ δὲ ἀγαθῆς, ἀεὶ δὲ τι θηρώμενος, καὶ εὐρίσκειν ἐπιχειρῶν, δι' οὐπερ ἂν δύναιτο κακοῦν, ὡς οὐεται, τὰ Χριστιανῶν, δι' ἐτέρας ὡσπερ ἴεται τρίβου, καὶ φησιν·

JULIANUS.

Sed hoc quidem de Jesu Christo Joannem dicere, ne ipse quidem inficior. Quanquam placet nonnullis

³¹ Joan. 1, 3. ³² Joan. II, 23, 24. ³³ Joan. xx, 19. ³⁴ Joan. xvii, 3.

ἔξεισιν ἀναγκαίως, ὡς καὶ ἦν ἐν ἀρχῇ Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, » καὶ ὅτι συναϊδίως τῷ Πατρὶ, καὶ « πρὸς Θεὸν ἦν. » Ἐν γὰρ ἐστὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ Γεννήτορα ταυτέτη φυσικῆ, καίτοι καθ' ὄψοστασιν ἰδίαν ὑπάρχων καὶ νοούμενος. « Γέγονε δὲ καὶ πάντα δι' αὐτοῦ. » ταυτὶ *σύμπαντα* προσιπὼν ἀτέχνως, καθῆκεν οὕτω τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐπὶ γε τὸ δεῖν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ἀφηγήσασθαι τὸ μυστήριον. Ἐφη γὰρ « σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον, » τοῦτ' ἐστὶν, ἄνθρωπον, οὐ τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν ἀλλοιωσιν ὑπομείναντα· τροπῆς γὰρ ἐλεύθερον τὸ Θεῖον, καὶ τὸ ἀκλόνητον ἐν τούτοις οὐ θύραθεν αὐτῷ, ἐμπεφυκὸς δὲ μᾶλλον οὐσιωδῶς. Ὅτι δὲ τὴν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου πάνταγον σάρκα λαθὼν προῆλθεν ἄνθρωπος, καὶ μεμνηκεν ὅπερ ἦν, πεπληροφόρηκεν, εἰπὼν· « Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » ὁ οὐκ ἐξ ἀλλοιώσεως καὶ τροπῆς τῆς σαρκὸς μεταφοιτήσαντα φύσιν ὑπεμψήκειεν ἂν αὐτὸν, ἀλλ' ὅτι κατέφικηκεν, ἤτοι γεγωνῶς ὡς ἐν ἀγίῳ ναῷ τῷ ἰδίῳ σώματι. Ὁ δὲ συνείδς τῶν εἰρημένων οὐδὲν, προαλεστάτην τοῦ θεηγοῦν ποιεῖται τὴν κατάρβησιν, καὶ πρὸς γε τούτῳ φησὶν, ταῖς Ἰωάννου φωναῖς ἀβασανίστως ἐπιπαρβήσαντα, τὸν ἐπὶ γε τοῦ Μονογενοῦς ποιήσασθαι λόγον, οὐ μὴν ἔτι καὶ *Χριστὸν* αὐτὸν ἦγον *Ἰησοῦν* ὠνόμασε. Βατταρίζει δὲ ὅτι καὶ νῦν εἰκῆ, καὶ ἀκατάσκαετον παντελῶς ποιεῖται τὴν κατηγορίαν, ἐξ αὐτῶν ἔνεστι τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἰδεῖν. Δέχεται μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς τὰς τοῦ ἀγίου Βαπτιστοῦ φωνὰς, ἀλ' γεγόνασιν αὐτῷ περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, « Σάρκα γε μὴν γενέσθαι τὸν Λόγον, » εἰπὼν, τότε δὴ, τότε καὶ ἴσαν ἐπὶ καιροῦ καὶ *Χριστὸν* ὀνομάζει καὶ *Ἰησοῦν*, καὶ ἐν τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασιν εἶναι φησιν, καίτοι καθ' ἡμᾶς γεγονότα οἰκονομικῶς. Γέγραπται τοίνυν ὧδὶ καὶ αὐτός· « Ὡς δὲ ἦν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ Πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίησε ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευσεν ἑαυτὸν αὐτοῖς διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πᾶν. » Καὶ πάλιν· « Οὕτως οὖν ὅψως τῇ ἡμέρᾳ ἐκεῖνη τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων, καὶ πᾶν θυρῶν κεκλεισμένων, οὐ ἦσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἰρήνη ἡμῖν. » Ἐφη δὲ που καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεὸν εἰπεῖν· « Αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσὶ σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. » Ὅτι δὲ καὶ καθ' ἡμᾶς γεγονότι τετήρηκε τὰ θεοπρεπῆ, διὰ τῶν αὐτοῦ διδαχθήσεται λόγων. Πλεισταχοῦ γὰρ αὐτὸν καὶ *Ζωὴν* καὶ *Φῶς* ὀνομάζει, καὶ μέντοι καὶ ἰουρργὸν καὶ ἰσοκλεᾶ τῷ Πατρὶ, καὶ ταῖς κατὰ πάντων ἀσυμφιλαιτίοις οὐτοσί, καὶ διὰ πάσης ἰῶν ἐννοίας οὐκ

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἄλλ' ὅτι μὲν τοῦτο περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ φησιν Ἰωάννης, οὐδὲ αὐτὸς ἀντιλέγω. Καίτοι δοκεῖ τισι

τῶν δυσσεβῶν ἄλλον μὲν Ἰησοῦν εἶναι Χριστὸν, ἄ-
 λον δὲ τὸν ὑπὸ Ἰωάννου κηρυττόμενον Λόγον. Οὐ μὴν
 οὕτως ἔχει. Ὅν γὰρ αὐτὸς εἶναι φησιν Θεὸν Λόγον,
 τοῦτον ὑπὸ Ἰωάννου φησὶν ἐπιγνωσθῆναι τοῦ Βα-
 πτιστοῦ, Χριστὸν Ἰησοῦν ὄντα. Σκοπεῖτε οὖν ὅπως
 εὐλαβῶς, ἡρέμα, καὶ λεληθῶτως, ἐπεισάγει τῷ δρά-
 ματι τὸν κολοφῶνα τῆς ἀσεβείας, οὕτω τε ἐστὶ παν-
 οὔργος καὶ ἀπατεῶν, ὥστε αἰθίς ἀναδύεται προ-
 τιθεῖς· « Θεὸν οὐδεὶς εἰώρακε πώποτε. Ὁ Μονογενῆς
 Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξ-
 ηγήσατο. » Πότερον οὖν οὗτός ἐστιν ὁ Θεὸς Λόγος σὰρξ
 γενόμενος, ὁ μονογενῆς Υἱὸς, « ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις
 τοῦ Πατρὸς; » Καὶ εἰ μὲν αὐτῆς, ὄνπερ οἶμαι, ἐθεά-
 σασθε δῆπουθεν καὶ ὑμεῖς Θεόν· « Ἐσκήνωσε γὰρ
 ἐν ὑμῖν, καὶ ἐθεάσαθε τὴν δόξαν αὐτοῦ. » Τί οὖν
 ἐπιλέγετε, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς εἰώρακε πώποτε; Ἐθεά-
 σασθε γὰρ ὑμεῖς, εἰ καὶ μὴ τὸν Πατέρα Θεόν, ἀλλὰ
 τὸν Θεὸν Λόγον. Εἰ δὲ ἄλλος ἐστὶν ὁ μονογενῆς Θεός,
 ἕτερος δὲ ὁ Θεὸς Λόγος, ὡς ἐγὼ τινων ἀκήκοα τῆς
 ἡμετέρας αἰρέσεως, ἔοικεν οὐδὲ Ἰωάννης αὐτὸ τολ-
 μᾶν εἶτι.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Ἰσως μὲν οὖν οἰήσαιο· ἂν τις αὐτὸν ἐξ εὐμαθοῦς
 διανοίας τοῖς ἐξ ὀρθότητος συμφέρεσθαι λογισμοῖς,
 ὡς αὐτὸν εἶναι λέγειν Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν ἐνανθρω-
 πήσαντα τοῦ Θεοῦ Λόγον. Ὅτι δὲ πανοὔργον αὐτὸ
 καὶ νῦν τὸ ἐγγεῖρημα, δι' αὐτῶν ἐστὶν ἰδεῖν ὧν ἐφη.
 Ἡθῆθη γὰρ διαδείξειν δύνασθαι τὸν πανάριστον εὐ-
 αγγελιστὴν ταῖς ἐκυτοῦ φωναῖς ἀντεξάγοντα, καὶ
 οἷς αὐτὸς ἐφη μεμαχημένον. « Ἄλλ' οὐκ ἐπιτεύξετα
 δόλιος θήρας, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐφη γὰρ καὶ
 μάλα ἐμφρόνως, ὅτι· Θεὸν οὐδεὶς εἰώρακε πώποτε.
 Ἀποπτον γὰρ ὁμολογουμένως τὸ Θεῖόν ἐστι· θεοά-
 μεθα δὲ τὸν Υἱὸν τοῖς τῆς διανοίας ἁμασι, τῆ τοῦ
 Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐμπρέποντα δόξῃ, καὶ τὸ τοῦ τε-
 κόντος αὐτὸν ἀπαστράπτοντα κάλλος. Καὶ δι' αὐτῶν
 τοῦτο δέδεικται ἀποτελεσμάτων· ἐστὶ μὲν γὰρ χα-
 ρακτῆρ καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ οὐ
 κατὰ γε τὴν καθ' ἡμᾶς εἰκόνα προσεικῶς αὐτῷ· τὸ
 γάρτοι Θεῖον, ὡς ἐφη, ἀσώματον, ἀνειδὸν τε καὶ
 ἄποσον, καὶ ἀμέγεθες, καὶ ἀπαξιαπλῶς, ὑπὲρ νοῦν
 καὶ λόγον· ἀλλὰ καθὼ νοεῖται Θεός, πάντα ὑπάρ-
 χων ὅσα ὁ Πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι Πατῆρ. Καὶ
 γοῦν ἐνός που λέγοντος τῶν ἀγίων ἀποστόλων·
 « Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν, »
 ἀπεκρίναιτο λέγων· « Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν
 εἶμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; Ὁ ἑωρακῶς με,
 εἰώρακε τὸν Πατέρα. » Καίτοι πῶς οὐκ ἂν, οἶμαι,
 τίς εὐ μάλα διατεκμήρηται, ὡς εἴπερ ἦν ὁ σκοπὸς
 αὐτῷ τῷ τοῦ σώματος εἶδε· προσεικῆναι λέγειν τὸν
 φύσαντα, τί μᾶλλον ἔρασκεν· « Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα
 τοῦ Πατρὸς μου, μὴ πιστεύετε μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν
 ἔμοι μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύσατε; »
 Ἄν γὰρ εἴη τὸ ἐνεργῆς ἔχων ἀπαραλλάκτως ἴσον.
 τούτοις ἂν εἴη δῆπουθεν ἴσον, καὶ αὐτὸς ὁ τῆς φύ-
 σεως λόγος. Οὐκοῦν, ὦ κράτιστε, φαίην ἂν, οὐ ταῖς

A impiis, alium quidem esse Jesum Christum, aliud
 vero, quod a Joanne prædicatur, Verbum. Verum
 non ita res est. Nam quem ipse ait esse Deum
 Verbum, hunc esse dicit illum Christum Jesum a
 Joanne Baptista cognitum. Animadvertite igitur quo
 pacto caute, sensim, et clam fabulæ colophonem
 impietatis inducat, tamque versipellis ac fraudulen-
 tus sit, ut rursus tergiversetur, addens : « Deum
 nemo vidit unquam. Filius unigenitus, qui est in
 sinu Patris, ipse enarravit ³⁵. » Utrum igitur hic
 est Deus Verbum caro factum, unigenitus ille Filius,
 « ille qui est in sinu Patris? » Et si quidem ipse
 est quem puto, vidistis nempe et vos Deum : « Hab-
 itavit enim in vobis, et vidistis gloriam ejus ³⁶. »
 Cur addis igitur, quod Deum nemo vidit unquam?
 B Vidistis enim vos, si non Patrem Deum, at certe
 Deum Verbum. Sin autem alius est ille unigenitus
 Deus, alius vero Deus Verbum, sicuti ego nonnullos
 e vestra secta dicentes audii, videtur ne id quidem
 audire Joannes.

CYRILLUS.

Enimvero quispiam ipsum forsitan putaverit pro
 ingenii docilitate rectæ fidei assentiri, ita ut dicat
 ipsum Christum Jesum illud esse incarnatum Dei
 Verbum. At vafrum insuper istud esse consilium,
 ex iis videre licet, quæ diximus. Speravit enim
 facile se ostensurum optimum illum evangelistam
 suis dictis adversari, et secum pugnantia loqui.
 C **334** « Sed non assequetur dolosus prædam, » sic-
 uti scriptum est ³⁷. Dixit enim, utique valde pru-
 denter, quod « Deum nemo viderit unquam. » Deus
 enim certe spectabilis non est : sed vidimus Filium
 mentis oculis, Dei et Patris gloria conspicuum, et
 Genitoris sui pulchritudine refulgentem. Atque hoc
 ex ipsis effectis demonstratum est. Est enim char-
 acter et splendor gloriæ ejus ³⁸; et non ratione
 figuræ nostræ ei assimilis (Deus enim corpore et
 forma caret, uti dixi, et quantitatis ac magnitudi-
 nis est expers, atque ut uno verbo dicam, omni
 mente et oratione major); sed quatenus intelli-
 gitur Deus, omnia existens quæcunque Pater est,
 dempto hoc uno, quod Pater est. Unde cum unus o
 D sanctis apostolis alicubi diceret : « Domine, ostende
 nobis Patrem, et sufficit nobis; » respondit, dicens :
 « Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis
 me, Philippe? Qui vidit me, vidit Patrem ³⁹. » At
 quomodo non recte aliquis conjecerit, quod si pro-
 positum ei esset dicere, genitorem forma corporea
 similem esse, cur potius diceret : « Si non facio
 opera Patris mei, nolite credere mihi; si autem
 facio et si mihi non vultis credere, operibus cre-
 dite ⁴⁰? » Quorum enim æqualis est per omnia et
 eadem efficacia, horum eadem erit utique ratio
 naturæ. Itaque dixerim ego, vir præstantissime :
 Non invenimus divinum evangelistam suis dictis

³⁵ Joan. i, 18.³⁶ ibid. 14.³⁷ Prov. xii, 27.³⁸ Hebr. i, 5.³⁹ Joan. i, 8, 9.⁴⁰ Joan. x, 37, 38.

repugnare, quamvis dicat « Deum visum esse nunquam, » et quandoquidem Jesum vidimus iis modis, quos prius atulimus, non erit mendax ille propugnator veritatis, quin potius res utrobique vera est. Divinitatis enim natura invisibilis est Filius, visibilis tamen in gloria quæ Deo convenit, et quando homo factus est. Tunc enim et ipsum « vidimus, et gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis ⁴¹. » Quocirca divinus ille David incarnationis mysterium prædixerat, dicens: « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit ⁴². » Item propheta Isaias veluti protensa manu demonstrat incarnatum, et ait: « Ecce Deus noster, ecce Dominus cum virtute veniet, et brachium cum dominatione ⁴³. » Addam et beatum Baruch Isaiæ verbis suffragantem. Dixit enim ipse quoque alicubi: « Hic est Deus; non æstimabitur alius ad eum. Advenit **335** omnem viam scientiæ, et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo: et post hæc super terram visus est, et cum hominibus conversatus est ⁴⁴. » Filium igitur ut hominem in terra vidimus degentem cum hominibus, invisibilem quidem cum Patre, secundum divinitatis naturam; sed visibilem una cum Patre, intellectualiter, divinitatis nimirum et miraculorum præstantia. Divina quippe signa solo nutu perficiebat. Porro Julianus ad quidvis comminiscendum præceps, et cujusvis sancti accusator, nos venerationi sanctorum martyrum addictos esse criminatur, et ait:

ρημάτων ἀπεριμερίμωως ἰὼν, καὶ παντὸς ἁγίου κατήγορος, ὅτι τῆς εἰς ἁγίους μάρτυρας αἰδοῦς ἀπηρέτημα κατατιθέται, καὶ φησιν·

JULIANUS.

Verum istud quidem mali a Joanne cepit initium. Quæcunque autem vos deinceps adinvenistis, additis ad priscum illum mortuum novis mortuis, quis pro dignitate satis exsecretur? Sepulcris ac monumentis implestis omnia, licet apud vos nusquam dictum sit circa sepulcra versandum esse eaque colenda. Eo vero progressi estis nequitiae, ut putetis ne Jesu quidem illius Nazareni ea de re verba audienda. Audite ergo quæ de monumentis ille dicit: « Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocritiæ, quia similes estis sepulcris dealbatis; foris sepulcrum apparet formosum, intus autem plenum est ossibus mortuorum, et omni immunditia ⁴⁵. » Si ergo sepulcra Jesus immunditia plena esse dixit, quomodo vos super iis Deum invocatis?

His subjungit, quod cum quidam discipulus diceret: « Domine, permitte mihi ut primum abeam, et sepeliam patrem meum; » ipse responderit: « Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos ⁴⁶. »

ἑαυτοῦ φωναῖς ἀντηνεγγόμενον εὐρήσομεν τὸν θεοσπέσιον εὐαγγελιστὴν, καὶν εἰ λέγει, « Θεὸν μὴ ἐωρεῖσθαι: πῶποτε, » οὐδὲ ἐπέλεπερ θεθεάμεθα τὸν Ἰησοῦν, κατὰ γε τοὺς ἤδη προαποδοθέντας τρόπους, ψευδοεπιθῆς οὐκ ἂν εἴη ὁ τῆς ἀληθείας ὑπασπιστῆς· ἀληθὲς δὲ μᾶλλον ἐστὶ κατ' ἄμφω τὸ χρῆμα. Φύσει μὲν γὰρ θεότητος ἀόρατος Υἱὸς, ὁρατὸς γε μὴν ἐν δόξῃ θεοπροπεῖ, καὶ ὅτε γέγονεν ἀνθρώπος. « Τὸ γὰρ καὶ αὐτὸν θεθεάμεθα, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Καὶ γοῦν ὁ θεοσπέσιος Δαβὶδ τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον προανακεκράγει λέγων· « Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἤξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. » Καὶ μὴν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαίας μονονοχὶ καὶ χεῖρα προτείνων, καταδείκνυσιν ὡς σεσαρκωμένον, καὶ φησιν· « Ἴδου ὁ Θεὸς ἡμῶν, Ἴδου Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίον μετὰ κυρίας. » Προσεποίησθε δὲ ὁμοίως καὶ τὸν μακάριον Βαροῦχ τοῖς Ἡσαίου συμβαλίνοντα λόγους. Ἐφη γάρ που καὶ αὐτός· « Οὗτος ὁ Θεός, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξέφυρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακώβ τῷ παιδί αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἡγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Οὐκοῦν ὡς ἀνθρώπων ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις συνδιατιώμενον θεθεάμεθα τὸν Υἱὸν, ἀόρατον μὲν ὄντα μετὰ τοῦ Πατρὸς κατὰ γε τὴν τῆς θεότητος φύσιν· ὁρώμενον δὲ νοητῶς καὶ μετὰ Πατρὸς ὑπεροχῇ θεότητος καὶ μεγαλοουργίας. Ἐπλήρου γὰρ τὰς θεοσημείας κατανεύσας μόνον. Ὁ δὲ πρὸς πᾶν ὄτιοῦν τῶν ἰδίων εὐρηματων ἀπεριμερίμωως ἰὼν, καὶ παντὸς ἁγίου κατήγορος, ὅτι τῆς εἰς ἁγίους μάρτυρας αἰδοῦς ἀπηρέτημα κατατιθέται, καὶ φησιν·

C

IOYΛΙΑΝΟΣ.

Ἄλλὰ τοῦτο μὲν τὸ κακὸν ἔλαβεν παρὰ Ἰωάννου τὴν ἀρχήν. Ὅσα δὲ ὑμεῖς ἐξῆς προσεურήκατε, πολλοὺς ἐπεισάγοντες τῷ πάλαι νεκρῷ τοὺς προσφάτους νεκρούς, τίς ἂν πρὸς ἀξίαν βδελύξεται; Πάντα ἐπληρώσατε τάφων καὶ μνημάτων, καίτοι οὐκ εἴρηται παρ' ὑμῖν οὐδαμῶς τοῖς τάφοις προσκυλινοῦσθαι καὶ περιέπειν αὐτούς. Εἰς τοῦτο δὲ προελήλυθα μοχθηρίας, ὥστε οἴεσθαι δεῖν ὑπὲρ τούτου μηδὲ τῶν γε Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου ρημάτων ἀκούειν. Ἀκούετε οὖν ἃ φησιν ἐκεῖνος περὶ τῶν μνημάτων· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκοιταμένοις· ἔξωθεν ὁ τάφος φαίνεται ὡρατός, ἔσωθεν δὲ γέμει ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. » Εἰ τοίνυν ἀκαθαρσίας Ἰησοῦς ἔφη εἶναι πλήρεις τοὺς τάφους, πῶς ὑμεῖς ἐπ' αὐτῶν ἐπικαλεῖσθε τὸν Θεόν;

Προσεπάγει δὲ τούτοις, ὅτι καὶ μαθητοῦ τινος λέγοντος· « Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν, καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου, » αὐτὸς ἔφη· « Ἀκολούθει μοι, καὶ ἄρες τοὺς νεκρούς θάπτειν τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. »

⁴¹ Joan. i, 14. ⁴² Psal. xlix, 3. ⁴³ Isa. xl, 10. ⁴⁴ Baruch. iii, 36-38. ⁴⁵ Matth. xxiii, 27. ⁴⁶ Matth. viii, 21, 22.

Πλείστα μὲν οὖν ὄσα περὶ τούτων αὐτῷ προσδιε-
λέγμεθα, καὶ μακρὸς ἤμιν ἐν τούτοις προλαβοῦσι
δεδαπάνηται λόγος. Χρῆναι δὲ οἶμαι καὶ νῦν ὀλίγα
ἄττα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν. Τὰς μὲν οὖν τῶν σωμάτων
θῆκας οὐκ ἀπηλλάχθαι φαμέν ἀκαθαρσίας· πλὴν
οὐχὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, ἀμνημονεῖν ἄξιον τῆς
τῶν τεθνεώτων ἀρετῆς. Ἄλλ' οὐδὲ ὅτι νόμῳ φύσεως
τὸ ἐκ γῆς εἰς γῆν λέλυται σῶμα τῶν τὴν ἀξιάγαστον
ἐξησκηκότων ζῶν, ποιησόμεθα παρ' οὐδὲν τὸ χρῆναι
τιμᾶν αὐτούς, ἐπεὶ τινα τρόπον ἐπαινέσαι τις ἂν
αὐτούς, ἄριστά τε καὶ εὐκλεέστατα διαβιοῦν ἤρημέ-
νους, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ τεθνάναι πολλὰκις ἠφειδηκό-
τας, ἵνα ταῖς τῶν ἐσομένων μνήμασι ἀξιάκουστόν τι
περὶ αὐτῶν ἐγγράφηται. Ἐπιθύμη γὰρ λέγοντός B
τινος ἐν τοῖς Ὀμήρου ποιήμασι·

*Μὴ κἄν ἀσπουδεῖ τε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
'Αλλὰ μέγα βέβας τι καὶ ἐψιγόνοισι πυθέσθαι (1).*

Ἄρ' οὖν τὸν οὐκ ἀσπουδεῖ τε καὶ ἀκλειῶς τῶν ἀν-
θρωπίνων ἀποδημήσαντα, κατωρθωκότα δὲ τι μέγα,
ἐφ' ᾧ περ ἂν τις εὖ μάλα κατασεμνύνοιο, σιγῇ καὶ
λήθῃ καταλιπεῖν ἄξιον, ἢ τῷ παγκάλῳ θαύματι στε-
φανοῦν, μακροῦ καὶ ἀτελευτήτου κατευφρᾶναι τιμῇ,
ὡς μονοουχὶ καὶ συνηθηκότα· καὶ τῆς ἀνδρείας
αὐτοῖς κεκοινωνηκότας; Οἱ γὰρ ὅτι τὴν ἐξαίρετον τοῦ
βίου διελάσαντες τριβόν, δι' οὐδενὸς πεποιήκασι τὸ
παθεῖν ἐπαινεῖν ἐγνωκότες, πῶς οὐκ ἐν δίκῃ καὶ τῶν
ἀνδραγαθημάτων αὐτοῖς ἔσονται κοινωνοί; Ὁ δὲ ἡδὴ C
φθάσας ἔφη, καὶ εἰσαυθὶς ἔρω. Ἀθήνησι γοῦν τοῖς
ὅτι μάλιστα κατεγλωττισμένοις καὶ εὐήγορεῖν εἰω-
θόσιν ἐτησίους ἀγῶνας προτεθεισθαί φασιν ἐπὶ τοῖς
τῆς Ἑλλάδος προκινδυνεύουσι, οἱ ταῖς τῶν Βαρβάρων
ἀλαζονείαις ἀντανιστάμενοι καί περ ὄντες ἀρι-
θμῷ βραχεῖς, ἤτους μὲν ἦσαν τῆς τῶν πολεμίων
ἀναριθμήτου φάλαγγος· ἐπειδὴ δὲ νικᾶν οὐκ ἐξῆν,
ἀντὶ τοῦ νικῆσαι τὸ μὴ ἀνάνδρως ἀποθανεῖν ἀρπᾶ-
σαντες, μνήμης τε καὶ ἐγκωμίων παρ' ἐκείνοις
ἔξινται· ὥστε καὶ ὄρκιον γενέσθαι τὸ χρῆμά τισιν.
Οὐ γὰρ, ἔφασκον, μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυ-
νεύσαντας τῶν προγόνων, οὐδὲ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυ-
μαχήσαντας, οὐδὲ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, οὐδὲ τοὺς
ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους, οὐδὲ πολλοὺς ἄλλους D
τοὺς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι κειμένους. Ὅτε τοί-
νου καὶ τοῖς Ἀθηῆναισι εὐστομωτάτους λογάσι, καί-
περ οὖσιν εἰδωλολάτραις, εὖ ἔχειν ἐδόκει τὸ χρῆναι
τιμῆς καὶ γερῶν ἀξιοῦν τοὺς τὸν εὐκλεᾶ μὴ φυγόν-
τας θάνατον, καὶ ἐπ' αὐτάς ἵναί τις τῶν σωμάτων
θῆκας· ἐπ' αὐτοῖς γὰρ τοῖς τῶν ἀνδραγαθημάτων
λειψάνοις ἐποιοῦντο τοὺς λόγους· ἀνθ' ὅτου λοιπὸν
ὁ κράτιστος Ἰουλιανὸς κατακέκραγεν οὐκ ὀρθῶς τῆς
Χριστιανῶν ἐπεικειας, εἰ περὶ πολλοῦ πεποιήνται
τὴν εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας αἰδῶ καὶ τιμὴν, οἱ
πάντες γεγονότες, δι' αἵματος τῆς προσκαίρου ζωῆς
ἠλλάξαντο τὸ ἰδρωμένον ἐν πίστει, καὶ τῆς εἰς Χρι-
τὸν εὐσεβείας τὰ αὐχμήματα; Ἡ τάχα που κατασκώ-

1.

(1) *Iliad*. X, v. 303, 305.

Plurima de his antea cum illo disseruimus, et
longa nobis superius in istis consumpta est oratio.
Pauca tamen etiam nunc ei respondenda existimo.
Equidem corporum loculos immunditia carere non
dicimus. Verumtamen æquum non fuerit hanc ob
causam mortuorum virtutem oblivione præteriri.
Sed neque quod lege naturæ corpus eorum, qui
præstantissimam vitam duxerunt, e terra in terram
solutum sit, honoribus eos afficere pro nihilo habebimus,
cum hos nemo non **336** quodammodo
laudaverit, quod optimum et præclarum vitæ genus
susceperint, ac mortem sæpius contempserint, ut
aliquid de se laude dignum posterorum mandaretur
memoriæ. Audivi enim quemdam apud Homæ-
rum dicere:

*Ne certe ignaviter et inglorie peream,
Sed magno aliquo patrato facinore et seris nepotibus
[audiendo].*

An igitur eum, qui non ignavus et inglorius exces-
serit e rebus humanis, sed magnum aliquid et il-
lustre patravit, silentio et oblivione præteriri decet;
an honestissimis laudibus ornari, longoque et per-
petuo honore affici a nobis, utpote qui tantum non
cum ipsis certavimus, et virtutis eorum consortes
ne socii exstitimus? Qui enim eos laudandos susci-
piunt, quod eximio vitæ itinere decurso adversos
casus nihili fecerint, nunquid jure etiam præclare
factorum una cum ipsis erunt participes? Quod
jam prius dixi, repetam iterum. Athenis annua cer-
tamina disertissimo cuique proposita fuisse perhi-
bent de laudandis iis, qui periculo pro Græcia
suscepto Barbarorum insolentiæ tametsi numero
pauci obstiterant, quique innumerabili hostium
agmine longe quidem minores, cum vincere non
possent, pro victoria generosa morte arrepta, mo-
numentis et laudibus apud Athenienses digni sunt
habiti. Adeo ut aliquibus religioni quoque res esset:
Non enim, aiebant, per eos, qui in Marathone occu-
buerant: neque per eos, qui ad Artemisium aut
Plataeis in acie steterant: neque per complures
alios qui in monumentis publicis jacebant. Cum
igitur Athenarum facundissimis illis oratoribus,
quævis idola colerent, æquum visum sit ornare
laudibus eos, qui præclaram mortem non defugis-
sent, et ad ipsa corporum sepulcra procedere (coram
ipsis enim reliquiis egregiorum facinorum laudes
oratione prosequebantur): cur demum præstan-
tissimus Julianus in Christianorum humanitatem
perperam invecutus est, quod venerationem et hono-
rem erga sanctos martyres plurimi faciant, qui
omnes quotquot fuerunt, suo sanguine tempora-
riam vitam constantia fidei, et gloriatione pietatis
in Christum, commutarunt? An forte ridendos illos
existimat, nec æquo animo ferre potest, **337** quod
non illi quoque fuerint apostatæ, imbelles, fugaces,

ignavi, et supini, et pietatis in Deum contemptores, sicuti nimirum ipse ille qui eorum virtuti detrahit?

τες, και τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας καταφρονηταί, καθάπερ ἀμέλει και αὐτὸς ὁ τῆς ἐνουσης αὐτοῖς εὐανδρίας κατήγορος;

Atenim, inquit, fugienda sunt sepulcra, quæ Christus etiam ipse immunditiei plena esse dixit. Sciebat enim mortuum sic abominandum esse, ut ne discipulo quidem permiserit patrem sepelire. Atqui nos illum sensum eorum, quæ a Salvatore dicta sunt, penitus ignorasse nullo negotio videmus. Etenim a sepulcris recedere non jussit, quamvis ea mortuorum ossibus et omni impuritate scatere nosset; sed sepulcris dealbatis potius comparare voluit captiosam illam et simulatam Pharisæorum nationem, qui probitatis famam et estimationem specie tenus suffurabantur, sed improbitatis et omnis immunditiæ, spiritualis videlicet, refertum pectus habebant. Præcipiendo ergo discipulo, ut sequeretur se, aliisque sepelire mortuos permitteret; docuit nos charitati in Deum esse jure postponendos, eo quod pietate etiam in parentes majora sunt quæ ad Deum pertinent. Rerum enim auctor ac universi conditor ipse est. Quod autem non ignoraret sepulcra sive mortuos nullam mentibus hominum posse labem inducere, manifeste declarat, cum ad mortuos et ipsa monumenta dignatur accedere. Ita forte Lazarum etiam fetidum ad vitam redire jussit⁴⁷. Ita archisynagogi filia mirabiliter revixit. « Tetigit enim, inquit, memum ejus, dicens: Puella, surge⁴⁸. » Præterea et in Naim, quæ Judææ civitas una erat, viduæ filium excitavit, tacto loculo, cum inclamasset: « Adolescens, tibi dico, surge⁴⁹. » Quam enim, quæso, labem nostris animis inducent viri mortui reliquæ? An mentem nostram polluent, aut ad nefanda pervertet fetor ille qui in sensus incurrit? Quanquam quid ad hanc stultitiam addi potest? cum præsertim videamus mortuorum reliquias, non nudas aut negligenter in terram disjectas, sed apprime reconditas. In terræ enim penetralibus velut in sinu matris latent. Objiciet porro qui defendendos mortuos susceperit: Quid causæ est, cur sepulcra vel mortuos abominandos putes? **338** Quam labem corpus aut sepulcrum tuis immittet, qui propius accesserint? An justitiæ cultorem injustum efficiet? impudicum et intemperantem eum, qui sit frugi ac temperans? avarum, qui sit liberalis? crudelem et imitem, qui sit lenis ac facilis? impium, qui Dei sit amans? Minime vero: non enim inficiet, opinor, animi bona mortuorum reliquæ, sed voluntatum potius ad turpia propensiones. Cernis has leges, quibus ad recti honestique viam dirigimur? Hæc puniunt adulteros, injustos, raptos, et aliis criminibus irretitos; neminem tamen eorum, qui sepulcra adeunt, aut accedunt ad mortuos, pœna dignum vides illas statuere. At sepulcra nonnullos improbos efficiunt,

Απειν οἴεται δεῖν αὐτούς, και δεδυσφόρηκεν οὐ μετρίως, ὅτι μη και αὐτοὶ γεγόνασιν ἀποστάται, δειλοὶ, και ῥιψάσπιδες, ῥάθυμοὶ τε και ἀναπεπτωκό-

τες, και τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας καταφρονηταί, καθάπερ ἀμέλει και αὐτὸς ὁ τῆς ἐνουσης αὐτοῖς εὐανδρίας κατήγορος;

Ἄλλὰ γὰρ ναί, φησὶν, φευκτέον τοὺς τάφους, οὓς και αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἀκαθαρσίας ἐφη μεστούς. Ἦδει δὲ οὕτω τὸν τεθνεῶτα βδελυρῶν, ὥστε οὐδὲ ἐφηκε τῷ μαθητῇ θάπτειν τὸν πατέρα. Μάλιστα μὲν οὖν ἠγνοηκότα παντελῶς τῶν τοῦ Σωτῆρος βημάτων τὴν δύναμιν, ἀμογητὶ κατοφόμεθα. Οὐ γὰρ τοὶ τάζων ἀποφοιτῶν προστέταχεν, καιπερ εἰδὼς αὐτούς ὁστέων νεκρῶν μεστούς και πάσης ἀκαθαρσίας· τάφοις δὲ μᾶλλον κεκονιαμένοις ἀφομοιοῦν ἐδόκει τὸν εἰρωνα και ὑποκριτῆν τῶν Φαρισαίων δῆμον, ἐπιεικείας μὲν δόκησιν ἐμφανῆ παρακλίετοντα, φαυλότητος δὲ και ἀπάτης ἀκαθαρσίας, νοητῆς δηλονότι, πεπληρωμένην ἔχοντα τὴν καρδίαν. Τῷ γε μὴν τῷ μαθητῇ τὸ χρῆναι δὴ μᾶλλον κατακολουθεῖν εἰπεῖν, ἐφείναί δὲ θάπτειν τοὺς τεθνεῶτας ἐτέροις, ἐδίδαξεν ὅτι τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης κατόπιν ἐρρίψθαι τὰ καλὸ ἤμαξ; πρέπει ἂν εἰκότως, ὅτι και τῆς εἰς γονέας αἰδοῦς τὰ Θεοῦ μερίζονα. Γενεσιουργὸς γὰρ και ποιητῆς τῶν ὄλων αὐτός. Ὅτι δὲ τοὺς τάφους, ἤτοι τοὺς νεκρούς, ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς μολυσμὸν οὐδένα δυναμένους ἐμποιεῖν ἠπίστατο, διέξεισιν ἐναργῶς, ἐπιφοιτῶν τοῖς τεθνεῶσιν ἀζῶν, και αὐτοῖς δὲ τοῖς μνήμασιν. Οὕτω τὸν Λάζαρον ἴσως παλινάγρετον ποιεῖσθαι τὴν ζωὴν και ὀδωδῶτα προστέταχεν. Οὕτω τὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου παραδόξως ἀνεθῶ κόνιον. « Ἦψατο γὰρ, φησὶν, τῆς χειρὸς αὐτῆς, λέγων· Ἦ ψαῖς, ἐγειραι. » Και μὴν και ἐν Ναῖν (μία δὲ αὕτη τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν πόλις) τὸν τῆς χήρας ἀνέστησεν υἱὸν, ἀψάμενος τῆς σοροῦ, και δὴ και ἐπιφωνῶν· « Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι. » Τίνα γὰρ δὴ ταῖς ἡμετέραις διανοίαις ἐνεργάσεται μολυσμὸν ἀνδρὸς τεθνεῶτος λείψανον; Ἄρα καταμιανεῖ τὸν ἐν ἡμῖν ὄντα νοῦν, ἢ και παρτρύπει πρὸς ἃ μη ὀέμεις, τὸ δυσώδες αἰσθητῶς; Καίτοι πῶς οὐκ εὐθελῆς ἐμπλεως ἂν εἴη ὁ τοῖσδε λόγος; Ἄλλως τε τῶν κατοιομένων· τὰ λείψανα καιθῶσι τις ἂν οὐ γυμνά, και ἀτημειλῶς εἰς γῆν κατερρίμμένα, ἀλλ' εὐ περιεσταλμένα· κέκρυπται γὰρ καθάπερ ἐν κόλπῳ μητρὸς, ἐν κευθμῶνι τῆς γῆς. Φαίη δ' ἂν, εἴπερ τις ἔλοιο τοῖς τεθνεῶσι συνειπεῖν· Βδελυρούς ἠγείσθαι τοὺς τάφους, ἤγουν τοὺς νεκρούς, ἀνθ' ὅτου; Τί τοῖς ἰούσιν ἐγγὺς ἐνφύσει τὸ βλάβος, ἢ σῶμα τυχόν, ἢ τάφος; Ἄρα γὰρ ἀδικον ἀποφαίνει τὸν δικαιοσύνης ἐραστήν; ἀσελίη και ἀκόλαστον τὸν ἐπιεικῆ και σώφρονα; ἤτονα χρημάτων τὸν φιλοκερδίας ἀμείνω; μὴν και ἀνήμερον τὸν εὐπρόσιτόν τε και πρῶον; δυσσεβῆ τὸν φιλόθεον; Οὐ μὲν οὖν διαλυμανεῖται γὰρ, οἶμαι, τοῖς τῆς ψυχῆς ἀγαθοῖς ἤκιστα μὲν τῶν οἰχομένων τὰ λείψανα, θελημάτων δὲ μᾶλλον τῶν ἐπ' αἰσχίστοις ῥοπαί. Ὅρα; τουτουσὶ τοὺς νόμους καθ' οὓς ἐπευθύνεται πρὸς τὸ εὐ ἔχειν τὰ καλὸ ἤμαξ; Οὗτοι κολάζουσι μὲν μοιχοῦς, ἀδίκους, ἄρπαγας, και τοὺς τοῖς ἐτέροις ἐναιλημμένους αἰ-

⁴⁷ Joan. xi, 43. ⁴⁸ Marc. v, 41. ⁴⁹ Luc. vii, 14.

τιάμασιν· οὐδένα γε μὴν τῶν ἀπιόντων εἰς τάφους, ἢ ἐπιφοιτώντων νεκροῖς· δίκην ἄξιον ὀρῶνται λέγοντες. Ἄλλὰ μιαρῶς τινὰς ἀποτελοῦσιν οἱ τάφοι, καὶ ἐφ' ἃ μὴ προσήκειν, εἰσὶ παρακομίζεσθαι ἱκανοί, καὶ ψυχικῆς πιμπλῶσιν ἀκαθαρσίας διὰ τῆς ἐνούσης κακοσμίας αὐτοῖς. Οὐκοῦν ὠφελείτωσαν πονηροῦς, καὶ πονηρῶν ἐπιτηδεύματων ἀπαλλαττέτωσαν μυροπώλιά τε καὶ τὸ θαμίζεσθαι ἐν αὐτοῖς· καὶ μοιχεύσας ἀλόως τις γραφῆ στεφανούσθω βόδοις, καταμυριζέσθω τὸ σῶμα, ἐλευθεροῦ ἔστω παντὸς αἰτιάματος. Εἰ γὰρ ἀποφαίνει φῦλον; ἢ τῶν τάφων ἀκαθαρσία, καὶ καθαρίζεται φαυλότῃτος τὰ εὐοσμώτατα τῶν χωρίων, καὶ μὴν καὶ ἀνθρώπων. Ἄλλὰ γὰρ ἴσως ἐκεῖνο συμπλάσαντες κατὰ σφᾶς αὐτοῦς, οἰήσονται τι τῶν ἀναγκαίων ἐντεθυμῆσθαι καὶ λέγειν. Τὸ γάρτοι νεκρὸν ἄπαν, ἤγουν καὶ αὐτὸς ὁ θάνατος, τῶν ὅτι μάλιστα κατεστυγημένων ἔστι τοῖς θεοῖς. Σύμφρονες δὲ τούτοις ἡμεῖς, καὶ τῆς πρὸς αὐτοῦς ὁμοθεσίας ἐξήμμεθα. Μάλιστα μὲν οὖν ἓνα τε καὶ φύσει καὶ κατὰ ἀλήθειαν ὄντα Θεὸν, ἢ θεοῦνευστος ἡμῖν διηγόρευετο Γραφή, ἕτερον δὲ πρὸς αὐτὸν παντελῶς οὐδένα προσκυνεῖν εἰδίσαμεθα. Πλὴν οἱ θεοὶ καθ' ἡμᾶς εἰσιν, οἷς καὶ ἀπηχθῆσθαι φατε τὸν θάνατον, συγκαθίστανται τάχα που καὶ συνηγήκασιν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ὡς ὑπὸ φθορὰν πεσοῦσι καὶ θάνατον. Ἄλλ' εἴπερ εἰσὶ θεοὶ, καὶ συνηγήκασιν ἀληθῶς τοῖς ὑπὸ φθορὰν, ἀνθ' ὅτου δὴ μᾶλλον μὴ ἀφιστάσιν αὐτῆς τοὺς ἐλακωκτάς, καὶ πεπραχότας ἀθλιώτας, εἰ καὶ μὴ πάντας τυχόν. Ἄλλ' οἶδεν αὐτοῦς δεδιότας τὸν ἄδην ὁ προῦχων ἐν ποιηταῖς, γὰρ ὀμνύοντα τινὰ τῶν θεῶν καὶ λέγοντα·

*Ἴστω νῦν τὸδε γαῖα, καὶ οὐρανὸς εὐρύς ὑπερθεν,
Καὶ τὸ κατεϊβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος*

*Ἵρκος δεινότατος πέλεται μακάρεσσι θεοῖσι (1).
Φάναί δέ φησι τάχα που τὴν Ἥραν πρὸς τὸν ὀμνῶν
μόνα τε καὶ σύννευον Δία·*

*Αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον εἶπες;
Ἄνδρα θνητὸν ὄντα, πάλαι πεπωμένον ἀσχη,
Πῶς ἐθέλεις θανάτῳ διορηγῆσαι ἐξαναλύσαι;
Ἐρδ', ἀτὰρ οὐ τοὶ πάντες ἐπαίεμεν θεοὶ ἄλ-
λοιοι (2).*

Ἄνθ' ὅτου γὰρ, φησὶν, εἰκὴ πονῶν οὐκ αἰσθάνη, καὶ τὰ ἀνέφικτα ζητῶν; Εἶτα οἷσι μὴ πάντῃ τε καὶ πάντως ἀφαμαρτεῖν τοῦ καθήκοντος λογισμοῦ, καὶ μὴν καὶ ἐπαίνου παντὸς ἐν δίκῃ διαπεσεῖν; Ὅτε τοῖνον οἱ παρ' αὐτοῖς μουσολήπτοι, καὶ τὴν τοῦ θεοκλυτεῖν ἀράμενοι δόξαν, καὶ εὐ εἰδότες τὰ τῶν θεῶν, ἤτησθαι φασὶν αὐτοῦς καὶ θανάτου καὶ μοιρῶν, ἀνθ' ὅτου νεκρὸν ὀνομάζει Χριστὸν τοῦ θανάτου κρείττονα καὶ ὀλετήρα φθορᾶς; Ἀπεσῆθη μὲν γὰρ ἐτέρων αὐτὸν ἀρρήτοις τε καὶ θεοπρεπέσι νεύμασι, καὶ δυνάμει ζωοποιῶ, ἐφῆκε δὲ καὶ αὐτὸς ἐκὼν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ τῷ θανάτῳ προσβαλεῖν, οὐκ ἐπὶ νεκρότητος βεβαίωσαι μᾶλλον, ἀλλ' ἐπὶ λύσει φθορᾶς καὶ ἀναίρεσει θανάτου. Ἐπειδὴ γὰρ ἦν σῶμα ζωῆς τὸ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ ζωογονούντος τὰ πάντα, ταύτη τοι καὶ μάλα εἰκότως ζῶν τῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν οὐκ ἠνέσχετο. Πῶς οὖν ἔστι νεκρὸς ὁ ζῶν, καὶ ζωοποιὸς, καὶ ἄ-

A et ad res nefarias inducere queunt, et animali perfundunt impuritate per terrimum illum quem spirant odorem. Ergo prosint improbis, eosque a malis moribus vindicent officinæ unguentariæ, et frequenter versari in illis; etiam adulterii reus aliquis coronetur rosis, corpus unguentis perfundatur, tum ab omni crimine liber esto. Nam si malos efficit sepulcrorum impuritas, a malitia vicissim odoratissima quæque loca, floresque adeo, puros efficiunt. Atenim forsân illud apud se commentis, magnum quiddam se concepissee et eloqui putabunt. Omne quippe cadaver, seu mors etiam ipsa, res est diis admodum invisâ. Idem sensus est in nobis, idemque ac illi facere solemus. Cæterôquin divina Scriptura sancitum nobis est, unum esse Deum B naturalem ac verum, aliumque præter ipsum neminem adorare soliti sumus. At dii sunt, nobis similes, quibus invisam quoque mortem esse dicitis, qui hominibus in mortem et exitum lapsis condolent, eorumque casu afficiuntur. Sed si dii sunt, et reapse hominibus morti obnoxiiis condolent, quidni potius ea obstrictos liberant, ac infelici in statu positos, et, si non omnes, saltem adoratores suos, miseratione prosequuntur? Verum eos Orcum metuere, poetarum ille princeps sciebat, adeo ut detrectare fas non esset, quod per eum locum juratum fuisset. Jurantem enim induxit quemdam deorum, ac dicentem :

Ὅστε καὶ ἀπόμοτον ποιεῖσθαι τὸν χῶρον· εἰσεκχόμεναι

C *Sciat nunc istud terra, et cælum latum superne,
339 Et ipsa subterlabens Stygis aqua, quod maxi-
[mum*

Juramentum gravissimum est beatis diis.

Junonem vero inducit Jovem fratrem et conjugem suum compellantem his verbis :

*Severissime Saturnie, quale verbum dixisti?
Virum, eumque mortalem, diu destinatum fato,
Quomodo vis a morte tristi liberare?
Fac : at non probabimus dii reliqui omnes.*

Cur enim, inquit, frustra te laborare non sentis, et quærere quæ non possis assequi? Quid ergo? putasne te a recto non prorsus aberrare, atque omni laude jure excidere? Cum ergo Musis illi afflati homines, qui se divinitus edoctos venditabant, et res deorum in primis callebant, deos ipsos mortis et fati obnoxios esse dicant, quid causæ est cur Christum mortuum nominet, illum mortis victorem, et corruptionis profligatorem? Eam quippe ab aliis ineffabili ac divina potestate et vivifica virtute repulit, sed in mortem incidere volens libensque suæ carni permisit, non magis ut mortalem conditionem firmaret, quam ut corruptionem solveret, mortemque destrueret. Nam cum illud esset corpus vitæ, ipsius nempe Filii cuncta vivificantis, ideo jure merito vivens, mortis vincula non subiit. Qui ergo mortuus est ille vivens, ac vivificus, et mortis

(1) Homer., *Iliad*, O. v. 56.

(2) *Iliad*, II, 440.

profligator? Porro, non minus peccat, dum mortuos nominat eos, qui spe vitæ temporariam carnis mortem sunt perpassi, sanctos martyres dico, de quibus clare admodum scriptum est: « Visi sunt in oculis hominum mori, et æstimata est afflictio exitus illorum, et quod a nobis est iter, exterminium. Illi autem sunt in pace, et spes eorum immortalitate plena ⁹⁰. » Ut enim ipse alicubi Salvator ait: « Vivunt Deo victuri: non enim est Deus mortuorum, sed viventium ⁹¹, » is propter quem ad tam præclaram generositatem aspirarunt. Quocirca hæc a nobis opinor dicta esse utique sapienter. Illic vero cum tam eximias res aut non intelligat, aut mirari certe nolit, ad mendacia revertitur, et ait:

JULIANUS.

Quæ cum ita sint, cur sepulcris advolvimini? Vultis accipere causam? Non eam ego proferam, sed Isaias ille propheta: « In sepulcris et specubus dormiunt propter somnia ⁹². » **340** Videte igitur ergo quo pacto Judæis incantationis venus istud opus fuerit, indormite sepulcris somniorum causa. Quod certe et apostolos vestros credibile est post magistri mortem fecisse, vobisque qui primi credidistis ab initio tradidisse, et incantationes callidius quam vos peregissee, sed posteris incantationis istius et execrationis officinas publice exposuisse.

CYRILLUS.

Atqui revixit Christus divina, uti dixi, dispensatione, cum suo corpori mortem gustare permisisset. Per hanc quippe mors abolita est. Cæterum doceat obiter, ubinam divini discipuli nobis tradiderint, oportere sepulcris advolvi, et a mortuis visiones aut somnia quærere: sed non potest, nullo modo. Verum hic suo more nobis imposuit. Bonus autem vir non animadvertit, se convicia illa non magis in nos quam in superstitionem gentilium effundere, easque res vellicare, quas amore studioque complectitur. Judæi enim, et nos eorum successores, quotquot sacras divinasque leges sequimur, nequaquam visiones in somnis quærere solemus, neque vero spectris inanibus pueriliter oblectari, sed aversari talium rerum interpretes. Lex autem de his in Deuteronomio ita se habet: « Si autem surrexerit in te propheta, seu somnians somnium, et dederit tibi signum, vel prodigium, et venerit signum aut prodigium, quod locutus est ad te, dicens: Eamus, et serviamus diis aliis, quos nescitis; non audietis verba prophetæ illius, vel somniantis somnium illud ⁹³. » Igitur vana quidem insomnia aversari jubemur. Verum tamen cultoribus dæmoniorum chara illa sunt, et magno in pretio ac honore habentur. Et sane Porphyrius Pythagoræ vitam explanans ita scribit: *Antiphon autem in eo libro quem scripsit de*

πρακτων ἀποφήνας τοῦ θανάτου τὴν δύναμιν; Οὐδὲν δὲ ἤττον πλημμελεῖ νεκρῶν ὀνομάζων τοὺς ἐπ' ἄλπεδι ζωῆς τὴν πρίσκαιρον τῆς ταραχῆς ἀνατλάντας θάνατον, φημί δὴ τοὺς ἀγίους μάρτυρας, περὶ ὧν γέγραπται, καὶ μάλα σαφῶς: « Ἐδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀνθρώπων θεθνᾶναι, καὶ ἐλογίσθη κάκωσις ἔξοδος αὐτῶν· καὶ ἡ ἀπ' ἡμῶν πορεία, σύντριμμα. Οἱ δὲ εἰσιν ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἡ ἐλπίς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης. » Ὡς γὰρ αὐτὸς ποῦ φησιν ὁ Σωτὴρ, « Ζῶσι τῷ Θεῷ, ζήσονται μέλλοντες· οὐ γὰρ ἔστι Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων, » ὁ δὲ ὄν τῆς οὕτω λαμπρῶς ἐπέβησαν εὐανδρίας. Οἶμαι μὲν οὖν πρὸς ἡμῶν εἰρήσθαι ταυτὶ καὶ μάλα ἐμφορῶως. Ὁ δὲ τὰ οὕτως ἐξαιρετα τῶν πραγμάτων ἢ μὴ συνιείς, ἢ καὶ θαυμάζειν οὐκ ἀξίῳ, ψευδηγορεῖ πάλιν, καὶ φησι·

B

ΙΟΥΑΝΙΑΝΟΣ,

τοῦ Υἱοῦ μᾶλλον γενέσθαι, ἵνα καὶ ὁ τῆς υἰότητος ἡμῶν
ἐμπρέπη χαρακτῆρ.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ἐν τῇ μελλούσῃ κατα-
στάσει τὸ λογικὸν ἔχουσι ψυχή, καὶ διὰ τοῦτο
γνώσεως οὐκ ἀμοιροῦσα, προκόπτει· καὶ ὅτι εἰ
προκοπήν ἔξει, πάντως ὅτι καὶ μειώσιν καὶ
πῦθος, καὶ φθορὰν· ἐκ τούτου, καὶ θάνατον,
καὶ αὐθις ἀναβίωσιν.

Οἱ τοιαῦτα διενθυμούμενοι, ἀγνοεῖν εὐχίαισιν τὴν
δοθησομένην χάριν τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει μετὰ τὴν
ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν. Εἰ γὰρ δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο
τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι, καὶ τὴν φθορὰν ἀποδύ-
σασθαι, συναποβαλοῦμεν δηλονότι τῇ φθορᾷ καὶ τὰ
ἐξ αὐτῆς πάθη (ταῦτα δὲ ἐστὶ ἐπιθυμία πᾶσα σαρ-
κική), καὶ λοιπὸν εἰς ἀγίαν καὶ πνευματικὴν ζωὴν
μεταστησόμεθα, νέμοντος ἡμῶν τὸ ἀρχρὸς ἐν τούτοις
τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Εἰ γὰρ νῦν τὸν
ἀβραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἔχοντες ἀγίως πολιτευό-
μεθα, τίνες ἐσόμεθα λαβόντες τὸ πλήρες; Ὅπου δὲ
πλήρωσις Πνεύματος, ἐκεῖ που πάντως καὶ ἀσφάλεια
νοῦ, καὶ καρδίας· ἐδραιώτης, τῆς ὁρώσης εἰς τὸ ἀγα-
θὸν καὶ εἰς ἀκραϊφήν θεωπίαν. Οὐκοῦν ἐσόμεθα μὲν
ἀμείνους ἑαυτῶν, τὴν φθορὰν ἀποδυσάμενοι, καὶ τὸ
σῶμα πνευματικὸν ἔχοντες, τουτέστι, εἰς μόνα τὰ
τοῦ πνεύματος βλέποντες· κλόγος δὲ ὁ καταβιάζων
ἡμᾶς εἰς φαυλότητα τὸ τριηκάδε ἔσται οὐδεὶς, συνέχον-
τος ἡμᾶς εἰς τὸ ἑαυτοῦ [θέλημα] τοῦ Δημιουργοῦ διὰ
τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοὺς ἀγίους
ἀγγέλους. Τοιοῦτόν τι Χριστὸς ἀπεφῆνατο εἰπὼν·
« Ἐν τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσι, οὔτε γαμίζονται,
ἀλλ' ὡς ἄγγελοι Θεοῦ εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ. »

A intellexeris, hoc etiam est Filius, præter unum id
quod pater est : et quod Filium esse cognoveris,
hoc est etiam Spiritus, citra id quod filius est.
Unumquodque enim eorum quæ nominavimus, in
propria sua hypostasi subsistit, vereque est id quod
dicitur. Omnimoda vero similitudo Trinitatis immu-
tabiliter ita se habet. Quocirca tametsi factus sit ad
imaginem Filii homo, etiam sic factus est ad ima-
ginem Dei. Totius enim Trinitatis characteres sive
imagines in ipso effuigent : quemadmodum etiam
una est secundum naturam deitas in Patre, et Filio,
et Spiritu sancto. Scribit itaque Moyses divino Nu-
mine afflatus : « Et dixit Deus : Faciamus homi-
nem ad imaginem nostram, et ad similitudinem ». »
Hoc autem nostram, non unius personæ significa-
tionem habet, cum in tribus hypostasis divinæ
atque ineffabilis naturæ plenitudo consistat. Super-
vacanea igitur est curiositas et argutatio dicentium,
quod non Dei potius neque archetypi sumus imago,
sed imago imaginis Dei. Sufficit enim cum simpli-
citate credere, quod ad divinam imaginem facti
sumus, similem naturaliter cum Deo formam nacti.
Si vero oportet his aliud quid non improbabili-
ter adjicere, necessarium erat, nos, qui filii Dei appel-
landi eramus, ad imaginem Filii potius fieri, ut et
filiiationis character nobis conveniret.

CAPUT VII.

Adversus dicentes, quod in futuro statu anima ra-
tione prædita, ac proinde cognitionis non experta,
incrementum accipit; et quod si incrementum,
imminutionem etiam sustinet, et passionem, atque
ex hoc, et mortem, rursumque reviviscere.

Qui hæc animo concipiunt, ignorare videntur
gratiam quæ hominis naturæ, postquam a morte
revixerit, conferetur. Si enim oportet corruptibile
hoc induere incorruptionem²⁷, interitumque exuere,
deponemus profecto una cum corruptione affec-
tiones quæ ex 375 ea oriuntur (hæc autem sunt,
omnis concupiscentia carnalis), ac deinceps in sanc-
tam spiritualemque vitam traducemur, tribuentem
nobis, quod his conveniat, omnium nostrum Ser-
vatore Christo. Si enim nunc arrhabonem Spiritus
habentes sancte vivimus, quinam tandem futuri
sumus, cum plenitudinem acceperimus? Ubi vero
D plenitudo Spiritus est, ibi omnino mentis firmitas,
et cordis stabilitas respicientis in omne bonum, et
ad puram ac sinceram Dei visionem. Quocirca
præstantiores quidem nobis ipsis sumus futuri, cum
interitum exuerimus, corpus spiritualiter affectum
habentes, hoc est, solis iis quæ spiritus sunt intenti.
Motus vero, qui nos in malum propellat, nullus tunc
est futurus, continente nos in sua voluntate Creatore
per Spiritum sanctum, quemadmodum fere et sanc-
ctos angelos. Ejusmodi quid Christus nobis signi-
ficavit, cum dixit : « In resurrectione neque nubent,
neque nubentur, sed tanquam angeli Dei sunt in
cælo²⁸. »

²⁶ Gen. i, 26. ²⁷ I Cor. xv, 54. ²⁸ Marc. xii, 25.

Cur in Adam morientes, paternam quidem pœnam exsolvant, et illius transgressionem unusquisque nostrum obnoxius fiat : in Christo autem vivificatus meus parens et per Spiritum purgatus a debito primi parentis, et a suo ipsius peccato, non transmissit in me filium suum puritatem suam, neque mihi profuit gratia justitiæ quæ ipsi collata fuit, cum alioqui peccato prævaleat?

Inquitendum est, quo pacto in nos primus parens Adam, pœnam sibi ob transgressionem illatam, transmiserit. Audivit enim, quia « Terra es, et in terram reverteris »¹⁹, et ex incorrupto factus est corruptioni obnoxius, mortisque vinculis submissus. Posteaquàm vero in hanc prolapsus, liberos procreavit, nati ex ipso, utpote ex mortali, mortales effecti sumus. Hoc pacto sumus execrationis in Adam hæredes. Neque enim omnino veluti cum ipso mandatum quod acceperat infringentes, punimur : sed quia, ut dixi, mortalis factus, execrationem in progeniem suam transmisit. Mortales enim **376** effecti sumus ex mortali. Dominus autem noster Jesus Christus, secundus Adam declaratus, et principium generis nostri, secundum nimirum post primum, in incorruptionem nos reformavit, opponens se morti, et propria carne ipsam vacuum atque dissolvens, solutaque est in ipso pristinae execrationis vis. Idcirco inquit sapientissimus Paulus quod, « Quemadmodum per hominem mors, ita etiam per hominem resurrectio mortuorum »²⁰. Et rursus : « Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur »²¹. Universos itaque comprehendens, generalissimamque pœna, propter eam quæ in Adam facta est transgressionem, interitus ac mors est. Similiter etiam omnium et quidem generalissima redemptio in Christo perfecta est. Exiit enim humana natura in ipso mortem sibi immissam, ex eo quod mortalis redditus esset primus homo. At vero privatus uniuscujusque nostrum pater, etiamsi per Spiritum sanctum sit sanctificatus, et peccatorum veniam consecutus, donum hoc in nos etiam non transmittit. Unus enim est, qui omnes sanctificat et justificat, et ad incorruptionem traducit, Dominus noster Jesus Christus, et in omnes ex æquo per ipsum, donum promanat. Aliud autem est peccati remissio, et aliud mortis dissolutio : et unusquisque quidem propriorum peccatorum remissionem consequitur in Christo per Spiritum sanctum : generaliter autem liberamur omnes a pœna jam olim nobis illata, a morte, inquam, quæ omnes pervaserat ex primo nostri generis nobis simili in mortem prolapsa. Idcirco enim inquit sapientissimus Paulus, quod mors regnavit ab Adam, usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt, in similitudinem prævaricationis Adæ²²,

Διὰ τί ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκοντες, πατρικὴν ἐκτίουσι μὲν δίκην, καὶ τὴν ἐκείνου παράδεισιν ἑαστος χωρῶσται· ἐν δὲ τῷ Χριστῷ ζωοποιηθεὶς ὁ ἐμὸς πατήρ, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καθαρθεὶς τῆς τε προκατωρικῆς ἀσλῆσεως καὶ τῆς ἰδίας πλημμελείας, οὐ μετέδωκέ μοι τῆς καθαρότητος τῷ γεννηθέντι, οὐτ' ὤνησέ με τῆς εἰς αὐτὸν δικαιοσύνης ἢ χάριτος, καίτοι ὑπερισχύουσα κατὰ τῆς ἀμαρτίας;

Ἐξετάσαι χρὴ πῶς εἰς ἡμᾶς ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ παρέπεμψε τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ διὰ τὴν παράδεισιν δίκην. Ἦκουσεν γὰρ, ὅτι « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » καὶ φθαρτὸς ἐξ ἀφάρτου γέγονε, καὶ ὑπενέχθη τοῖς δεσμοῖς τοῦ θανάτου. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τοῦτον πεσὼν ἐπαυδοποίησεν, οἱ γεγονότες ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἀπὸ φθαρτοῦ, φθαρτοὶ γεγόναμεν. Οὕτως ἐσμέν τῆς ἐν Ἀδὰμ κατάρως κληρονόμοι. Οὐ γὰρ πάντως ὡς σὺν ἐκείνῳ τῆς ἐντολῆς ἧς ἐδέξατο παρακούσαντες τετιμωρῆμεθα, ἀλλ' ὅτι, ὡς ἔφη, θνητὸς γενωνῶς, εἰς τὸ ἐξ αὐτοῦ σπέρμα παρέπεμψε τὴν ἀράν. Θνητοὶ γὰρ γεγόναμεν ἐκ θνητοῦ. Ὁ δὲ γε Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς δευτέρος Ἀδὰμ χρηματίσας, καὶ ἀρχὴ τοῦ γένους ἡμῶν δευτέρα μετὰ τὴν πρώτην, εἰς ἀφθαρσίαν ἡμᾶς ἀνεμόρφωσεν, προσδελών τῷ θανάτῳ, τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ καταργήσας αὐτὸν, καὶ λέλυται τῆς ἀρχαίας ἀράς ἡ δύναμις ἐν αὐτῷ. Διὰ τοῦτο φησὶν ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι « Ὡςπερ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, οὕτως καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. » Καὶ πάλιν· « Ὡςπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσι, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Οὐκοῦν, ἡ καθόλου καὶ γενικωτάτη δίκη διὰ τῆς ἐν Ἀδὰμ παραβάσεως ἡ φθορὰ καὶ ὁ θάνατός ἐστιν· ὁμοίως ἡ κατὰ πάντων καὶ γενικωτάτη λύτρωσις ἐν Χριστῷ τετέλεσται. Ἀπεδύσατο γὰρ ὁ ἀνθρώπου φύσις ἐν αὐτῷ πᾶν ἐπιβριθέστατον θάνατον αὐτῆς, διὰ τοῦ γενέσθαι φθαρτὸν τὴν πρώτων ἀνθρώπων. Ὁ δὲ ἐκάστου ἡμῶν πατήρ, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡγιασθή, καὶ ἐκομίσαστο τὴν τῶν πλημμελημάτων ἀφῆσιν, οὐ παρέπεμψε καὶ εἰς ἡμᾶς τὸ δῶρον· εἰς γὰρ ἐστὶν ὁ πάντας ἁγιάζων καὶ δικαιοῦν, καὶ εἰς ἀφθαρσίαν ἀνακομιζῶν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ εἰς πάντας ἐν ἱσθ' δι' αὐτοῦ τὸ δῶρον ἔρχεται. Ἅλλοτερον δὲ ἐστὶν ἀμαρτίας ἀφῆσις, καὶ ἕτερον θάνατον λύσις· καὶ ἕκαστος μὲν τῶν ἰδίων πλημμελημάτων καρτεροῦν τῶν ἀφῆσιν ἐν Χριστῷ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ἕτερον δὲ πάντες ἀπαλλάττομεθα ἀπὸ τῆς ἀρχαίας ἐπενεχθεῖσας δίκης ἡμῖν, τῆς ἐν τῷ Ἀδὰμ γενεῖσας, ὡςπερ εἰς ἀπαντας, τὸ δῶρον ἔρχεται. Ἅλλοτερον δὲ ἐστὶν εἰς θάνατον. Παῦλος, οὕτως ὡς καὶ Μωσῆος, καὶ ὁμοίως πάντων ἀμαρτιῶν καὶ ἐπιβριθέστατον θάνατον ἀπαλλάττομεθα ἀπὸ τῆς ἀρχαίας ἐπενεχθεῖσας δίκης ἡμῖν, τῆς ἐν τῷ Ἀδὰμ γενεῖσας, ὡςπερ εἰς ἀπαντας, τὸ δῶρον ἔρχεται.

¹⁹ Gen. iii, 19. ²⁰ 1 Cor. xv, 21. ²¹ ibid. 22. ²² Rom.

χαρίτι, καὶ ἀποσοδοῦσα τῶν ἡμετέρων σωμάτων τὴν φθοράν.

landiu ac lex, duravit mortis poena. Postquam vero Christus illaxit, ingressa est iustitia, justificans gratia, et interitum a corporibus nostris profligans.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

377 CAPUT IX.

Εἰ γέγονεν ἡ ἀνάστασις ἤδη, ἦν ὁ προφήτης τεθεύται ὁ Ἐζεχιήλ, ἠνίκα προσήλθε ὁστούρ πρὸς ὁστούρ, καὶ ἄρμορια πρὸς ἄρμοριαν, καὶ σὰρξ, καὶ δέρμα, καὶ τρίχες, καὶ πνεῦμα, καὶ ὤψθη ἀνάστασις πληθῆος πολλῆς ἢ εἰκόνα τῆς μελλούσης καθολικῆς ἀναστάσεως ἐσεσθαι ἔδειξεν ἡμῖν ἢ θεῖα Γραφή ἐν ὀπτασίᾳ προφητικῇ.

An facta sit resurrectio, quam propheta Ezechiel vidit, quando accessit os ad os, et junctura ad juncturam, et caro, et cutis, et capilli, et spiritus, et visa est resurrectio multitudinis multæ; aut imaginem futuræ universalis resurrectionis nobis sacra Scriptura ostendit in prophetica visione.

Τὰ τῶν πραγμάτων μεγάλα καὶ διὰ τὴν τοῦ περι αὐτὰ θαύματος ὑπερβολὴν ἐν ὑποψίαις ὄντα, τοῦ καὶ ἀπιστηθῆναι πρὸς τινῶν, οὐ διὰ μόνης ἀπαγγελίας οἱ προφήται κατὰ καιροὺς ἐδιδάσκοντο, τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτοῖς ἀναστράπτοντος τὴν ἐκάστου γνώσιν· ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτοῖς ἐώρων πράγμασιν, ἵνα πρὸ τῶν ἄλλων αὐτοὶ πιστεύσαντες, διαθεῖεν αὐτὰ καὶ τοῖς ἐτέροις. Τοῖνον ὁ τῶν ὄλων Θεὸς καὶ τοὺς ἤδη τεθευώτας ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίων ἐπαγγειλάμενος ἀνακομίζειν εἰς Ἱερουσαλήμ, οὐχὶ δήπου πάντως τὴν ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ τὴν ἀνω καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς νοουμένην ἔδειξεν ἐναργῶς τῷ προφήτῃ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τίνα τρόπον ἔσται κατὰ καιροῦς· ἦν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ προανεφώνει λέγων περὶ ἡμῶν, ἦτοι περὶ ἀνθρώπου παντός· « Ἀποστρέψαντός σου τὸ πρόσωπον, ταραχθῆσονται, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. Ἐξασπαστελεῖς τὸ πνευμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Προσκεκρουχότες μὲν γὰρ ἐν Ἀδὰμ διὰ τὴν παράσασιν, ἐν ἀποστροφῇ γεγόναμεν παρὰ Θεῶ. Καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας εἰς τὸν ἑαυτῶν χοῦν ὑπεστρέψαμεν, ἐπάρατοι γεγονότες. Ἐφη γὰρ ὁ Δημιουργὸς, ὅτι· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύση. » Ἄλλ' ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ἐν δυνάμει τοῦ ζωοποιῦ Πνεύματος, ἐν Χριστῷ πάντας ἔγερει τοὺς νεκροὺς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ. Ὅτι γὰρ οὕτω τῶν νεκρῶν γέγονεν ἡ ἀνάστασις, ἀλλ' ἔσται κατὰ καιροῦς, πιστώσεται γράφος ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι· « Περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν Ἰμεναιὸς καὶ Ἀλέξανδρος, λέγοντες ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι. » Εἰ δὲ ὁ λέγων τοῦτο, τὴν ἐπὶ τῇ πίστει ναυαγίαν ὑπομένει, ὅηλον ἂν εἴη λοιπὸν ὅτι τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως ὡς ἐν θεωρίᾳ προφητικῇ χρησίμως τεθέσται ὁ μακάριος προφήτης Ἐζεχιήλ.

Res arduæ, quæque ob miraculi quod in se habent magnitudinem suspectæ sunt, quod nonnulli fidem eis derogarint, non per solam annuntiationem prophetæ suis temporibus edocti fuerunt, Spiritu sancto uniuscujusque re cognitionem ipsis irradiante; verum etiam re ipsa viderunt, ut, quæ ipsi præ aliis fide complexi essent, aliis etiam ea testata relinquerent. Deus itaque totius universi, cum eos qui in terra Babyloniorum mortem obierant Hierosolymam referre jussisset, non eam quæ in terra, sed supernam, quæque in cælis sit, resurrectionem prophetæ manifeste ostendit, et quonam modo suo tempore esset faciendâ : quam quidem etiam divinus David prædixit, de nobis, sive de quovis homine, dicens : « Avertente te faciem, turbabuntur, et in pulverem ipsorum convertentur. Emittes spiritum tuum, et formabuuntur, et renovabis faciem terræ. » Cum enim offendissenus in Adam propter transgressionem, aversi fuimus a Deo, atque hac de causa in nostrum ipsorum pulverem conversi sumus, execrabiles facti. Audiit enim a Creatore, quoniam « Terra es, et in terram reverteris. » Cæterum in ultimis sæculi temporibus, vi atque efficacia vivificantis Spiritus, Deus Pater in Christo omnes mortuos suscitabit. Quod vero resurrectio mortuorum nondum facta sit, sed stato tempore sit futura, sapientissimus Paulus fidem facit, dicens, quod « Circa fidem naufragium fecerunt Hymenæus et Alexander, dicentes resurrectionem jam factam esse. » Si vero qui hoc dicit, circa fidem naufragium facit, manifestum deinceps fuerit, quod vim resurrectionis veluti in 378 prophetica visione beatus propheta Ezechiel utiliter sit contemplatus.

ΕΦΑΛ. Ι'.

CAPUT X.

Πρὸς τοὺς προσέβη σαρκί· εἰ τῆ ζωῆς γινόμενος ἐν σαρκί· ἢ εἰκόνα τοῦ φύσει ἀνθρώπου.

Adversus eos qui interrogant, an aliquid adjecerit humanæ naturæ, cum ad illam accessit in carne Christus; et quo pacto ad imaginem Dei factus sit homo.

Ὅτι· παντὸς ἀνθρώπου φύσει γινόμενος, τίς ὁ φάνηται τῶν ἀνόντων ἡμῶν ἐν τῷ κόσμῳ· ὁ δὲ ἁγίου πνεύματος ἔργον· ἢ εἰκόνα τοῦ φύσει ἀνθρώπου ἀγαθῆ.

Quod vero omne bonum naturæ humanæ concipiendi Christi adventus, quisnam dubitaverit? aut negaverit, inutilemque nobis fuisse dixerit in mundum missionem? Factus enim est homo, naturaque apta inem habuit ad amplectendum omne bonum, virtutemque colendum atque exercendum. « Creatura

Gen. iii, 19. 1 Tim. i, 19.

enim nos ad opera bona, quemadmodum sapientissimus Paulus scribit ³⁷. Labefactavit autem divinæ imaginis pulchritudinem, peccatum, sordibusque opplevit splendidam humanitatis faciem Satanas. Cæterum instaurator exortus est, qui id quod depravatatum erat, pristinæ formæ restituit, nosque denuo in suam imaginem transformavit, ut divinæ ipsius naturæ characteres nobis conveniant per sanctificationem et justitiam, vitamque ad virtutis normam bene compositam. Ipse enim est et janua et via ³⁸, per quam ad quodvis bonum ingredi potuimus, rectasque vias facere ³⁹. Quocirca in nobis quidem, qui in Christo sumus, pulchritudo præstantissimæ imaginis resplendet, si operibus ac rebus ipsis bonos ac probos nos præstemus. In primo autem parente omnis quidem aptitudo inerat, conferens facultatem ad amplectendum virtutem, non tamen omnino actus sive operatio ipsa aderat. Idcirco Christus ipse de nobis, sive de propriis suis ovibus dixit: « Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant ⁴⁰. » Redditum enim est humanæ naturæ, id, quo Adam initio præditus fuerat, nimirum sanctificatio. Hoc vero, abundantius, mea quidem sententia significat, quod actu ipso sancti videamur, quodque operibus ipsis illustres declaremur.

379 CAPUT XI.

Quod carnales sive naturales voluptates truncare quidem possimus; eradicare autem in universum nequeamus.

Videtur nonnullis sapientissimus Paulus ardua quædam, intellectuque difficilia dicere, juxta sanctorum apostolorum vocem ⁴¹. Quod vero hæc superna sapientia sint referta, dubitare fas non est: loquitur enim Christus in ipso: ait igitur, quia « Consentio legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et subjicientem me legi peccati ⁴²; » et rursus: « Miser ego homo, quis me liberabit a corpore mortis hujus? Gratia autem Dei per Jesum Christum Dominum nostrum ⁴³. » Confligit enim cum mente, continentia ob Dei metum studiosa, irritamentum carnis, et viribus conatibusque nostris quibus vitæ puritatem sectamur, resistit, acriterque repugnat. Cæterum quia ea qua par est sobrietate utuntur, Deum reverentes, castigant motus carnis, peccatique stimulum hebetant atque retundunt, meditatione exercitationeque rerum divinarum, et laboribus, aliisque moderationibus utentes. Fieri itaque non potest ut insitam carni concupiscentiam eradicemus; sobrietate autem, ut dixi, obviam ire, ne procaciter in mentem insurgat, in nostra potestate est situm, præcipue quia homo factus est unigenitum Verbum Dei, et ferocientem legem peccati, quæ est in membris nostris, non amplius in nos grassari permisit. Atque hoc quidem docet optimus Paulus, dicens: « Quod enim impossibile erat legi,

κατόρθωσιν ἀρετῆς. « Ἐκτίσσε γὰρ ἡμᾶς ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, » ὡς γοῦν ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος. Ἄλλὰ ἠφάνισεν τῆς θεοειδοῦς εἰκόνος τὸ κάλλος ἡ ἀμαρτία, καὶ ῥυτιῶν μεστὸν τὸ λαμπρὸν τῆς ἀνθρωπότητος πρόσωπον ἀπέφηνεν ὁ Σατανᾶς. Ἄλλ' ὁ ἀνακαινιστὴς ἐπέφανεν, ὁ ἀναμορφῶν εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς τὸ ἡδικημένον, καὶ πάλιν ἡμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ μεταπλάττων εἰκόνα, ὥστε τῆς θείας φύσεως αὐτοῦ ἐμπρέπειν τοὺς χαρακτῆρας ἡμῖν δι' ἀγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν εὐζωίας. Αὐτὸς γὰρ ἔστιν ἡ θύρα καὶ ἡ ὁδὸς, δι' ἧς πρὸς πᾶν ὀτιοῦν τῶν ἀρίστων εἰσελάσαι δεδυνήμεθα, καὶ ὁρθῶς ποιησασθαι τροχιᾶς, ὥστε ἐν ἡμῖν μὲν τοῖς ἐν Χριστῶ τὸ κάλλος τῆς ἀρίστης εἰκόνος ἐμφαίνεται, εἰ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἀνδραγαθήσωμεν. Ἐν δὲ γε τῷ πρωτοπλάστῳ πᾶσα μὲν ἐπιτηδεύσις ἦν, ἀποφέρουσα δύναμιν πρὸς ἀνάληψιν ἀρετῆς, οὐ πάντως δὲ καὶ ἐνέργεια. Τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς ἔφη Χριστὸς περὶ ἡμῶν, ἦτοι τῶν ἰδίων προβάτων· « Ἐγὼ ἤλθον ἵνα ζῶην ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσι. » Ἀποδόεται μὲν γὰρ τῇ ἀνθρώπου φύσει τὸ ἐν Ἀδάμ ἐν ἀρχῇ, τοῦτέστι ὁ ἀγιασμός. Τὸ δὲ περιττὸν, ὡς γε οἶμαι, φησὶ τὸ κατ' ἐνέργειαν ὁρᾶσθαι σεπτὸς, καὶ δι' αὐτῶν τῶν κατορθωμάτων καταφαιδρύνεσθαι.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὅτι τὰς σαρκικὰς ἡδονὰς ἔχουν φυσικὰς δυνάμεις κολοῦσάσαι, ἐκκόψαι δὲ παντελῶς οὐ δυνάμεθα.

Δοκεῖ τισιν ὁ πάνσοφος Παῦλος; δυσχερῆ τινα λέγειν, ἦτοι δυσνόητα, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων φωνήν. Ὅτι δὲ σοφίας τῆς ἀνωθεν ταῦτα μεμέστωται, οὐκ ἔστιν ἀμφιβάλλειν· λαλεῖ γὰρ Χριστὸς ἐν αὐτῷ. Ἐφη τοίνυν, ὅτι « Συνῆδομαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἑω ἀνθρωπῶν· βλέπω δὲ νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἕτερον, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοῦ μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἀμαρτίας. » Καὶ πάλιν· « Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Χάρις δὲ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Καταστρατεύεται μὲν γὰρ τοῦ νοῦ βλέποντος εἰς ἐγκράτειαν διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ τὸ κίνημα τῆς σαρκὸς, καὶ ταῖς εἰς ἀγνείαν ὁρμαῖς ἀντιτάττεται καὶ ἀντεξάγει δεινῶς. Ἄλλ' οἱ νῆψει τῇ πρεπούτῃ χρώμενοι, τὸν Θεὸν σεβόμενοι, ἐπιτιμῶσι τῷ τῆς σαρκὸς κινήματι, καὶ τὸ τῆς ἀμαρτίας ἀμβλύνοῦσι κέντρον ἀσκήσει καὶ πόνου, καὶ ταῖς ἄλλαις χρώμενοι ἐπιεικταῖς. Ὅστε ἀπορριζῶσαι μὲν τῆς σαρκὸς τὴν ἐμφυτον αὐτῆς ἐπιθυμίαν οὐκ ἐνεστι· νῆψει δὲ, ὡς ἔφη, οὐκ ἔστιν καταθρασύνεσθαι τοῦ νοῦ, δυνατόν, μάλιστα ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς Λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀγριεῖνοντα τὸν νόμον τῆς ἀμαρτίας, τὸν ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, οὐκ ἔτι νεανιεῦσθαι καθ' ἡμῶν συγκεχώρηκεν. Καὶ τοῦτο διδάξει σαφῶς ὁ πανάριστος Παῦλος· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, γράφων, ἐν ᾧ ἠσθένει

³⁷ Ephes. ii, 10. ³⁸ Joan. x, 9. ³⁹ Joan. xiv, 6. ⁴⁰ Joan. x, 10. ⁴¹ 1^a Petr. iii, 15, 16; Jud. iii, 1 seq. ⁴² Rom. vii, 22, 23. ⁴³ ibid. 24, 25.

διὰ τῆς σαρκός, τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ὁ Θεὸς ἐν ἁμοιωμάτι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου ἐν ἡμῖν πληρωθῇ, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Περιεσόμεθα τοίνυν τῶν ἐμφύτων κινήματων οὐκ εἰς ἅπαν, οὐδὲ ὀλοτελῶς (τοῦτο γὰρ τῇ παμμακαρίῳ ζωῇ τετήρηται τῇ προσδοκωμένῃ ἕσσεσθαι κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα)· δυνάμεθα δὲ κατανδρίσασθαι, καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς ἐπιπλήττειν κινήμασι, Θεοῦ συμπράττοντος, καὶ τὴν ἐξ ὕψους ἡμῖν χορηγοῦντος δύναμιν. Καὶ ἀδροτέρα μὲν ἔστιν ἐν τοῖς ῥαθυμοῦσιν ἡ ἐπιθυμία, καὶ ὅλον τῆς αὐτῶν κατεξουσιάζουσα καρδίας· ἀδρανῆς δὲ καὶ ῥαδίως ἐπιτιμιωμένη καὶ ἐκπεμπομένη τοῦ νοῦ ἐν τοῖς τὸν θεὸν φόβον ἔχουσι. Καὶ γὰρ γέγραπται, ὅτι ὁ νόμος Κυρίου ἀγνός (7), τοῦ-

A in quo infirmabatur per carnem, Filium suum mit- tens Deus in similitudinem carnis peccati, et de peccato condemnavit peccatum in carne, ut justifi- catio legis in nobis impleretur, non secundum car- nem ambulanti- bus, sed secundum spiritum⁴⁴. » Superiores igitur evademus insitis motibus, non quidem in universum, neque omni ex parte (hoc enim in beatissimam illam vitam servatur, quæ fu- tura exspectatur in venturo sæculo) : possumus au- tem fortiter obsistere, et castigare motus carnis, opitulante Deo, viresque **380** nobis ex alto suppe- ditante. Et validior quidem est in vecordibus concu- piscencia, et absolutam quodammodo in eorum ani- mos potestatem exercens : remissior vero atque debilior, quæque facile reprimi et ex animo ejici possit, in iis qui divino metu præditi sunt. Et scri- ptum est quod lex Dei pura est⁴⁵, hoc est, puros efficiens.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Οτι τὴν εὐχαριστίαν ἐν μόναις χρῆ ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησιαῖς ἐκτελεῖσθαι.

Τὸ δὲ γε δῶρον, ἥτοι τὴν προφορὰν, ἢ τελοῦμεν μυστικῶς, ἐν ἀγίαις ἐκκλησιαῖς ταῖς τῶν ὀρθοδόξων χρῆ προσφέρεσθαι μόναις, καὶ οὐχ ἐτέρωθί που, ἡ τοῦτο δρῶντες, παρανομοῦσιν ἐμφανῶς. Καὶ τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων. Ἐκέλευε γὰρ ὁ νόμος τὸ πρόβατον θύεσθαι (8) κατὰ τὴν ἡμέραν ἥτοι τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα, καὶ ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ. « Ἀλλ' ἐν οἰκίᾳ μιᾷ βρωθήσεται, φησί, καὶ οὐχ ἐξοίσειται τῶν κρεῶν αὐτοῦ. » Ἐξω τοίνυν τὸ δῶρον ἐκφέρειουσιν, οἱ μὴ ἐν τῇ μιᾷ καὶ καθολικῇ οἰκίᾳ τοῦ Χριστοῦ, τοῦτέστι τῇ ἐκκλησίᾳ, τελούντες αὐτό· καὶ δι' ἐτέρον δὲ νόμον τοιούτων τι σημαίνεται. Γέγραπται γὰρ πάλιν· « Καὶ ὅς ἐάν θύσῃ μόσχον ἢ πρόβατον ἐν τῇ παρεμβολῇ, καὶ ἐπὶ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς μὴ ἐνέγκῃ, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκεῖνη ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. » Οὐκοῦν οἱ τῆς σκηνῆς ἐξω θύοντες, εἴεν ἂν οὐχ ἕτεροι τινες παρὰ τοὺς αἱρετικούς, καὶ ὁλεθροὶ αὐτοῖς ἐπὶ τῆς τούτου τολμῆσι δρᾶν. Τοίνυν τὰς ἐν ταῖς ἐκκλησιαῖς δωροφορίας ἀγιάζεσθαι πιστεύομεν καὶ εὐλογεῖσθαι καὶ τελειοῦσθαι παρὰ Χριστοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'

Εἰ ὁ τῶν ὄλων Θεὸς τὰ γενόμενα ἤδη καὶ πρα- χθέντα δύναται ποιῆσαι (9) μὴ γενεῆσθαι ποτε, κατὰ τὸ, « Οὐκ ἀδυνατήσει αὐτῷ πῦρ ρῆμα. » Οὐ γὰρ λέγομεν, ὡς μὴ γενόμενα, ἀλλὰ μὴ γενεῆσθαι τὴν ἀρχὴν, ὅλον, ὅτι πύρην δύναται παρθένον ποιῆσαι ἐκ κοιλίας μητρὸς, ἵνα μήτε εἶναι ποτε πόρνην πορνεύσασα· ὅτι « Τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα, δυνατὰ παρὰ τῷ Θεῷ. »

Ζητεῖσθαι μὴ χρῆ παρ' ἡμῶν τὴν τοῦ Θεοῦ

CAPUT XII.

Quod Eucharistiam in solis catholicis ecclesiis celebrare oporteat.

Donum vero, sive oblatio, quam mystice celebra- mus, in solis orthodoxorum sanctis ecclesiis offerri debet, neque alibi omnino : qui secus faciunt, aperte legem violant. Atque hoc quidem facile est videre ex sacris Scripturis. Jussit enim lex sacrificari ovem ipso die sive festo Paschæ, quod quidem typum Christi præ se ferebat. Sed « in domo una comedetur, inquit, neque efferetur quidquam carni- um ejus⁴⁶. » Efferunt igitur foras donum, qui non in una atque eadem catholica domo Christi, hoc est, ecclesia, ip- sum celebrant. Et per aliam etiam legem ejusmodi quid significatur. Scriptum est enim rursus : « Et si quis mactaverit vitulum aut ovem in castris, et non adduxerit intra ostia tabernaculi, pereat anima illa e populo suo⁴⁷. » Qui ergo extra tabernaculum celebrant, non alii fuerint, quam hæretici ; certa- que perniciis iis impendet, qui id facere veriti non fue- rint. Quocirca oblationes quæ in ecclesiis fiunt, sanctificari, benedici et consecrari a Christo credimus.

CAPUT XIII.

An Deus universi possit ea, quæ jam contigerunt et facta sunt, efficere, ut nunquam contigerint aut facta sint, juxta illud, « Non erit ipsi impossibile omne verbum⁴⁸. » Non enim dicimus, tanquam non contingentia, sed ut omnino non contigerint, veluti, an meretricem possit virginem efficere ex utero matris, ita ut meretrix nunquam fuerit quæ fornicata est : quia « Quæ impossibilia sunt hominibus, possibilia sunt Deo⁴⁹. »

Potentia Dei nequaquam a nobis est investiganda,

⁴⁴ Rom. viii, 3, 4. ⁴⁵ Psal. xviii, 8. ⁴⁶ Exod. xii, 46. ⁴⁷ Levit. xvii, 3, 4. ⁴⁸ Luc. i, 37. ⁴⁹ Luc. xviii, 27.

BON. VULCANII NOTÆ.

(7) Ὁ νόμος Κυρίου ἀγνός, etc. Ab effectu nimirum ut Homero ἔφα μῆλα, τοῦτέστιν, ἰσχυροποιᾷ, quod ovillæ carnis esu roborentur corpora.

(8) Ἐκέλευε γὰρ ὁ νόμος τὸ πρόβατον θύεσθαι. De esu agni paschalis præscripto Exod. xii, et quo pacto illa ad Christum sint referenda, Cyrillus pulcherrime explicat *Glaphyrorum in Exod.* lib. ii, cap. 1.

(9) Quæstionem quæ toto capite 13 tractatur, an scilicet Deo omnia sint possibilia, tractat etiam ex professo Isid. Pelusiotæ epist. 417 libri secundi, quam ita concludit : Εἰ ἐρωτηθῆμεν εἰ πάντα τῷ Θεῷ

quæ certe magna **381** atque admiranda est : quia id quod factum est, a divina gloria alienum non est. Neque enim quia omnia potest, idcirco eum absurdorum operatorem cerni par est. Intelligis enim absurdum dictu esse : An Deus possit præstare, ut ipsemet non sit Deus? An possit efficere seipsum peccati capacem? An possit facere ut ipse non sit bonus, aut vita, aut justitia? Oportet igitur summo studio absurdas hujusmodi quæstiones detestari. Cur vero Deus eam, quæ fornicata sit, facere non possit ut meretrix non fuerit, in causa est, quod mendacium ut sit veritas efficere nequeat. Neque vero hoc impotentia ipsum arguit, sed demonstrat naturam quæ ab eo quod ipsam non deceat abhorret. Alienum autem prorsus ab ipso est mendacium. Porro mendacium est efficere ut fornicata meretrix, fornicata non fuerit. Oportet autem, ut dixi, stultas hujusmodi, multumque absurditatis in se habentes quæstiones, ab initio ne admittere quidem.

CAPUT XIV.

Ad eos qui dicunt, quod ignoravit Filius extremum diem; adversus Agnoetas.

Aiunt vero etiam alios, cum audiunt Christum dicentem : « De die illa sive hora nemo novit, neque angeli cælorum, neque Filius, nisi solus Pater, »⁸⁰ stultissime imperitissimeque affirmare, diem illam, sive horam revera ignotam esse Verbo quod ex essentia Dei ac Patris genitum est : ut ita in angelorum ordinem redigatur, nullaque ratione differre videatur ab iis qui per ipsum facti sunt. At vero quo pacto ejusdem ordinis, ejusdemque naturæ c. censi possint creatura et Creator? aut quomodo non potius immenso intervallo disjungantur? Hic enim est supra omnia : hoc vero, inter omnia. At si existimant, reipsa Christum aliquid ignorare, quatenus est Deus, aberrant a scopo, et in rupes impingunt, atque adversus divinam ipsius gloriam cornu attollunt. Invenietur enim, si ita se res haberet ut ipsi dicunt, neque coessentialis amplius Deo ac Patri Filius. Si enim novit quidem Pater, ignorat autem Filius, quonam pacto æqualis ei erit, sive coessentialis? Oportet enim id quod ignorat, minus esse quam id quod novit; idque eo est absurdus, quod consilium ac voluntas Dei et Patris vocatus est Filius. **382** Paulus enim de ipso ait : « Qui factus est nobis a Deo sapientia⁸¹. » Et rursus : « In quo sunt omnes thesauri sapientia et cognitionis absconditi⁸². » Quin et divinus David canit ad cælestem Patrem ac Deum : « Domine, in voluntate tua deduxisti me⁸³ : » voluntatem appel-

δύναμιν, ἢ μεγάλη καὶ ἀξιάγαστος, ὅτι τὸ δρώμενον οὐκ ἀπεικός ἐστι τῇ θεῖᾳ δόξῃ. Οὐ γὰρ ὅτι πάντα δύναται, διὰ τοῦτο καὶ τῶν ἀτόπων ἐργάτην αὐτὸν ὀρθῶσαι προσήκει. Ἐννοοῦμεν μὲν γὰρ ὅτι ἀτοπὸν ἐστὶ τὸ λέγειν· Εἰ δύναται ὁ Θεὸς ἑαυτὸν ποιῆσαι μὴ εἶναι Θεόν; Εἰ δύναται ἑαυτὸν ποιῆσαι ἀμαρτίας δεκτικόν; Εἰ δύναται ἑαυτὸν ποιῆσαι μὴ εἶναι ἀγαθόν, ἢ ζωὴν, ἢ δίκαιον; Δεῖ τοίνυν παντὶ παρατεῖσθαι σθῆναι τὰς ἀτόπους οὕτω τῶν ἐρωτήσεων. Διὰ τί δὲ ὁ Θεὸς τὴν πορνεύσασαν οὐ δύναται ποιῆσαι ποτε μὴ γεγενῆσθαι πόρνην; ὅτι οὐ τὸ ψεῦδος δύναται ἀληθειαν ποιῆσαι. Καὶ οὐκ ἀσθενείας τοῦτο ἐγκλημα, ἀλλὰ φύσεως ἀπόδειξις, οὐ τὸ παθεῖν ἀνεχομένης ὁ μὴ πρέπει αὐτῇ. Ἀλλότριον δὲ τούτου ψεῦδος παντελῶς. Ψεῦδος δὲ ἐστὶ τὸ τὴν πορνεύσασαν ποιῆσαι μὴ πορνεῦσαι ποτε. Δεῖ δὲ, ὡς ἔφη, τὰς εὐθεις οὕτω τῶν ἐρωτήσεων καὶ πολὺ τὸ ἀτοπον ἐχούσας, μὴδὲ προσέσθαι τὴν ἀρχήν.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ἠγνόησεν ὁ Υἱὸς τὴν ἑσχάτην ἡμέραν, κατὰ Ἀγνοητῶν (10).

Φασὶ γὰρ μὴν καὶ ἐτέρους ἀκούσαντας λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· « Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἀγγελοὶ τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος, » λέγειν ἀσυνετώτατα, μὴ εἰδέναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πεφηνότα Λόγον, μήτε τὴν ὥραν, μήτε τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἵνα τοῖς ἀγγέλοις συντάττεται, καὶ κατὰ μὴδὲνα τρόπον διαφέρει τῶν δι' αὐτοῦ γεγυμένων. Εἶτα πῶς ἐν ἰσῆ τάξει τε καὶ φύσει ποίημα καὶ Ποιητῆς; Πῶς δὲ οὐκ ἀπειρον τὸ μεσολαβοῦν; Ὁ μὲν γὰρ ἐστὶ πάντων ἐπέκεινα· τὸ δὲ, ἐν τοῖς πᾶσι. Εἰ δὲ οἴονται κατὰ ἀλήθειαν ἠγνοηκέναι τι Χριστὸν, καθ' ὃ νοεῖται Θεός, ἔξω φέρονται σκοποῦ, καὶ τρέχουσι κατὰ πετρῶν, καὶ τὸ κίερα ἐγείρουσι κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ. Εὐρεθήσεται γὰρ, ἂν οὕτως ἔχη καθὰ φασιν αὐτοὶ, οὐδὲ ὁμοούσιος ἐστὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Εἰ γὰρ οἶδεν μὴ ὁ Πατὴρ, ἀγνοεῖ δὲ ὁ Υἱός, πῶς ἴσως ἐστὶ αὐτῷ, ἔχουν ὁμοούσιος; Δεῖ γὰρ πάντως ἐν μέοσιν εἶναι τοῦ εἰδότης, τὸ μὴ εἰδός. Καὶ τὸ ἐστὶ τούτου παραλογώτερον, βουλή τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὀνόμασται ὁ Υἱός. Παῦλος μὲν γὰρ περὶ αὐτοῦ ἔφη· « Ὅς ἐγενήθη ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ σοφία. » Καὶ πάλιν· « Ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ ὀργανοὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι. » Ψάλλει δὲ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεόν· « Κύριε, ἐν τῇ βουλῇ σου ὠδήγησάς με· » βουλήν αὐτοῦ λέγων τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα Υἱόν. Εἶτα πῶς οὐ γελοῖον, ἀγνοεῖν οἴεσθαι τι τῶν ἐν τῷ Πατρὶ

⁸⁰ Matth. xxiv, 36; Marc. xiii, 32. ⁸¹ I Cor. i, 30. ⁸² Coloss. ii, 3. ⁸³ Psal. lxxii, 24.

BON. VULCANII NOTÆ.

δυνατά, ἀποκρινώμεθα, τὰ πρόποντα αὐτῷ, καὶ πᾶσα λύεται ἀνωφελὲς ζήτησις. Δύναται μὲν γὰρ πάντα, βούλεται δὲ τὰ ἀριστα. Hoc est, Si interrogemur an omnia Deo sint possibilis, respondeamus : quæ ipsa dicent; simulque omnis inutilis quæstio solvitur. Pōtest enim omnia, vult autem quæ sunt optima.

(10) Idem argumentum, an videlicet Filius Dei ignorarit extremum diem, tractat Isid. Pelusiotus epist. 117 libri primi.

τὴν σοφίαν αὐτοῦ καὶ τὴν βουλήν αὐτοῦ; καὶ ὁ μόνος A εἰδὼς τὸν Πατέρα, πῶς τὴν τῆς συντελείας ἡμέραν ἀγοεῖ; ποῖον ἄρα τὸ προὔχον ἐν γνώσει, τὸ εἰδέναι τί ἐστὶν ὁ Πατήρ, ἤγουν τὴν ἐσχάτην ἡμέραν; Γέγραπται δὲ πάλιν, ὅτι «Τὸ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ.» Ὅτε τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ εἰδὼς τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, Πνεῦμα καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ ἐστι, πῶς οὐκ οἶδεν τὰ ἐν τῷ ἰδίῳ Πατρὶ; Πολλῶν τοιγαροῦν εἰς ἀτοπίαν ἐνοσιῶν συνουσιῶν τὸν ἀμαθῆ καὶ κίβδηλον ἐκείνων λόγον, ἀναγκαῖον ἔλθειν ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν (11), φάναι τε, ὅτι πεφόρηκε μὲν ὁ μονογενῆς· Λόγος τοῦ Θεοῦ μετὰ τῆς ἀνθρωπότητος καὶ πάντα τὰ αὐτῆς, διχα μόνως τῆς ἁμαρτίας. Μέτροις δὲ ἀνθρωπότητος πρέπει ἂν εἰκότως, καὶ τὸ ἀγοεῖν τὰ ἐσόμενα· οὐκοῦν, καθ' ὃ μὲν νοεῖται Θεός, οἶδε πάντα ὅσα καὶ Πατήρ· καθ' ὃ B γε μὴν ἄνθρωπος ὁ αὐτός, οὐκ ἀποσειεται τὸ καὶ ἀγοεῖσαι δοκεῖν, διὰ τὸ πρέπειν τῇ ἀνθρωπότητι. Ὡς περὶ δὲ αὐτὸς ὢν ἡ ζωὴ πάντων καὶ δυνάμις τροφῆν σωματικὴν ἐδέχετο, τὸ τῆς κενώσεως οὐκ ἀτιμάζων μέτρον, ἀναγέγραπται δὲ καὶ ὑπῶν, καὶ κοπιᾶσας· οὕτω καὶ πάντα εἰδὼς τὴν πρέπουσαν τῇ

lans Filium ex ipso genitum. Præterea, quomodo no-
ridiculum fuerit existimare, ignorare aliquid eorum
quæ in Patre sunt, ipsius sapientiam et voluntatem?
et, qui solus novit Patrem, quo pacto consumma-
tionis diem ignoret? Quænam autem excellentior no-
titia est, scire quid sit Pater, aut extremum diem
nosse? Scriptum autem est rursus, quod « Spiritus
omnia scrutatur, etiam abdita et occulta Dei ». Cum
igitur Spiritus, qui novit arcana Dei et omnia quæ
ipsi insunt, ipsius etiam Filii Spiritus sit, quomodo
non noverit quæ in Patre suo sunt? Cum igitur mul-
tis rationibus depravatæ stolidæque illorum ratioci-
nationes absurditatis convincantur, necesse est ut
ad incarnationis mysterium veniamus, dicentes uni-
genitum Verbum Dei gestasse quidem una cum hu-
manitate omnia quæ ipsius sunt, exceptio solo pec-
cato. Convenit autem merito humanæ naturæ rationi
ignoratio futurorum. Quocirca quatenus quidem in-
telligitur Deus, novit omnia quæ et Pater; quate-
nus autem idem etiam homo est, non videtur aver-
sari ignorationem futurorum, quia hæc humanæ
naturæ est consentanea. Quemadmodum vero ipse

11. J. Cor. II, 10.

BON. VULCANII NOTÆ.

11) Ἀναγκαῖον ἔλθειν ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν. Frequenter hæc voce οἰκονομίας utitur Cyrillus, uti et alii Patres, modo pro ἐνανθρωπήσει ἢ τοῦ ἐνσαρκώσεως τοῦ Μονογενοῦς, id est, *humanatione*, ut ita dicam, sive *Incarnatione Unigeniti*; modo pro consilio divino et dispensatione, atque administratione, qua usus est in generis humani institutione. Proinde, quotiescunque apud Cyrillum occurrit nomen οἰκονομίας, non uno semper modo verti, sed usus sum interpretatione quæ cuique loco accommodatior est visa, secutus hac in re auctoritatem Isidori Pelusiotæ, qui varie hac voce οἰκονομίας multis locis utitur, e quibus pauca aliquot ascribam. Is itaque epistola 41 libri primi loquens perὶ τῆς θελας σαρκώσεως, dicit: *Quemadmodum Eva creata est ex latere Adam, absque ulla seminis intertentione, ita etiam Dominum e matre διχα σπέρματος* σσαρκωμένον, addens, hoc naturæ impossibile non esse, ἀλλ' ὡς περ ἐπὶ τῶν πρωτοπλάστων ἦδη γεγένητο, ἐπὶ τῆς Δεσποτικῆς οἰκονομίας τετελεξέναι, id est, *quemadmodum in primis parentibus jam factum fuerat, in Dominica incarnatione perfectum fuisse*. Epist. 416 ejusdem libri, inter ca quæ Salomon dicit se intellectu assequi non posse, ponit viam navis in medio mari, quod interpretatur Isid. Pelusiotæ, perὶ τῆς πάντας σαρκώσεως θελας οἰκονομίας, id est, *de divina incarnatione omnes servantur*. Epist. 428 ejusdem libri ita loquitur... εὐτελεῖται τῇ δουλικῇ πρὸς τὴν ἀβήτητον οἰκονομίαν χρησάμενος, quod veterim, *servili vilitate ad ineffabilem salutis nostræ institutionem usus, quam ipsam ἀβήτητον οἰκονομίαν* epist. 436 vocat, τὴν ὑπὲρ τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτιῶν γενομένην παύσιον τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐνσαρκῶν ἐπιφάνειαν, id est, *salutarem Filii Dei in carne pro peccatis humanis apparitionem*. Epist. 453 ejusdem libri, loquens de Jesu Christo novissimis temporibus incarnato, cum peccata humana ad summum gradum pervenissent, Christum ipsum ita loquentem facit: Ἐπὶ σωτηρίῳ γὰρ τῶν ἁμαρτόντων, τὴν οἰκονομίαν ἐκείνῃ ποιήσομαι. Id est: *Pro salute enim eorum qui peccaverunt, hanc consilii mei administrationem inibo*. Epist. 497 ejusdem libri, loquens de Domino nostro instar lapidis angularis duos populos arctissime colligante, inquit: ἡ τοῦ Δεσπότητος ἡμῶν ἐνσαρκῶς οἰκονομία συνάψατα, id est, *Domini nostri in carne administratio copulans*. Adverbio etiam οἰκονομικῶς epist. 407 ejusdem libri utitur pro, certo consilio, de Paulo volente Israelitarum causa anathema esse, ita loquens: Ὅν ἀφῆκε νόμον ὡς τέλειος, νηπίος μᾶλλον ἀρμόζοντα, οἰκονομικῶς δι' ἐκείνους ἐδέχετο, ἵνα γένωνται τέλειοι· id est, *Legem quam reliquerat, velati perfectus, infantibus potius convenientem, certo consilio propter illos suscepit, ut fierent perfecti*. Venit vero mihi aliquando in mentem, cum locum illum Isaia: cap. LV legerem: *Non sunt consilia mea sicut consilia vestra, neque via meæ sicut via vestra, vias et consilia Domini idem esse quod οἰκονομίας Δεσποτικῆς*· quam quidem opinionem meam gavisus sum cum viderem Isidori, quo libenter cum Cyrillo meo, magistro utor, auctoritate confirmari. Is enim epist. 232 libri tertii, ubi tractat, *Neminem nisi probata via de Deo sermonem habere debere, neque curiose inquirendum esse quid sit Deus*, ita ait: Ὁ Θεός διὰ τοῦ Ἠσαΐου μεμφόμενος, τοὺς βίου μὲν ἀρίστου μὴ ἐπιμελουμένους, τὰς δὲ οἰκονομίας αὐτοῦ αἰτιωμένους, φησὶν· « Γνωαί μου τὰς θέλους ἐπιθυμοῦσιν, ὡς λαὸς δικαιοσύνας πεποιηκώς, καὶ κρίσιν Θεοῦ αὐτοῦ μὴ ἐγκαταλελοιπώς. » Εἰ δὲ οἱ τὰς ὁδοῦ αὐτοῦ, τούτεστι, τὰς οἰκονομίας, πολυπραγμοῦντες, πάντολμοι ἂν εἴεν· πῶς οὐκ ἂν ἐπέκεινα πάσης τὸλμης χωροῦσιν, οἱ περὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ μαρῶ γλώττη λόγον κινούντες, καὶ μάλιστα ὅταν τί ἐστι πολυπραγμοῦσιν; Hoc est: *Deus per Isaia: incre ans eos qui nullam optime vivendi curam gerunt, consilia vero ipsius incusant, ait (Isa. LVIII, 2): « Scire vias meas volunt, tanquam gens quæ justitiam fecerit, et legem Dei sui non dereliquerit. » Si vero, qui in vias ipsius, hoc est consilia, curiose inquirent, confidentissimi fuerint, quo pacto non omnem confidentie modum excesserint qui de Deo ipso execrabili lingua sermonem movent, et maxime quando quilibet si curiose inquirent? Ex quibus Isidori Pelusiotæ verbis liquido apparet, τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, vias et consilia Dei esse.*

ram, corpoream naturam præ se ferre aiunt, eademque qua nos effigie præditam esse. Corpus itaque etiam ipse, et non amplius spiritus est censendus: annexæ siquidem omnino sunt formæ corporibus. Cum vero Deus sit spiritus, **370** formæ et effigiei ac figuræ plane expers est, neque ulla circumscriptione continetur. Formam autem adepti sumus ei similem, juxta primam illam et maxime propriam, quæ quidem intelligi possit, rationem, secundum virtutem et sanctificationem. Sanctus enim est Deus, et omnis virtutis principium, fons, atque origo. Quod vero ita potius intelligendum sit, hominem ad imaginem Dei factum esse, docebit etiam sapientissimus Paulus, ad Galatas ita scribens: « Filii, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis ¹⁴. » Formatur enim etiam in nobis per sanctificationem, quæ est per Spiritum, per vocationem fidei in ipsum. Porro in transgressoribus fidei, effigies illa non integre elucet. Idcirco alio partu indigent, spirituali nimirum, et intellectuali regeneratione, ut irradiante in ipsis Spiritu sancto per sanctificationem divinam imaginem, rursus in Christum reformentur. Neque vero dissentaneum veritati fuerit, dicere etiam ratione principatus homini similitudinem cum Deo inesse. Datum enim illi est imperium in omnia quæ in terra sunt. Atque hæc quidem est secunda similitudinis cum ipso ratio. At si in humani corporis natura simul et facie situm esset, factum esse ad imaginem Creatoris, sive creatum, quo pacto fieri posset, ut in aliquo ea similitudo deperiret? Nihil enim amisimus eorum quæ substantialiter nobis insunt. Cum autem nos sanctificatio et justitia in Deum transformet, eos qui non amplius virtuose ac veluti in sanctificatione vivebant, dicimus hanc usque adeo venerandam atque eximiam pulchritudinem amisisse. Quocirca recuperatur illa per sanctificationem et virtutem, piæque vitam. At si nonnulli, præ nimia stultitia, existimant divinam naturam humanam formam præ se ferre, quo pacto Salvator Judæis dixerit de Deo ac Patre: « Amen, amen dico vobis, neque vocem ejus audivistis unquam, ut dixi, humana forma præditus, quomodo non ejus non viderint?

371 CAPUT IV.

Adversus dicentes: An et angeli ad imaginem Dei?

Cum hoc, *ad imaginem Dei*, explicamus de homine, non figuram corporis in ipsum transformatam diximus. Corporis enim et materiæ expers est Divinitas, neque tactu apprehendi potest, nullaque quantitate et circumscriptione, formaque ac figura continetur. Cum vero homini divinam imaginem adaptamus, diximus quod juxta indolis sive morum qualitatem, et secundum formam spirituales (quæ quidem per virtutum pulchritudinem elucet), ad

A ἡμεῖς ἐσμεν. Ἄρ' οὖν σῶμα καὶ αὐτὸς, καὶ οὐκ ἔτι πνεῦμα νοεῖται. Ἀκολουθεῖ γὰρ πάντως τὰ εἶδη τοῖς σώμασιν. Ἐπειδὴ δὲ πνεῦμά ἐστιν ὁ Θεός, ἀνείδεός που πάντως ἐστὶ, καὶ τύπου, καὶ σχήματος, καὶ περιγραφῆς ἐπέκεινα πάσης. Μεμορφώμεθα δὲ πρὸς αὐτὸν κατὰ πρῶτον μὲν τρόπον καὶ κυριώτατον, ὅσον ἂν νοοῦτο, κατ' ἀρετὴν καὶ ἁγιασμόν. Ἄριστον γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ἀπάσης ἀρετῆς ἀρχὴ καὶ πηγὴ καὶ γένεσις. Ὅτι δὲ πρέπει ἂν οὕτω νοεῖσθαι μᾶλλον τὸ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, διδάξει καὶ Παῦλος ὁ πάνσοφος τοῖς ἐν Γαλατίᾳ λέγων· « Τεκνία, οὗς πάλιν ὠδίωκα, ἄχρις ἂν μορφωθῆ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Μορφοῦται μὲν γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν δι' ἁγιασμοῦ, τοῦ διὰ Πνεύματος, διὰ κλήσεως τῆς ἐν πίστει τῇ εἰς αὐτόν. Ἐν δὲ γε τοῖς τὴν πίστιν παραβαίνουσιν, οὐκ ἐκλάμπουσιν οἱ χαρακτήρες ὀγιῶς. Διὰ τοῦτο ἐτέρας ὠδίους χρήσουσι πνευματικῆς, καὶ νοητῆς ἀναγεννήσεως, ἵνα τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν αὐτοῖς ἐναστράπτουτος δι' ἁγιασμοῦ τὴν θέλειν εἰκόνα, πάλιν εἰς Χριστὸν ἀναμορφωθῆεν. Οὐκ ἀπίθανον δὲ καὶ κατὰ τὸ ἀρχικὸν εἶναι λέγειν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν ὁμοίωσιν τὴν πρὸς Θεόν. Δέδοται γὰρ αὐτῷ τὸ ἀρχεῖν ἀπάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ δευτερός οὗτος τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιώσεως λόγος. Εἰ δὲ ἐν τῇ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος φύσει τε καὶ ἔξει κείμενον ἦν τὸ πεπλάσθαι κατ' εἰκόνα τοῦ Δημιουργοῦ, ἢ τὸ πεποιθῆσθαι, πῶς ἦν δύνασθαι τινὰς ἀπολλεῖν αὐτό; Οὐδὲν γὰρ ἀποθεβλήκαμεν τῶν ὄντων οὐσιωδῶς. Ἐπειδὴ δὲ ἡμᾶς ὁ ἁγιασμός καὶ ἡ δικαιοσύνη πρὸς Θεὸν διαμορφοῖ, τοὺς μηκέτι ζήσαντας κατ' ἀρετὴν καὶ ὡς ἐν ἁγιασμῷ, φαιμέν ἀποβαλεῖν τὸ οὕτω σεπτόν καὶ ἐξαιρετόν κάλλος· διὸ καὶ ἀνάλαμβάνεται πάλιν δι' ἁγιασμοῦ καὶ ἀρετῆς, καὶ ζωῆς τῆς κατ' εὐσέβειαν. Εἰ δὲ οἴονται τινες ἐκ πολλῆς ἄγαν ἐλαφρίας ἀνθρωποεἰδῆ τὴν θέλειν εἶναι φύσιν, πῶς Ἰουδαῖος ἐφασκεν ὁ Σωτὴρ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς· « Ἀμήν, ἀμήν λέγω ὑμῖν, οὐτε φωνὴ αὐτοῦ ἀκηκόατε πώποτε, οὐτε εἶδος αὐτοῦ ἐωράκατε; » Εἰ γὰρ ἦν, ὡς ἔφην, ἀνθρωποεἰδής, πῶς οὐ θεόθεν οὐκ Ἰουδαῖοι μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι τὸ εἶδος αὐτοῦ;

Judæi solum, verum etiam omnes homines faciem

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

D

Πρὸς τοὺς λέγοντας, Εἰ καὶ ἄγγελοι κατ' εἰκόνα Θεοῦ;

Τὸ, *κατ' εἰκόνα Θεοῦ*, διερμηνεύοντες ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου, οὐ τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος πρὸς αὐτὸν ἐλέγομεν μεταμορφοῦσθαι. Ἀσώματον γὰρ, εὐλόγον τε καὶ ἀναφῆς τὸ θεῖον, καὶ ποσότητος ἐπέκεινα καὶ περιγραφῆς, εἶδους τε καὶ σχήματος. Ἐφαρμόζοντες δὲ τῷ ἀνθρώπῳ τὸν θεῖον ἐξεικονισμόν, ἐλέγομεν ὅτι κατὰ τὴν τῶν ἡθῶν ἦτοι τῶν τρόπων ποιότητα, καὶ κατ' εἶδος τὸ πνευματικόν, ὃ διὰ τῆς εὐειδίας τῶν ἀρετῶν ἐκφαίνεται, πεποιθῆσθαι καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ

¹⁴ Galat. iv, 19. ¹⁵ Joan. v, 37.

τοῦ Δημιουργοῦ. Ἐν παντὶ γὰρ καλῶ τὸ θεῖον, καὶ αὐτὸ πηγὴ καὶ βίβλα καὶ γένεσις ἀπάσης ἀρετῆς. Ἦκει δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐκεῖθεν τὰ ἀγαθὰ. Εἰ τόνον κατὰ τὴν ἐξ ἀρετῶν ἰδέαν διαμορφώμεθα πρὸς θεόν, ἐνεστί δὲ τοῦτο καὶ τοῖς ἀγίοις ἀγγέλοις, καὶ ἀσυγκρίτως ὑπὲρ ἡμᾶς· οὐκ ἀμήχανον ἐννοεῖν ὅτι καὶ πᾶσα κτίσις λογικὴ δι' ἀγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης, καὶ δικαίας ἀρετῆς μορφοῦται πρὸς θεόν. Εἰ γὰρ ἡμῖν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὸ θεῖον καὶ ὑπερκόσμιον ἐμπρέπει κάλλος, πῶς οὐ μᾶλλον ταῖς ἀνω δυνάμεσι λογικαῖς, αἷς ἐπαναπαύεται θεός; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ θεῖον αὐτοῦ τὸν οὐρανὸν ὀνομάζουσιν αἱ θεαταὶ Γραφαί.

Idcirco enim divinum etiam ipsius coelum sacra Scriptura vocat.

ΚΕΦΑΛ. Ε΄.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ μὲν, «κατ' εἰκόνα,» ἐλάβομεν κτισθέντες εὐθύς· τὸ δὲ, «κατ' ὁμοίωσιν,» οὐδαμῶς· τετήρηται δὲ παρ' ἡμῖν εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα. Διὸ γέγραπται· «Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῆ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα.» Καὶ πάλιν εἰρηται· «Ποιήσωμεν τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν·» καὶ μετὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίαν εἰρηται· «Ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ἐποίησεν αὐτόν·» σιωπήσας ἐνταῦθα τὸ, «καθ' ὁμοίωσιν,» ἵνα δείξῃ μῆπω δεδέχθαι τοῦτο ἡμᾶς, τετηρηῆσθαι δὲ ἡμῖν ἐν τῇ μακροῖα ἐκείνῃ ζωῇ.

Εἰ μὲν ἕτερόν φασιν εἶναι τὸ, κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, τὴν διαφορὰν διδασκώσαν. Διακείμεθα γὰρ ἡμεῖς, ὡς οὐδὲν ἕτερον τὸ, κατ' εἰκόνα δηλοῖ, πλὴν ὅτι, καθ' ὁμοίωσιν, καὶ ὁμοίως τὸ, καθ' ὁμοίωσιν, τῷ, κατ' εἰκόνα. Τὴν δὲ γε πρὸς θεόν ὁμοίωσιν ἐλάχομεν ἐν πρώτῃ κατασκευῇ, καὶ ἐσμέν εἰκονισμὸς θεοῦ. Δεκτικὴ γὰρ, ὡς ἔφην, ἡ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴ, μᾶλλον δὲ φύσις, καὶ ἀγαθότης καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀγιασμοῦ, καὶ τὴν ἐν τούτοις ἔφεσιν ἐγκαταθεβλημένῃν ἔχει παρὰ θεοῦ. Καὶ τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν ἐντεῦθεν· καὶ γὰρ ἐκτροπὴ γέγονε τῇ ἀνθρώπου διανοίᾳ, καὶ οὐκ ἀπὸ γε τῶν φαύλων εἰς τὸ ἀγαθόν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ πρὸς τὸ φαῦλον. Πρῶτον οὖν ἐκεῖνο χρὴ προὑποκείσθαι, ὃ δὴ καὶ ἀφέντες ἐκτετράμμεθα. Ὅτι γὰρ ἐνεσπάρη τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ ἐκ πρώτης κατασκευῆς παντὸς ἀγαθοῦ ἐφεσίς τε καὶ προθυμία, καὶ γνώσις, σαφηνεῖ λέγων ὁ πάνσοφος Παῦλος· «Ὅταν γὰρ ἔβην τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῆ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, οἷτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυροῦσας αὐτῶν τῆς συνειδήσεως.» Εἰ δὲ καὶ τοῖς ἔθνεσι τοῖς ἔξω νόμου, φυσικῶς ἐνεστί τὸ εἰδέναι νόμον, ἦτοι τὸν σκοπὸν τοῦ νομοθέτου, δηλον ἔσται παντὶ τῶν λοιπῶν, ὅτι δίκαια καὶ ἀγαθὴ γέγονεν ἐν ἀρχαῖς ἡ ἀνθρώπου φύσις, καὶ εἰς τοῦτο παρὰ θεοῦ παρήχθη, φοροῦσα μόρφωσιν τὴν αὐτοῦ καὶ εἰκόνα τῆς ἀγαθότητος. Καὶ γὰρ ἦν ἅγιος ὁ πρῶτος χρόνος· τῆς ἀνθρώπου ζωῆς· παρεσβαλοῦστος δὲ τῆς ἀμαρτίας, οἱ τῆς πρὸς θεόν ὁμοιούσεως χαρακτηρισεῖς οὐκ ἔτι λαμπροὶ μεμενήκασι ἐν ἡμῖν. Ἐπειδὴ δὲ

A similitudinem ipsius Creatoris sit factus. Omne enim bonum est in Deo, et ipse est fons et radix omnis virtutis. Inde vero etiam in nos bona promanant. Si ergo ratione figuræ, quam virtutes nobis conciliant, eandem cum Deo formam nacti sumus, inest autem hoc etiam sanctis angelis, et quidem incomparabiliter amplius quam in nobis, hand difficile intellectu fuerit, quod et omnis creatura ratione prædita, per sanctificationem et justitiam, atque adeo per omnem virtutem, eandem cum Deo formam consequatur. Si enim nobis, qui humi versamur, divina ac supermundana pulchritudo quadrat: quo pacto non magis supernis illis rationalibus potestatibus, in quibus acquiescit Deus?

B

CAPUT V.

Adversus eos qui dicunt, nos hoc, «juxta imaginem,» accepisse statim ac creati sumus: «juxta similitudinem,» vero, nequaquam, serratum vero nobis esse in futurum sæculum. Idcirco scriptum esse: «Quando Christus apparuerit, similes ipsi futuri sumus¹⁴.» Et rursus dictum esse: «Faciemus hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram¹⁵;» et post creationem hominis dictum esse: «Fecit Deus hominem, ad imaginem suam fecit eum,» suppresso ibidem hoc, «ad similitudinem¹⁶;» ut ostendat, nos hoc nondum adeptos esse: servatum vero nobis esse in beatam illam vitam.

Si quidem aliud atque aliud esse dicunt, ad imaginem, et ad similitudinem, **372** doceant differentiam. Nostra enim sententia est, nihil aliud significare, ad imaginem, quam, ad similitudinem: et similiter, ad similitudinem, quam, ad imaginem. Similitudinem vero cum Deo nacti sumus in prima creatione, et sumus imago Dei. Capax enim est, ut dixi, hominis creatio, aut potius natura, cum bonitatis, tum justitiæ et sanctificationis, eorumque in situ sibi habet a Deo desiderium. Quod quidem vel hoc argumento colligi evidenter potest: Accidit enim humanæ menti mutatio, non ex malis in bonum, sed ex bono in malum. Necesse igitur est primum illud præsupponi, quo amisso mutati sumus. Quod enim infusa sit hominis naturæ ex prima creatione omnis boni appetentia, et propensio, atque notitia, declarat sapientissimus Paulus, dicens: «Quando enim gentes legem non habentes, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legem non habentes, sibi ipsi sunt lex; qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testificante ipsorum conscientia¹⁷.» Si vero etiam gentibus extra legem constitutis, inest naturaliter nosse legem, sive mentem legislatoris: manifestum cnivis deinceps fuerit, quod justa et bona initio fuerit hominis natura, et ad hoc a Deo ad esse producta, effigiem ipsius et imaginem bonitatis gerens. Sanctum enim erat primum humanæ vitæ tempus: sed postquam peccatum irrepsit, characteres similitudinis cum Deo non amplius illustres ac splendidi in nobis permanserunt. Posteaquam vero rursus

¹⁴ 1 Joan. III, 2. ¹⁵ Gen. I, 26. ¹⁶ ibid. 27. ¹⁷ Rom. II, 14, 15.

homo factus est unigenitum Verbum Patris, sancta A denuo est effecta humana natura, et ad ejus similitudinem per justitiam sanctificationemque reformata. Ita alibi sapientissimus Paulus inquit: « Quia omnes nos revelata facie gloriam Domini specularites, in eandem imaginem transformamur, a gloria in gloriam tanquam a Domini Spiritu ²⁰. » Dominus autem Spiritus est ²¹. Instauratio igitur ac veluti reformatio humanæ naturæ facta est in Christo, coaptata carne nostra in sanctam vitam in Spiritu. Si vero sacra Scriptura dixit, quod fecerit Deus hominem ad imaginem suam; **373** reticuerit vero, ad similitudinem: intelligendum est, hoc, ad imaginem, suffecisse, quippe quod nihil aliud significet, quam, ad similitudinem. Supervacaneum autem est dicere, quod hoc nobis in futurum sæculum sit reservatum. Dicente enim Deo, « Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem, » quisnam ita temerarius fuerit, ut dicat factum quidem esse ad imaginem, non tamen ad similitudinem? Similes autem futuri sumus Christo, prout corruptionis expertes, et interitu ac morte superiores effecti sumus, necnon ratione gloriæ quam ipsemet nobis est largitus. Scribit enim rursus beatus Paulus: « Mortui siquidem estis, et vita nostra abscondita est cum Christo in Deo: cum Christus apparuerit vita nostra, tunc et vos cum illo apparebitis in gloria ²². » Alibi vero rursus: « Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configurat corpori gloriæ ipsius ²³, » quandoquidem ne nunc quidem alieni sumus ab eo, ut ad similitudinem ejus facti dicamur, siquidem verum est quod formatur in nobis per sanctum Spiritum. Scribit enim rursus ad Galatas Paulus: « Filii, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis ²⁴. » Quando enim nosmetipsos fideles ac sanctos præstamus, tum Christus in nobis formatus videtur, mentibusque nostris characteres suos ac typos spiritualiter irradians.

CAPUT VI.

Adversus dicentes, quod non imago Dei sumus, sed imago imaginis. Filius enim et Verbum Dei ac Patris, imago ejus est; homo autem, non archetypus imago est, sed imaginis, nimirum Filii Dei: ita ut simus imago imaginis. Neque enim dictum est, aiunt, quod Deus fecerit hominem suam ipsius imaginem, sed juxta imaginem, ut homo sit secundum imaginem Dei ac Patris, hoc est, imago Filii; quod quidem est imago imaginis.

Sancta et consubstantialis Trinitas excellentior est, quam ut ulla specie aut simulacro corporeo contineatur. Certa autem fide comprehendendum est, quod Pater in Filio, et Filius in Patre; et qui vidit Filium, vidit et Patrem. Cernitur autem et Filius in consubstantiali Spiritu. **374** Scriptum est enim: « Dominus autem Spiritus est ²⁵. » Ubi vero in universum identitas est essentiae, ibi nulla plane differentia statui potest: sed id quod Patrem e se

πάλιν ἄνθρωπος γέγονεν ὁ μονογενὴς Λόγος τοῦ Θεοῦ, ἅγια γέγονεν αὐθις ἡ ἀνθρώπου φύσις, πρὸς αὐτὸν διὰ δικαιοσύνης ἀναμορφουμένη καὶ ἁγιασμοῦ. Οὕτω ποῦ φησὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Ὅτι δὲ ἡμεῖς πάντες ἀνακακαλυμμένῃ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος. » Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστι. Οὐκοῦν ἀνάνεωσις καὶ ὅλον ἀναπλασμὸς τῆ ἀνθρώπου φύσεως γέγονεν ἐν Χριστῷ, καταρρυθμιζομένης ἡμῶν τῆς σαρκὸς εἰς ἅγιαν ζωὴν ἐν Πνεύματι. Εἰ δὲ εἶπεν πάλιν ὁ Γράμμα τὸ ἱερὸν, ὅτι πεποίηκεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ, σεσίγηκεν δὲ τὸ, καθ' ὁμοίωσιν, ἐννοῆσαι χρῆ, ὅτι ἠρκεσθη τὸ κατ' εἰκόνα εἰπεῖν, ὡς οὐδὲν ἕτερον δηλοῦντος τοῦ, καθ' ὁμοίωσιν. B Περιττὸν γὰρ τὸ λέγειν ὅτι τοῦτο ἡμῖν τετήρηται εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα. Θεοῦ γὰρ εἰπόντος, ὅτι « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, » τίς ὁ φάνας τολμῶν ὅτι γέγονεν μὲν κατ' εἰκόνα, οὐ μὴν ἐτι καθ' ὁμοίωσιν; Ὅμοιοι δὲ τῷ Χριστῷ ἐσόμεθα κατὰ γε τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ τοῦ θανάτου γενέσθαι κρείττονες, καὶ μὴν κατὰ τὴν δόξαν ἢ ἂν αὐτὸς ἡμῖν ἐχαρίσατο. Γράφει γὰρ πάλιν ὁ θεοπέσιος Παῦλος· « Ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ· ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῆ, ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. » Ποτὲ δὲ πάλιν· « Ὅς μετασηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, ὥστε γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, » ἐπεὶ καὶ νῦν οὐκ ἐσμὲν ἕξω τοῦ καθ' ὁμοίωσιν εἶναι αὐτοῦ, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς μορφοῦται ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Γράφει γὰρ πάλιν ὁ Παῦλος Γαλάταις· « Τεκνία, οὐδὲ πάλιν ὠδίνω, ἀχρις οὐ μορφωθῆ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Ὅτι γὰρ ἑαυτοὺς πιστοὺς καὶ ἁγίους τηρήσωμεν, τότε ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν ὁράται μορφοῦμενος, καὶ ταῖς ἡμετέραις διανοαῖς τοὺς ἑαυτοῦ χαρακτήρας ἐναστρέπτων.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι οὐκ εἰκὼν Θεοῦ ἐσμεν, ἀλλ' εἰκὼν εἰκόνας. Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, εἰκὼν αὐτοῦ ἐστίν· ὁ δὲ ἄνθρωπος, οὐχὶ τοῦ ἀρχετύπου εἰκὼν, ἀλλὰ τῆς εἰκόνας, ἣν ἔχει τοῦ Υἱοῦ, ὡς εἶναι ἡμῶν εἰκόνα εἰκόνας. Οὐ γὰρ εἰρηται, φησὶ, ὅτι εἰκόνα ἑαυτοῦ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα, ἴνα ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα ἢ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, τούτεστι, εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ, ὅπερ ἐστὶν εἰκὼν εἰκόνας.

Εἶδους μὲν παντὸς καὶ φαντασίας σωματικῆς ἐπέκεινα ἡ θεία τέ ἐστι καὶ ὁμοούσιος Τριάς. Χρῆ δὲ πιστεῦειν, ὅτι ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ ἐστίν, καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ· καὶ ὁ ἑωρακῶς τὸν Υἱὸν, ἑώρακεν τὸν Πατέρα. Ὅραται δὲ καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ ὁμοούσιῳ Πνεύματι. Γέγραπται γὰρ· « Ὁ δὲ Κύριος Πνεῦμά ἐστίν. » Ἐνθα δὲ ὅλων ταυτότης οὐσίας, ἐκεῖ πάλιν ὅπως τὸ παραλλάττον εἴη ἂν οὐδὲν· ἀλλ' ὅπερ ἂν τὸν Πατέρα εἶναι νοῆς, τοῦτό ἐστι καὶ ὁ Υἱὸς, διχα μόνου

²⁰ II Cor. iii, 18. ²¹ ibid. 17; Joan. iv, 21. ²² Coloss. iii, 3, 4. ²³ Philipp. iii, 21. ²⁴ Galat. iv, 19.

²⁵ II Cor. iii, 17; Joan. iv, 24.

τοῦ εἶναι πατήρ· καὶ ὅπερ ἂν τὸν Υἱὸν εἶναι ὑπολάβῃς, τοῦτο ἐστὶ καὶ τὸ Πνεῦμα, διχα τοῦ εἶναι υἱός. Ἰφρόστηκε γὰρ τῶν ὀνομασμένων ἕκαστον ἰδίουστάτως, καὶ ἐστὶν ἀληθῶς ὑπερβαίνει λέγεται. Ἡ δὲ εἰς πᾶν ὀνομαστικὴ ὁμοίωσις τῆς ἁγίας Τριάδος ἀπαρραλλάκτως ἔχει. Οὐκοῦν κἂν εἰ γέγονε κατ' εἰκόνα τοῦ Υἱοῦ ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὕτως ἐστὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ. Ὅλης γὰρ αὐτῷ τῆς ἁγίας Τριάδος οἱ χαρακτῆρες ἐλλάμπουσι, ἅτε δὴ καὶ μιᾶς οὐσίας τῆς κατὰ φύσιν θεότητος τῆς ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Γράφει οὖν Μωσῆς ὁ θεόληπτος· « Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Τὸ δὲ, *ἡμετέραν*, οὐχ ἐνὸς προσώπου δηλωσιν ἔχει, διὰ τοι τὸ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν εἶναι τὸ τῆς θείας καὶ ἀβρότου φύσεως πλήρωμα. Περιττὸν οὖν ἄρα περιεργάζεσθαι καὶ ἰσχυροεπεῖν καὶ λέγειν, ὅτι οὐ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον ἐσμὲν εἰκόνας, οὐδὲ τοῦ ἀρχετύπου, ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ εἰκόνας. Ἄρχει δὲ τὸ μετὰ ἀπλότητος πιστεύειν, ὅτι κατὰ θεϊαν εἰκόνα γεγόναμεν, τὴν πρὸς τὸν Θεὸν λαθόντες φυσικῶς μόρφωται. Εἰ δὲ χρῆ τι καὶ οὐκ ἀπιθάνως εἰπεῖν, ἀναγκαῖον ἦν μέλλοντας υἱοὺς ὀνομάζεσθαι Θεοῦ ἡμᾶς, κατ' εἰκόνα τοῦ Υἱοῦ μᾶλλον γενέσθαι, ἵνα καὶ ὁ τῆς υἰότητος ἡμῶν ἐμπρέπη χαρακτήρ.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ἐν τῇ μελλούσῃ καταστάσει τὸ λογικὸν ἔχουσα ψυχή, καὶ διὰ τοῦτο γνώσεως οὐκ ἀμοιροῦσα, προκοπτεῖ· καὶ ὅτι εἰ προκοπήν ἔξει, πάντως δεῖ καὶ μειώσιν καὶ πάθος, καὶ φθορὰν· ἐκ τούτου, καὶ θάνατον, καὶ αὐτὴς ἀναβίωσιν.

Οἱ τοιαῦτα διενθυμούμενοι, ἀγνοεῖν εἰκόνα τὴν δοθησομένην χάριν τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν. Εἰ γὰρ δεῖ τὸ φαρτὸν τοῦτο τὴν ἀφθορίαν ἐνδύσασθαι, καὶ τὴν φθορὰν ἀποδύσασθαι, συναποβαλοῦμεν δηλονότι τῇ φθορᾷ καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς πάθη (ταῦτα δὲ ἐστὶ ἐπιθυμία πᾶσα σαρκική), καὶ λοιπὸν εἰς ἁγίαν καὶ πνευματικὴν ζωὴν μεταστησόμεθα, νέμοντος ἡμῶν τὸ ἀρχαῖον ἐν τούτοις τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Εἰ γὰρ νῦν τὸν ἀβραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἔχοντες ἁγίως πολιτευόμεθα, τίνες ἐσόμεθα λαθόντες τὸ πλήρες; Ὅπου δὲ πλήρωσις Πνεύματος, ἐκεῖ που πάντως καὶ ἀσφάλεια νοῦ, καὶ καρδίας· ἐδραϊότης, τῆς ὁρώσης εἰς τὸ ἀγαθὸν καὶ εἰς ἀκραιφνῆ θεοπτικῶν. Οὐκοῦν ἐσόμεθα μὲν ἀμείνους ἑαυτῶν, τὴν φθορὰν ἀποδυσάμενοι, καὶ τὸ σῶμα πνευματικὸν ἔχοντες, τουτέστι, εἰς μόνον τὸ τοῦ πνεύματος βλέποντες· κλόνας δὲ ὁ καταβιδάξων ἡμᾶς εἰς φαυλότητα τὸ τρυγικᾶδε ἐσται οὐδεις, συνέχοντος ἡμᾶς εἰς τὸ ἑαυτοῦ [θέλημα] τοῦ Δημιουργοῦ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοὺς ἁγίους ἀγγέλους. Τοιοῦτόν τι Χριστὸς ἀπεφῆνατο εἰπὼν· « Ἐν τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσι, οὔτε γαμίζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι Θεοῦ εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ. »

A intellexeris, hoc etiam est Filius, præter unum id quod pater est : et quod Filium esse cognoveris, hoc est etiam Spiritus, citra id quod filius est. Unumquodque enim eorum quæ nominavimus, in propria sua hypostasi subsistit, vereque est id quod dicitur. Omnimoda vero similitudo Trinitatis immutabiliter ita se habet. Quocirca tametsi factus sit ad imaginem Filii homo, etiam sic factus est ad imaginem Dei. Totius enim Trinitatis characteres sive imagines in ipso effuigent : quemadmodum etiam una est secundum naturam deitas in Patre, et Filio, et Spiritu sancto. Scribit itaque Moyses divino Numine afflatus : « Et dixit Deus : Faciamus hominem ad imaginem nostram, et ad similitudinem ». Hoc autem nostram, non unius personæ significationem habet, cum in tribus hypostasibus divinæ atque ineffabilis naturæ plenitudo consistat. Supervacanea igitur est curiositas et argutatio dicentium, quod non Dei potius neque archetypus sumus imago, sed imago imaginis Dei. Sufficit enim cum simplicitate credere, quod ad divinam imaginem facti sumus, similem naturaliter cum Deo formam nacti. Si vero oportet his aliud quid non improbabilius adjicere, necessarium erat, nos, qui filii Dei appellandi eramus, ad imaginem Filii potius fieri, ut et filiationis character nobis conveniret.

CAPUT VII.

Adversus dicentes, quod in futuro statu anima ratione prædita, ac proinde cognitionis non experta, incrementum accipit; et quod si incrementum, imminutionem etiam sustinet, et passionem, atque ex hoc, et mortem, rursusque reviviscere.

Qui hæc animo concipiunt, Ignorare videntur gratiam quæ hominis naturæ, postquam a morte revixerit, conferetur. Si enim oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, interitumque exuere, deponemus profecto una cum corruptione affectiones quæ ex 375 ea oriuntur (hæc autem sunt, omnis concupiscentia carnalis), ac deinceps in sanctam spiritualemque vitam traducemur, tribuente nobis, quod his conveniat, omnium nostrum Servatore Christo. Si enim nunc arrhabonem Spiritus habentes sancte vivimus, quinam tandem futuri sumus, cum plenitudinem acceperimus? Ubi vero plenitudo Spiritus est, ibi omnino mentis firmitas, et cordis stabilitas respicientis in omne bonum, et ad puram ac sinceram Dei visionem. Quocirca præstantiores quidem nobis ipsi sumus futuri, cum interitum exuerimus, corpus spiritualiter affectum habentes, hoc est, solis iis quæ spiritus sunt intenti. Motus vero, qui nos in malum propellat, nullus tunc est futurus, continente nos in sua voluntate Creatore per Spiritum sanctum, quemadmodum fere et sanctos angelos. Ejusmodi quid Christus nobis significavit, cum dixit : « In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed tanquam angeli Dei sunt in celo ».

²⁶ Gen. i, 26. ²⁷ I Cor. xv, 51. ²⁸ Marc. xii, 25.

CAPUT VIII.

A

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Cur in Adam morientes, paternam quidem pœnam exsolvant. et illius transgressionem unusquisque nostrum obnoxius fiat : in Christo autem vivificatus meus parens et per Spiritum purgatus a debito primi parentis, et a suo ipsius peccato, non transmittit in me filium suum puritatem suam, neque mihi profuit gratia justitiæ quæ ipsi collata fuit, cum alioqui peccato prævaleat?

Inquirendum est, quo pacto in nos primus parens Adam, pœnam sibi ob transgressionem illatam, transmiserit. Audivit enim, quia « Terra es, et in terram reverteris »¹⁹, et ex incorrupto factus est corruptioni obnoxius, mortisq; vinculis submissus. Posteaquàm vero in hanc prolapsus, liberos procreavit, nati ex ipso, utpote ex mortali, mortales effecti sumus. Hoc pacto sumus execrationis in Adam hæredes. Neque enim omnino veluti cum ipso mandatum quod acceperat infringentes, punimur : sed quia, ut dixi, mortalis factus, execrationem in progeniem suam transmittit. Mortales enim **376** effecti sumus ex mortali. Dominus autem noster Jesus Christus, secundus Adam declaratus, et principium generis nostri, secundum nimirum post primum, in incorruptionem nos reformavit, opponens se morti, et propria carne ipsam vacuans atque dissolvens, solutaque est in ipso pristinæ execrationis vis. Idecirco inquit sapientissimus Paulus quod, « Quemadmodum per hominem mors, ita etiam per hominem resurrectio mortuorum »²⁰. Et rursus : « Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur »²¹. Universos itaque comprehendens, generalissimæque pœna, propter eam quæ in Adam facta est transgressionem, interitus ac mors est. Similiter etiam omnium et quidem generalissima redemptio in Christo perfecta est. Exiit enim humana natura in ipso mortem sibi immissam, ex eo quod mortalis redditus esset primus homo. At vero privatus uniuscujusque nostrum pater, etiamsi per Spiritum sanctum sit sanctificatus, et peccatorum veniam consecutus, donum hoc in nos etiam non transmittet. Unus enim est, qui omnes sanctificat et justificat, et ad incorruptionem traducit, Dominus noster Jesus Christus, et in omnes ex æquo per ipsum, donum promanat. Aliud autem est peccati remissio, et aliud mortis dissolutio : et unusquisque quidem propriorum peccatorum remissionem consequitur in Christo per Spiritum sanctum : generaliter autem liberamur omnes a pœna jam olim nobis illata, a morte, inquam, quæ omnes pervaserat ex primo nostri generis nobis simili in mortem prolapsa. Idecirco enim inquit sapientissimus Paulus, quod mors regnavit ab Adam, usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt, in similitudinem prævaricationis Adæ²²,

Διὰ τί ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκοντες, πατρικὴν ἐκτίνοισι μὲν δίκην, καὶ τὴν ἐκείνου παράδεισιν ἕκαστος χρεώσται· ἐν δὲ τῷ Χριστῷ ζωοποιηθεὶς ὁ ἐμός πατήρ, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καθαρθεὶς τῆς τε προπατορικῆς ὀφλήσεως καὶ τῆς ἰδίας πλημμελείας, οὐ μετέδωκέ μοι τῆς καθαρότητος τῷ γεννηθέντι, οὐτ' ὠρησέ με τῆς εἰς αὐτὸν δικαιοσύνης ἢ χάριτος, καίτοι ὑπερισχύουσα κατὰ τῆς ἀμαρτίας;

Ἐξετάσαι χρὴ πῶς εἰς ἡμᾶς ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ παρέπεμψε τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ διὰ τὴν παράδεισιν δίκην. Ἦκουσεν γάρ, ὅτι « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » καὶ φθαρτὸς ἐξ φθάρτου γέγονε, καὶ ὑπενέχθη τοῖς δεσμοῖς τοῦ θανάτου. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τοῦτον πεσὼν παιδοποίησεν, οἱ γεγονότες ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἀπὸ φθαρτοῦ, φθαρτοὶ γηγόναιμεν. Οὕτως ἐσμὲν τῆς ἐν Ἀδὰμ κατάρτας κληρονόμοι. Οὐ γὰρ πάντως ὡς σὺν ἐκείνῳ τῆς ἐντολῆς ἧς ἐδέξατο παραχούσαντες τετιμωρήμεθα, ἀλλ' ὅτι, ὡς ἔφη, θνητὸς γηγόνως, εἰς τὸ ἐξ αὐτοῦ σπέρμα παρέπεμψε τὴν ἀράν. Θνητοὶ γὰρ γηγόναιμεν ἐκ θνητοῦ. Ὁ δὲ γε Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς· δευτέρος Ἀδὰμ χρηματίσας, καὶ ἀρχὴ τοῦ γένους ἡμῶν δευτέρα μετὰ τὴν πρώτην, εἰς ἀφθαρσίαν ἡμᾶς ἀνεμόρφωσεν, προσβαλὼν τῷ θανάτῳ, τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ καταργήσας αὐτὸν, καὶ λέλυται τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς ἡ δύναμις ἐν αὐτῷ. Διὰ τοῦτο φησὶν ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι « Ὅσπερ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, οὕτω καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. » Καὶ πάλιν· « Ὅσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσι, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. » Οὐκοῦν, ἡ καθόλου καὶ γενικωτάτη δίκη διὰ τῆς ἐν Ἀδὰμ παραβάσεως ἢ φθορᾶ καὶ ὁ θάνατός ἐστιν· ὁμοίως ἢ κατὰ πάντων καὶ γενικωτάτη λύτρωσις ἐν Χριστῷ τετέλεσται. Ἀπεδύσατο γάρ ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν αὐτῷ τὴν ἐπιβριφέντα θάνατον αὐτῆς, διὰ τοῦ γενέσθαι φθαρτὴν τὴν πρῶτον ἀνθρωπίνον. Ὁ δὲ ἐκάστου ἡμῶν πατήρ, καὶν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἠγιασθή, καὶ ἐκομίσασατο τὴν τῶν πλημμελημάτων ἀφῆσιν, οὐ παραπέμψαι καὶ εἰς ἡμᾶς τὸ δῶρον· εἰς γὰρ ἐστὶν ὁ πάντας ἁγιάζων καὶ δικαίων, καὶ εἰς ἀφθαρσίαν ἀνακομίζων ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ εἰς πάντα ἐν ἴσῳ δι' αὐτοῦ τὸ δῶρον ἔρχεται. Ἔτερον δὲ ἐστὶν ἀμαρτίας ἀφῆσις, καὶ ἕτερον θανάτου λύσις· καὶ ἕκαστος μὲν τῶν ἰδίων πλημμελημάτων κερδίνει τὴν ἀφῆσιν ἐν Χριστῷ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· κοινῇ ὅ πάντες ἀπαλλαττόμεθα τῆς ἐν ἀρχαίᾳ ἐπενεχθεῖσης δίκης ἡμῖν, τῆς τοῦ θανάτου φημί, δραμούσης εἰς ἅπαντας, τοῦ πρώτου τοῦ καθ' ὁμοιότητα πεσόντος εἰς θάνατον. Διὰ τοῦτο γὰρ φησὶ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι ὁ θάνατος ἐβασίλευσεν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσῆως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας, ἐπὶ τῷ ὁμοιωμάτι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, μέχρι νόμου κερκράτηκεν ἢ τοῦ θανάτου δίκη. Χριστοῦ δὲ λοιπὸν προαναλάμψαντος, εἰσδέθηκεν ἡ δικαιοσύνη, δικαιοῦσα

¹⁹ Gen. iii, 19. ²⁰ I Cor. xv, 21. ²¹ ibid. 22. ²² Rom. v, 14.

χάριτι, καὶ ἀποσοβοῦσα τῶν ἡμετέρων σωμάτων τὴν A
φορᾶν.

landi ac lex, duravit mortis poena. Postquam vero
Christus illuxit, ingressa est justitia, justificans gra-
tia, et interitum a corporibus nostris profligans.

ΚΕΦΑΛ. Θ.

377 CAPUT IX.

Εἰ γέγονεν ἡ ἀνάστασις ἤδη, ἢ ὁ προφήτης τε-
θέεται ὁ Ἐζεχὴλ, ἢ ἵνα προσῆλθε ὅστων
πρὸς ὅστων, καὶ ἁρμογία πρὸς ἁρμογίαν, καὶ
σὰρξ, καὶ δέρμα, καὶ τρίχες, καὶ πνεῦμα, καὶ
ὤψθη ἀνάστασις πληθῶς πολλῆς· ἡ εἰκόνα τῆς
μελλούσης καθολικῆς ἀναστάσεως ἐσεσθαι
ἔδειξεν ἡμῖν ἡ θεία Γραφή ἐν ὁπτασίᾳ προ-
φητικῇ.

An facta sit resurrectio, quam propheta Ezechiel
vidit, quando accessit os ad os, et junctura ad
juncturam, et caro, et cutis, et capilli, et spiritus,
et visa est resurrectio multitudinis multe³³; aut
imaginem futuræ universalis resurrectionis nobis
sacra Scriptura ostendit in prophetica visione.

Τὰ τῶν πραγμάτων μεγάλα καὶ διὰ τὴν τοῦ περὶ
αὐτὰ θαύματος ὑπερβολὴν ἐν ὑποψίαις ὄντα, τοῦ καὶ
ἀπιστηθῆναι πρὸς τινων, οὐ διὰ μόνης ἀπαγγελίας
οἱ προφήται κατὰ καιροῦς ἐδιδάσκοντο, τοῦ ἁγίου
Πνεύματος αὐτοῖς ἐναστράπτοντος τὴν ἐκάστου γνῶ-
σιν· ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτοῖς ἐώρων πράγμασιν, ἵνα πρὸ
τῶν ἄλλων αὐτοὶ πιστεύσαντες, διαθελεν αὐτὰ καὶ
τοῖς ἑτέροις. Τοῖνον ὁ τῶν ὄλων Θεὸς καὶ τοὺς ἤδη
τεθνεῶτας ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίων ἐπαγγελάμενος ἀνα-
χομίζειν εἰς Ἱερουσαλὴμ, οὐχὶ δῆπου πάντως τὴν
ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ τὴν ἄνω καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς νοουμένην
ἔδειξεν ἐναργῶς τῷ προφήτῃ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τίνα
τρόπον ἔσται κατὰ καιροῦς· ἦν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ
προανεφώνει λέγων περὶ ἡμῶν, ἦτοι περὶ ἀνθρώπου
παντός· ἰ Ἀποστρέψαντός σου τὸ πρόσωπον, ταρα-
χθῆσονται, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν.
Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ
ἀνακαινεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. ἰ Προσχεκρουχότες
μὲν γὰρ ἐν Ἀδὰμ διὰ τὴν παράδεισιν, ἐν ἀποστροφῇ
γεγόναμεν παρὰ Θεῷ. Καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας
εἰς τὸν ἑαυτῶν χοῦν ὑπεστρέψαμεν, ἐπάρατοι γεγο-
νότες. Ἔφη γὰρ ὁ Δημιουργὸς, ὅτι· Ἐγὼ εἰ, καὶ εἰς
γῆν ἀπελεύση. ἰ Ἄλλ' ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς,
ἐν δυνάμει τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος, ἐν Χριστῷ πάντας
ἐγερεῖ τοὺς νεκροὺς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ. Ὅτι γὰρ
οὕτω τῶν νεκρῶν γέγονεν ἡ ἀνάστασις, ἀλλ' ἔσται
κατὰ καιροῦς, πιστώσεται γράφων ὁ πάνσοφος Παῦ-
λος, ὅτι· Ἐπερὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν Ὑμέναιος
καὶ Ἀλέξανδρος, λέγοντες ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι. ἰ
Εἰ δὲ ὁ λέγων τοῦτο, τὴν ἐπὶ τῇ πίστει ναυαγίαν
ὑπομένει, δῆλον ἂν εἴη λοιπὸν ὅτι τὴν δύναμιν τῆς
ἀναστάσεως ὡς ἐν θεωρίᾳ προφητικῇ χρησίμως τε-
θέεται ὁ μακάριος προφήτης Ἐζεχὴλ.

Res arduæ, quæque ob miraculi quod in se habent
magnitudinem suspectæ sunt, quod nonnulli fidem
eis derogarint, non per solam annuntiationem pro-
phetæ suis temporibus edocti fuerunt, Spiritu san-
cto uniuscujusque re cognitionem ipsis irradiante;
verum etiam re ipsa viderunt, ut, quæ ipsi præ aliis
fide complexi essent, aliis etiam ea testata relinque-
rent. Deus itaque totius universi, cum eos qui in
terra Babyloniorum mortem obierant Hierosolymam
referre jussisset, non eam quæ in terra, sed super-
nam, quæque in cœlis sit, resurrectionem prophe-
tæ manifeste ostendit, et quonam modo suo tem-
pore esset faciendâ : quam quidem etiam divinus
David prædixit, de nobis, sive de quovis homine,
dicens : « Avertente te faciem, turbabuntur, et in
pulverem ipsorum convertentur. Emitte spiritum
tuum, et formabuntur, et renovabis faciem terræ³⁴. »
Cum enim offendissemus in Adam propter trans-
gressionem, aversi fuimus a Deo, atque hac de
causa in nostrum ipsorum pulverem conversi sum-
mus, execrabilis facti. Audit enim a Creatore,
quoniam « Terra es, et in terram reverteris³⁵. » Cæ-
terum in ultimis sæculi temporibus, vi atque effica-
cia vivificantis Spiritus, Deus Pater in Christo om-
nes mortuos suscitabit. Quod vero resurrectio mor-
tuoꝝ nondum facta sit, sed stato tempore sit
futura, sapientissimus Paulus fidem facit, dicens,
quod « Circa fidem naufragium fecerunt Hymenæus
et Alexander, dicentes resurrectionem jam factam
esse³⁶. » Si vero qui hoc dicit, circa fidem naufra-
gium facit, manifestum deinceps fuerit, quod vim
resurrectionis veluti in **378** prophetica visione
beatus propheta Ezechiel utiliter sit contempla-
tus.

ΚΕΦΑΛ. Ι.

CAPUT X.

Πρὸς τοὺς ζητοῦντας, εἰ τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει
προσθήκῃ τι παραγεγόμενος ὁ Χριστὸς ἐν
σαρκί· καὶ πῶς κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος.

Adversus eos qui interrogant, an aliquid adjecerit
humanæ nature, cum ad illam accessit in carne
Christus; et quo pacto ad imaginem Dei factus
sit homo.

Ὅτι δὲ πρόξενος παντός ἀγαθοῦ τῇ τοῦ ἀνθρώπου
φύσει γέγονε παραγεγόμενος ὁ Χριστὸς, τίς ὁ μὴ
φάναι τολμῶν; ἢ τίς καταρνήσεται, καὶ ἀνόνητον
ἡμῖν γενέσθαι φήσει τὴν εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἀπο-
στολὴν αὐτοῦ; Γέγονε μὲν γὰρ κατ' εἰκόνα τὴν πρὸς
αὐτὸν ἐν ἀρχαῖς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ φύσις ἦν ἔχουσα
ἐπιτηδείως πρὸς ἀνάληψιν παντός ἀγαθοῦ, καὶ εἰς

Quod vero omne bonum naturæ humanæ concili-
ari Christi adventus, quisnam dubitaverit? aut
quis negaverit, inutilemque nobis fuisse dixerit
ipsius in mundum missionem? Factus enim est
initio ad ipsius imaginem homo, naturaque aptitu-
dinem habuit ad amplectendum omne bonum, virtu-
temque colendum atque exercendum. « Creavit

³³ Ezech. xxxvii, 1 seqq. ³⁴ Psal. ciii, 29, 30. ³⁵ Gen. iii, 19. ³⁶ 1 Tim. i, 19.

enim nos ad opera bona, quemadmodum sapientissimus Paulus scribit ³⁷. Labefactavit autem divinæ imaginis pulchritudinem, peccatum, sordibusque opplevit splendidam humanitatis faciem Satanas. Cæterum instaurator exortus est, qui id quod depravatum erat, pristinæ formæ restituit, nosque denuo in suam imaginem transformavit, ut divinæ ipsius naturæ characteres nobis conveniant per sanctificationem et iustitiam, vitamque ad virtutis normam bene compositam. Ipse enim est et janua et via ³⁸, per quam ad quodvis bonum ingredi potuimus, rectasque vias facere ³⁹. Quocirca in nobis quidem, qui in Christo sumus, pulchritudo præstantissimæ imaginis resplendet, si operibus ac rebus ipsis bonos ac probos nos præstemus. In primo autem parente omnis quidem aptitudo inerat, conferens facultatem ad amplectendum virtutem, non tamen omnino actus sive operatio ipsa aderat. Idcirco Christus ipse de nobis, sive de propriis suis ovibus dixit : « Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant ⁴⁰. » Redditum enim est humanæ naturæ, id, quo Adam initio præditus fuerat, nimirum sanctificatio. Hoc vero, abundantius, mea quidem sententia significat, quod actu ipso sancti videamur, quodque operibus ipsis illustres declaremur.

379 CAPUT XI.

Quod carnales sive naturales voluptates truncare quidem possimus; eradicare autem in universum nequeamus.

Videtur nonnullis sapientissimus Paulus ardua quædam, intellectuque difficilia dicere, juxta sanctorum apostolorum vocem ⁴¹. Quod vero hæc superna sapientia sint referta, dubitare fas non est : loquitur enim Christus in ipso : ait igitur, quia « Consentio legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et subjicientem me legi peccati ⁴²; » et rursus : « Miser ego homo, quis me liberabit a corpore mortis hujus? Gratia autem Dei per Jesum Christum Dominum nostrum ⁴³. » Confligit enim cum mente, continentis ob Dei metum studiosa, irritamentum carnis, et viribus conatibusque nostris quibus vitæ puritatem sectamur, resistit, acriterque repugnat. Cæterum quia qua par est sobrietate utuntur, Deum reverentes, castigant motus carnis, peccatique stimulum hebetant atque retundunt, meditatione exercitationeque rerum divinarum, et laboribus, aliisque moderationibus utentes. Fieri itaque non potest ut insitam carni concupiscentiam eradiceamus; sobrietate autem, ut dixi, obviam ire, ne procaciter in mentem insurgat, in nostra potestate est situm, præcipue quia homo factus est unigenitum Verbum Dei, et ferocientem legem peccati, quæ est in membris nostris, non amplius in nos grassari permisit. Atque hoc quidem docet optimus Paulus, dicens : « Quod enim impossibile erat legi,

κατόρθωσιν ἀρετῆς. « Ἐκτίσθη γὰρ ἡμᾶς ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, » ὡς γοῦν ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος. Ἄλλὰ ἠφάνισεν τῆς θεοειδοῦς εἰκόνος τὸ κάλλος ἡ ἀμαρτία, καὶ ῥυτιῶν μεστὸν τὸ λαμπρὸν τῆς ἀνθρωπότητος πρόσωπον ἀπέφηνεν ὁ Σατανᾶς. Ἄλλ' ὁ ἀνακαινιστὴς ἐπέφανεν, ὁ ἀναμορφῶν εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς τὸ ἠδικημένον, καὶ πάλιν ἡμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ μεταπλάττων εἰκόνα, ὥστε τῆς θείας φύσεως αὐτοῦ ἐμπρέπειν τοὺς χαρακτήρας ἡμῶν δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν ἐξουσίας. Αὐτὸς γὰρ ἔστιν ἡ θύρα καὶ ἡ ὁδὸς, δι' ἧς πρὸς πᾶν ὀτιοῦν τῶν ἀρίστων εἰσελάσαι δεδυνήμεθα, καὶ ὀρθῶς ποιησασθαι τροχιάς, ὥστε ἐν ἡμῶν μὲν τοῖς ἐν Χριστῷ τὸ κάλλος τῆς ἀρίστης εἰκόνος ἐμφαίνεται, εἰ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἀνδραγαθήσωμεν. Ἐν δέ γε τῷ πρωτοπλάστῳ πᾶσα μὲν ἐπιτηδεϊότης ἦν, ἀποφύρουσα δύναμιν πρὸς ἀνάληψιν ἀρετῆς, οὐ πάντως δὲ καὶ ἐνέργεια. Τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς ἔφη Χριστὸς περὶ ἡμῶν, ἦτοι τῶν ἰδίων προβάτων. « Ἐγὼ ἤλθον ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὴν ἔχωσι. » Ἀποδόδοται μὲν γὰρ τῇ ἀνθρώπου φύσει τὸ ἐν Ἄδᾳ ἐν ἀρχῇ, τοῦτέστι ὁ ἁγιασμὸς. Τὸ δὲ περιττὸν, ὡς γε οἶμαι, φησὶ τὸ κατ' ἐνέργειαν ὀρθῶσαι σεπτοὺς, καὶ δι' αὐτῶν τῶν κατορθωμάτων καταφαιδρύνεσθαι.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὅτι τὰς σαρκικὰς ἡδονὰς ἦτον φυσικὰς δυναμῆα κολοῦσάαι, ἐκκόψαι δὲ καρτελιῶς οὐ δυνατόν.

Δοκεῖ τισιν ὁ πάνσοφος Παῦλος; δυσχερῆ τινα λέγειν, ἦτοι δυσνόητα, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων φωνήν. Ὅτι δὲ σοφίας τῆς ἀνωθεν ταῦτα μεμέστωται, οὐκ ἔστιν ἀμφιβάλλειν· λαλεῖ γὰρ Χριστὸς ἐν αὐτῷ. Ἐφη τὸν υἱόν, ὅτι « Συνήδομαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ τὸν ἐν ἐμοὶ ἄνθρωπον· βλέπω δὲ νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἕτερον, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοῦ μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἀμαρτίας. » Καὶ πάλιν· « Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Χάρις δὲ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Καταστρατεύεται μὲν γὰρ τοῦ νοῦ βλέποντος εἰς ἐγκράτειαν διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ τὸ κίνημα τῆς σαρκὸς, καὶ ταῖς εἰς ἀγνεῖαν ὀρμαῖς ἀντιτάττεται καὶ ἀντεξάγει δεινῶς. Ἄλλ' οἱ νῆψει τῇ προκούτῃ χρώμενοι, τὸν Θεὸν σεβόμενοι, ἐπιτιμῶσι τῷ τῆς σαρκὸς κινήματι, καὶ τὸ τῆς ἀμαρτίας ἀμβλύουσι κέντρον ἀσκήσει καὶ πόνοις, καὶ ταῖς ἄλλαις χρώμενοι ἐπιεικείαις. Ὅστε ἀπορριζῶσαι μὲν τῆς σαρκὸς τὴν ἐμφυτον αὐτῆς ἐπιθυμίαν οὐκ ἔνεστι· νῆψει δὲ, ὡς ἔφη, οὐκ ἔστιν καταθρασύνεσθαι τοῦ νοῦ, δυνατόν, μάλιστα ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς Λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀγριαίνοντα τὸν νόμον τῆς ἀμαρτίας, τὸν ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, οὐκ ἔτι νεανιεύεσθαι καθ' ἡμῶν συγκεχώρηκεν. Καὶ τοῦτο διδάξει σαφῶς ὁ πανάριστος Παῦλος· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νοῦ μου, γράφων, ἐν ᾧ ἠσθένει

³⁷ Ephes. ii, 10. ³⁸ Joan. x, 9. ³⁹ Joan. xiv, 6. σ. ⁴⁰ Rom. vii, 22, 23. ⁴¹ ibid. 24, 25.

⁴² Joan. x, 10. ⁴³ 1^a Petr. iii, 15, 16; Jud. iii. 1 seq.

διὰ τῆς σαρκός, τὸν ἐαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ὁ Θεὸς ἐν ἅμαρτιαν ἐν τῇ σαρκί, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου ἐν ἡμῖν πληρωθῇ, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Περιεσόμεθα τοίνυν τῶν ἐμφύτων κινήματων οὐκ εἰς ἅπαν, οὐδὲ ὀλοτελῶς (τοῦτο γὰρ τῇ παμμακαρίᾳ ζωῇ τετήρηται τῇ προσδοκωμένῃ ἕσθαι κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα)· δυνάμεθα δὲ κατανδρῖσασθαι, καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς ἐπιπλήττειν κινήμασι, Θεοῦ συμπράττοντος, καὶ τὴν ἐξ ὕψους ἡμῖν χορηγούντος δύναμιν. Καὶ ἀδρότερα μὲν ἔστιν ἐν τοῖς ῥαθυμοῦσιν ἡ ἐπιθυμία, καὶ ὁλον τῆς αὐτῶν κατεξουσιάζουσα καρδίας· ἀδρανῆς δὲ καὶ ῥαδίως ἐπιτιμωμένη καὶ ἐκπεπομένη τοῦ νοῦ ἐν τοῖς τὸν θεῖον πρόβον ἔχουσι. Καὶ γὰρ γέγραπται, ὅτι ὁ νόμος Κυρίου ἀγνός (7), τού-

in quo infirmabatur per carnem, Filium suum mit-
tens Deus in similitudinem carnis peccati, et de
peccato condemnavit peccatum in carne, ut justifi-
catio legis in nobis impleretur, non secundum car-
nem ambulantes, sed secundum spiritum⁴⁴.
Superiores igitur evademus insitis motibus, non
quidem in universum, neque omni ex parte (hoc
enim in beatissimam illam vitam servatur, quæ fu-
tura expectatur in venturo sæculo): possumus au-
tem fortiter obsistere, et castigare motus carnis,
opitulante Deo, viresque **380** nobis ex alto suppe-
ditante. Et validior quidem est in vecordibus concu-
piscencia, et absolutam quodammodo in eorum ani-
mos potestatem exercens: remissior vero atque
debilior, quæque facile reprimi et ex animo ejici
possit, in iis qui divino metu præditi sunt. Et scri-
ptum est quod lex Dei pura est⁴⁵, hoc est, puros
efficiens.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ὅτι τὴν εὐχαριστίαν ἐν μόναις χρῆ ταῖς καλο-
λικαῖς ἐκκλησίαις ἐκτελεῖσθαι.

Τὸ δὲ γε δῶρον, ἦτοι τὴν προσφοράν, ἣν τελοῦμεν
μουσικῶς, ἐν ἀγίαις ἐκκλησίαις ταῖς τῶν ὀρθοδόξων
χρῆ προσφέρεισθαι μόναις, καὶ οὐχ ἐτέρωθί που, ἢ
τοῦτο δρώντες, παρανομοῦσιν ἐμφανῶς. Καὶ τοῦτο
ἔστιν ἰδεῖν ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων. Ἐκέλευε γὰρ
ὁ νόμος τὸ πρόβατον θύεσθαι (8) κατὰ τὴν ἡμέραν
ἦτοι τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα, καὶ ἦν εἰς τύπον Χρι-
στοῦ. « Ἀλλ' ἐν οἰκίᾳ μιᾷ βρωθήσεται, φησί, καὶ οὐκ
ἐξοίσειται τῶν κρεῶν αὐτοῦ. » Ἐξω τοίνυν τὸ δῶρον
ἐκφέρουσιν, οἱ μὴ ἐν τῇ μιᾷ καὶ καθολικῇ οἰκίᾳ τοῦ
Χριστοῦ, τούτεστι τῇ ἐκκλησίᾳ, τελούντες αὐτό·
καὶ δι' ἐτέρου δὲ νόμου τοιοῦτόν τι σημαίνεται.
Γέγραπται γὰρ πάλιν· « Καὶ ὅς ἐάν θύσῃ μόσχον ἢ
πρόβατον ἐν τῇ παρεμβολῇ, καὶ ἐπὶ τὰς θύρας τῆς
σκηνῆς μὴ ἐνέγκῃ, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη
ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. » Οὐκοῦν οἱ τῆς σκηνῆς ἔξω θύον-
τες, εἴεν ἂν οὐχ ἕτεροι τινες παρὰ τοὺς αἱρετικούς,
καὶ βλεθροὶ αὐτοῖς ἐπήρηται τοῖς τοῦτο τολμῶσι
δρᾶν. Τοίνυν τὰς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δωροφορίας
ἀγιάζεσθαι πιστεύομεν καὶ εὐλογεῖσθαι καὶ τελειοῦσθαι παρὰ Χριστοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'

Εἰ ὁ τῶν ὄλων Θεὸς τὰ γινόμενα ἤδη καὶ πρα-
χθέντα δύναται ποιῆσαι (9) μὴ γεγενῆσθαι
ποτε, κατὰ τὸ, « οὐκ ἀδυνατήσει αὐτῷ πᾶν
ῥῆμα. » Οὐ γὰρ λέγομεν, ὡς μὴ γεγόμενα, ἀλλὰ
μὴ γεγενῆσθαι τὴν ἀρχὴν, ὅλον, ὅτι πόρνην
δύναται παρθένον ποιῆσαι ἐκ κοιλίας μητρὸς,
ἵνα μῆτε εἶναι ποτε πόρνην πορνεύσασιν· ὅτι
« τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα, δυνατὰ παρὰ
τῷ Θεῷ. »

Ζητεῖσθαι μὴ χρῆ παρ' ἡμῶν τὴν τοῦ Θεοῦ

⁴⁴ Rom. viii, 3, 4. ⁴⁵ Psal. xviii, 8. ⁴⁶ Exod. xii, 46. ⁴⁷ Levit. xvii, 3, 4. ⁴⁸ Luc. i, 37. ⁴⁹ Luc. xviii, 27.

BON. VULCANII NOTÆ.

(7) Ὁ νόμος Κυρίου ἀγνός, etc. Ab effectu nimirum ut Homero ἔφα μῆλα, τούτεστιν, ἰσχυροποιέ, quod oville carnis esu roborantur corpora.

(8) Ἐκέλευε γὰρ ὁ νόμος τὸ πρόβατον θύεσθαι. De esu agni paschalis præscripto Exod. xii, et quo pacto illa ad Christum sint referenda, Cyrillus pulcherrime explicat *Glyphorum in Exod. lib. ii, cap. 4.*

(9) Quæstionem quæ toto capite 13 tractatur, an scilicet Deo omnia sint possibilia, tractat etiam ex professo Isid. Pelusiotæ epist. 117 libri secundi, quam ita concludit: Εἰ ἐρωτηθῆμεν εἰ πάντα τῷ Θεῷ

quæ certe magna **381** atque admiranda est : quia id quod factum est, a divina gloria alienum non est. Neque enim quia omnia potest, idcirco eum absurdorum operatorem cerni par est. Intelligis enim absurdum dictum esse : An Deus possit præstare, ut ipsemet non sit Deus? An possit efficere se ipsum peccati capacem? An possit facere ut ipse non sit bonus, aut vita, aut justitia? Oportet igitur summo studio absurdas hujusmodi quæstiones detestari. Cur vero Deus eam, quæ fornicata sit, facere non possit ut meretrix non fuerit, in causa est, quod mendacium ut sit veritas efficere nequeat. Neque vero hoc impotentiae ipsum arguit, sed demonstrat naturam quæ ab eo quod ipsam non deceat abhorret. Alienum autem prorsus ab ipso est mendacium. Porro mendacium est efficere ut fornicata meretrix, fornicata non fuerit. Oportet autem, ut dixi, stultas hujusmodi, multumque absurditatis in se habentes quæstiones, ab initio ne admittere quidem.

CAPUT XIV.

Ad eos qui dicunt, quod ignoravit Filius extremum diem; adversus Agnoetas.

Alii vero etiam alios, cum audiunt Christum dicentem : « De die illa sive hora nemo novit, neque angeli cælorum, neque Filius, nisi solus Pater, »⁸⁰ stultissime imperitissimeque affirmare, diem illam, sive horam revera ignotam esse Verbo quod ex essentia Dei ac Patris genitum est : ut ita in angelorum ordinem redigatur, nullaque ratione differre videatur ab iis qui per ipsum facti sunt. At vero quo pacto ejusdem ordinis, ejusdemque naturæ censeri possint creatura et Creator? aut quomodo non potius immenso intervallo disjungantur? Hic enim est supra omnia : hoc vero, inter omnia. At si existimant, re ipsa Christum aliquid ignorare, quatenus est Deus, aberrant a scopo, et in rupes impingunt, atque adversus divinam ipsius gloriam cornu attollunt. Invenietur enim, si ita se res haberet ut ipsi dicunt, neque coessentialis amplius Deo ac Patri Filius. Si enim novit quidem Pater, ignorat autem Filius, quonam pacto æqualis ei erit, sive coessentialis? Oportet enim id quod ignorat, minus esse quam id quod novit; idque eo est absurdius, quod consilium ac voluntas Dei et Patris vocatus est Filius. **382** Paulus enim de ipso ait : « Qui factus est nobis a Deo sapientia⁸¹. » Et rursus : « In quo sunt omnes thesauri sapientiæ et cognitionis absconditi⁸². » Quin et divinus David canit ad cœlestem Patrem ac Deum : « Domine, in voluntate tua deduxisti me⁸³ : » voluntatem appel-

δύναμιν, ἡ μεγάλη καὶ ἀξιάγαστος, ὅτι τὸ δρώμενον οὐκ ἀπεικός ἐστι τῇ θεῖᾳ δόξῃ. Οὐ γὰρ ὅτι πάντα δύναται, διὰ τοῦτο καὶ τῶν ἀτόπων ἐργάτην αὐτὸν ὀρθῶσαι προσήκει. Ἐννοοῦμεν μὲν γὰρ ὅτι ἀτοπὸν ἐστὶ τὸ λέγειν· Εἰ δύναται ὁ Θεὸς ἑαυτὸν ποιῆσαι μὴ εἶναι Θεόν; Εἰ δύναται ἑαυτὸν ποιῆσαι ἀμαρτίας δεκτικόν; Εἰ δύναται ἑαυτὸν ποιῆσαι μὴ εἶναι ἀγαθόν, ἡ ζωὴν, ἡ δίκαιον; Δεῖ τοίνυν παντὶ παραιτεῖσθαι σθένει τὰς ἀτόπους οὕτω τῶν ἐρωτήσεων. Διὰ τί δὲ ὁ Θεὸς τὴν πορνεύσασαν οὐ δύναται ποιῆσαι ποτε μὴ γεγενῆσθαι πόρνην; ὅτι οὐ τὸ ψεῦδος δύναται ἀληθειαν ποιῆσαι. Καὶ οὐκ ἀσθενείας τοῦτο ἐγκλημα, ἀλλὰ φύσεως ἀπόδειξις, οὐ τι παθεῖν ἀνεχομένης ὁ μὴ πρέπει αὐτῇ. Ἀλλότριον δὲ τούτου ψεῦδος παντελῶς. Ψεῦδος δὲ ἐστὶ τὸ τὴν πορνεύσασαν ποιῆσαι μὴ πορνεύσαι ποτε. Δεῖ δὲ, ὡς ἔφη, τὰς εὐθήεις οὕτω τῶν ἐρωτήσεων καὶ πολὺ τὸ ἀτοπον ἐχούσας, μὴδὲ προσέσθαι τὴν ἀρχήν.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ἠγνόησεν ὁ Υἱὸς τὴν ἑσχάτην ἡμέραν, κατὰ Ἀγνοητῶν (10).

Φασὶ γε μὴν καὶ ἐτέρους ἀκούσαντας λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· « Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος, » λέγειν ἀσυνετώτατα, μὴ εἰδέναι κατὰ ἀληθειαν τὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πεφηνότα Λόγον, μήτε τὴν ὥραν, μήτε τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἵνα τοῖς ἀγγέλοις συντάττηται, καὶ κατὰ μὴδὲνα τρόπον διαφέρῃ τῶν δι' αὐτοῦ γεγονότων. Εἶτα πῶς ἐν ἰσῆ τάξει τε καὶ φύσει ποιήμα καὶ Ποιητῆς; Πῶς δὲ οὐκ ἀπειρον τὸ μεσο- λαβοῦν; Ὁ μὲν γὰρ ἐστὶ πάντων ἐπέκεινα· τὸ δὲ, ἐν τοῖς πᾶσι. Εἰ δὲ οἴονται κατὰ ἀληθειαν ἠγνοηκέναι τι Χριστὸν, καθ' ὃ νοεῖται Θεὸς, ἐξω φέρονται σκοποῦ, καὶ τρέχουσι κατὰ πετρῶν, καὶ τὸ κέρως ἐγείρουσι κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ. Εὐρεθῆσεται γὰρ, ἂν οὕτως ἔχη καθά φασιν αὐτοί, οὐδὲ ὁμοούσιος εἶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ. Εἰ γὰρ οἶδεν μὲν ὁ Πατὴρ, ἀνοεῖ δὲ ὁ Υἱὸς, πῶς ἴσος ἐστὶ αὐτῷ, ἤγουν ὁμοούσιος; Δεῖ γὰρ πάντως ἐν μέισιν εἶναι τοῦ εἰδότης, τὸ μὴ εἰδός. Καὶ τὸ εἶ τούτου παραλογώτερον, βουλή τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀνόμασται ὁ Υἱός. Παῦλος μὲν γὰρ περὶ αὐτοῦ ἔφη· « Ὅς ἐγενήθη ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ σοφία. » Καὶ πάλιν· « Ἐν ᾧ εἶσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι. » Ψάλλει δὲ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεόν· « Κύριε, ἐν τῇ βουλῇ σου ἐδήγησάς με· » βουλήν αὐτοῦ λέγον τὴν ἐξ αὐτοῦ φύντα Υἱόν. Εἶτα πῶς οὐ γελοῖον, ἀγνοεῖν οἴεσθαι τι τῶν ἐν τῷ Πατρὶ

⁸⁰ Matth. xxiv, 36; Marc. xiii, 32. ⁸¹ I Cor. i, 30. ⁸² Coloss. ii, 3. ⁸³ Psal. lxxii, 24.

BON. VULCANII NOTÆ.

δυνατὰ, ἀποκρινώμεθα, τὰ πρέποντα αὐτῷ, καὶ πᾶσα λυεταὶ ἀνωφελῆς ζήτησις. Δύναται μὲν γὰρ πάντα, βούλεται δὲ τὰ ἀριστα. Hoc est, Si interrogemur an omnia Deo sint possible, respondeamus : quæ ipsam decent; simulque omnis inutilis quæstio solvitur. Potest enim omnia, vult autem quæ sunt optima.

(10) Item argumentum, an videlicet Filius Dei ignorarit extremum diem, tractat Isid. Pelusiotus epist. 117 libri primi.

τὴν σοφίαν αὐτοῦ καὶ τὴν βουλήν αὐτοῦ; καὶ ὁ μόνος ἄδωξ τὸν Πατέρα, πῶς τὴν τῆς συντελείας ἡμέραν ἔγνωε; ποῖον ἄρα τὸ προῦχον ἐν γνώσει, τὸ εἰδέναι τί ἐστὶν ὁ Πατήρ, ἦγουν τὴν ἐσχάτην ἡμέραν; Γέγραπται δὲ πάλιν, ὅτι «Τὸ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ.» Ὅτε τοῖνον τὸ Πνεῦμα τὸ εἶδὸς τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, Πνεῦμα καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ ἐστὶ, πῶς οὐκ ὀδῶν τὰ ἐν τῷ ἰδίῳ Πατρὶ; Πολλῶν τοιγαροῦν εἰς ἀποτίαν ἐνοιῶν συνωθουσῶν τὴν ἀμαθίῃ καὶ κίβδηλον ἐκείνων λόγον, ἀναγκαῖον ἔλθειν ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν (11), φάναι τε, ὅτι πεφόρηκε μὲν ὁ μονογενῆς Λόγος τοῦ Θεοῦ μετὰ τῆς ἀνθρωπότητος καὶ πάντα τὰ αὐτῆς, διχα μόνης τῆς ἀμαρτίας. Μέτροις δὲ ἀνθρωπότητος πρέπει ἂν εἰκότως, καὶ τὸ ἀγνωεῖν τὰ ἐσόμενα· οὐκοῦν, καθ' ὃ μὲν νοεῖται Θεός, ὀδε πάντα ὅσα καὶ Πατήρ· καθ' ὃ B γε μὴν ἀνθρώπος ὁ αὐτός, οὐκ ἀποσελεται τὸ καὶ ἀγνωεῖσαι δοκεῖν, διὰ τὸ πρέπειν τῇ ἀνθρωπότητι. Ὡς περ δὲ αὐτός ὢν ἡ ζωὴ πάντων καὶ δυνάμεις τροφὴν σαματικὴν ἐδέχετο, τὸ τῆς κενώσεως οὐκ ἀτιμάζων μέτρον, ἀναγέγραπται δὲ καὶ ὑπνῶν, καὶ κοιτιάσας· οὕτω καὶ πάντα εἰδὼς τὴν πρέπουσαν τῇ

* I Cor. 11, 10.

BON. VULCANI NOTÆ.

11) Ἀναγκαῖον ἔλθειν ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν. Frequenter hac voce οἰκονομία utitur Cyrillus, uti et alii Patres, modo pro ἐνανθρωπήσει ἢ τοῦ ἐνσαρκώσεως τοῦ Μονογενοῦς, id est, *humanatione*, ut ita dicam, sive *Incarnatione Unigeniti*; modo pro consilio divino et dispensatione, atque administratione, qua usus est in generis humani instauratione. Proinde, quotiescunque apud Cyrillum occurrit nomen οἰκονομίας, non uno semper modo verū, sed usus sum interpretatione quæ cuique loco accommodatio est visa, secutus hac in re auctoritatem Isidori Pelusiotæ, qui varie hac voce οἰκονομίας multis locis utitur, e quibus paucula aliquot ascribam. Is itaque epistola 41 libri primi loquens περὶ τῆς θελας σαρκώσεως, dicit: *Quemadmodum Eva creata est ex latere Adam, absque ulla seminis interventione, ita etiam Dominum e matre διχα σπέρματος σεσαρκωμένον*, addens, hoc naturæ impossibile non esse, ἀλλ' ὡς περ ἐπὶ τῶν πρωτοπλάστων ἦδη γεγένητο, ἐπὶ τῆς Δεσποτικῆς οἰκονομίας τετελεμέναι, id est, *quemadmodum in primis parentibus jam factum fuerat, in Dominica incarnatione perfectum fuisse*. Epist. 416 ejusdem libri, inter ea quæ Salomon dicit se intellectu assequi non posse, ponit viam navis in medio mari, quod interpretatur Isid. Pelusiotæ, περὶ τῆς πάντα σωζούσης θελας οἰκονομίας, id est, *de divina incarnatione omnes servante*. Epist. 428 ejusdem libri ita loquitur:... εὐτελεῖται τῇ βουλήτῃ πρὸς τὴν ἀρῆστον οἰκονομίαν χρησάμενος, quod verterim, *servili vilitate ad ineffabilem salutis nostræ instaurationem usus*, quam ipsam ἀρῆστον οἰκονομίαν epist. 436 vocat, τὴν ὑπὲρ τῶν ἀνθρωπίνων ἀμαρτιῶν γενομένην παύσασαν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐνσαρκον ἐπιφάνειαν, id est, *salutarem Filii Dei in carne pro peccatis humanis apparitionem*. Epist. 453 ejusdem libri, loquens de Jesu Christo novissimis temporibus incarnato, cum peccata humana ad summum gradum pervenissent, Christum ipsum ita loquentem facit: Ἐπὶ σωτηρίᾳ γὰρ τῶν ἀμαρτόντων, τὴν οἰκονομίαν ἐκείνην ποιήσομαι. Id est: *Pro salute enim eorum qui peccarunt, hanc consilii mei administrationem inibo*. Epist. 497 ejusdem libri, loquens de Domino nostro instar lapidis angularis duos populos arctissime colligante, inquit: ἡ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν ἐνσαρκος οἰκονομία συνάψατα, id est, *Domini nostri in carne administratio copulans*. Adverbo etiam οἰκονομικῶς epist. 407 ejusdem libri utitur pro, *certo consilio*, de Paulo volente Israelitarum causa anathema esse, ita loquens: Ὅν ἀφῆκε νόμον ὡς τέλειος, νηπίος μᾶλλον ἀρμόζοντα, οἰκονομικῶς δι' ἐκείνους ἐδέχετο, ἵνα γένωνται τέλειοι· id est, *Legem quam reliquerat, veluti perfectus, infantibus potius convenientem, certo consilio propter illos suscepit, ut fierent perfecti*. Venit vero mihi aliquando in mentem, cum locum illum Isaia cap. LV legerem: *Non sunt consilia mea sicut consilia vestra, neque via mea sicut via vestra*, vias et consilia Domini idem esse quod οἰκονομικὰ Δεσποτικῆ· quam quidem opinionem meam gavisus sum cum viderem Isidori, quo libenter cum Cyrillo meo, magistro utor, auctoritate confirmari. Is enim epist. 252 libri tertii, ubi tractat, *Neminem nisi probatæ vitæ de Deo sermonem habere debere, neque curiose inquirendum esse quid sit Deus*, ita ait: Ὁ Θεός διὰ τοῦ Ἰσραήλ μεμφόμενος, τοὺς βίου μὲν ἀρίστου μὴ ἐπιμελουμένους, τὰς δὲ οἰκονομίας αὐτοῦ αἰτιωμένους, φησὶν· «Γνωαί μου τὰς ὁδοὺς ἐπιθυμοῦσιν, ὡς λαὸς δικαιοσύνας πεποιτηκώς, καὶ κρίσιν Θεοῦ αὐτοῦ μὴ ἐγκαταλειπίως.» Εἰ δὲ οἱ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, τουτέστι, τὰς οἰκονομίας, πολυπραγμοῦντες, πάντολμοι ἂν εἴεν· πῶς οὐκ ἂν ἐπέκεινα πάσης τόλμης χωροῦσιν, οἱ περὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ μιὰρξ γλώττῃ λόγον κινούντες, καὶ μάλιστα ὅταν τί ἐστὶ πολυπραγμονοῦσιν; Hoc est: *Deus per Isaiam incre ans eos qui nullam optime vivendi curam gerunt, consilia vero ipsius incusant, ait (Isa. LVIII, 2): «Scire vias meas volunt, tanquam gens quæ justitiam fecerit, et legem Dei sui non dereliquerit.» Si vero, qui in vias ipsius, hoc est consilia, curiose inquireunt, confidentissimi fuerint, quo pacto non omnem confidentie modum excesserint qui de Deo ipso execrabili lingua sermonem movent, et maxime quando quilibet sit curiose inquirent? Ex quibus Isidori Pelusiotæ verbis liquido apparet, τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, vias et consilia Dei esse.*

cum sit vita et vis ac virtus omnium, alimentum corporale suscepit, exinanitionis conditionem non despiciens (scribitur enim et dormisse et laborasse): ita quoque ignorationem futurorum, quæ humanitatis est, eum qui omnia novit non puduit sibi ipsi ascribere. Omnia enim quæ humanæ naturæ sunt, ipsius facta sunt, præter peccatum. Cum vero discipuli ea quæ supra ipsos erant scire cuperent, præ se fert utiliter se ignorare, quia ratione est homo, dicitque ea ne ipsis quidem sanctis in cælo existentibus esse cognita, ne videlicet mœrore afficerentur, quod ipsis arcanum illud creditum non esset.

CAPUT XV.

Quomodo intelligendum sit, « Verbum caro factum est ».

Cum vero nonnulli etiam, ut intelligo, interrogent, quidnam sit, aut **383** quonam modo intelligendum sit hoc, *Verbum caro factum est*: illud rursus utiliter monebimus: consuetudinem esse Scripturæ divino Spiritu afflatæ, etiam a sola interdum carne, hominem appellare. Sic in prophetis promissit Deus, se Spiritum suum effusurum in omnem carnem⁶⁶. Dictum autem est rursus: « Videbit omnis caro salutare Dei⁶⁷. » Neque vero dicimus quod in solam carnem divinus Spiritus est effusus, sed neque quod sola caro salutem per Christum viderit: sed in homines effusus est Spiritus sanctus, et ipsi viderunt salutare. Quando igitur evangelista dicit: *Et Verbum caro factum est, non Verbum Dei in carnem transmutatum docet* (immutabilis enim est, utpote ex immutabili Patre), sed quod carne animata intellectualiter, sibi appropriata, admirabili ratione processerit homo ex sancta Virgine. Neque enim prius existens homo, Deus est effectus: sed Deus existens natura, factus est homo.

CAPUT XVI.

Adversus dicentes, unumquemque dignam retributionem jam esse sortitum. Neque enim dixit Salvator, Pauper quidam homo; sed, Lazarus: ut appellatione nominis ostenderet vipsa ac vere eam in factis existitisse [historiam].

Judicium post resurrectionem futurum sacra Scriptura testatur. Resurrectio autem futura non est, nisi redeunte rursus ad nos ex cælo Christo in gloria Patris cum sanctis angelis. Ita et sapientissimus Paulus inquit, « Dominus ipse in mandato

⁶⁶ Joan. i, 14. ⁶⁷ Joel ii, 28. ⁶⁸ Isa. lii, 10; Luc. iii, 6.

BON. VULCANI NOTÆ.

(12) Ἄλλ' ὅτι σάρκα ἐψυχωμένην νοερώς ἰδίαν ποιησάμενος. Quod hoc loco Cyrillus dicit, Verbum carne animata intellectualiter appropriata, admirabili modo processisse hominem, id ipsum infra, τὴν ἐνωθεῖσαν αὐτῷ, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ γενομένην σάρκα ἐψυχῶσθαι ψυχῇ νοερᾷ dicit. Aliis in locis, animam humanam vocat, ut lib. *De fide ad Theodos.*, p. 14. Infra vero clarius hoc ipsum explicans, dicit Verbum carnem sibi propriam fecisse, et quidem illam non anima carentem, ut quidam opinantur, imo potius animam intelligente animatam, quam etiam, lib. *De Incar. Uniq.*, animam humanam vocat, dicens: *animamque humanam propriam sibi efficiens, peccato eam superiorem reddidit*, ut idem sit, σὰρξ ἐψυχωμένη νοερώς et ἐψυχωμένη ψυχῇ ἀνθρωπίνῃ vel νοερᾷ. Illam vero loquendi rationem quam hic usurpat Cyrillus, usurpat etiam lib. *Quod unus sit Christus*, pag. 70, ita scribens: *Profiteamur utique animatum esse intellectualiter corpus ipsi unitum, hoc est νοερώς vel ψυχῇ νοερᾷ, hoc est anima intelligente; quod alii verunt anima rationali. De his vero qui carnem Verbo unitam rationali anima carere dicunt, et solam carnem vitalem et sensitivo motu præditam Unigenito tribuunt, vide Cyrillum lib. *De fide*, p. 8 et 9.*

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Πῶς νοητέον, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. »

Ἐπειδὴ δὲ, ὡς μανθάνω, τινὲς προσποιῶνται ἐρωτᾶν τὸ, τί ἂν εἴη, ἣ κατὰ τίνα τρόπον νοεῖται τὸ, Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, πάλιν φαιμέν ἀναγκαίως ἐκείνο· Ἔθος τῆ θεοπνευστοῦ Γραφῆς καὶ ἀπὸ μόντης ἐστ' ὅτε σαρκὸς τὸν ἀνθρωπον νομαζέιν. Καὶ γοῦν ἐν προφήταις ὁ Θεὸς ἐπηγγέλιτο τὸ ἑαυτοῦ Πνεῦμα ἔχειν ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Εἴρηται δὲ πάλιν, ὅτι « Ὀψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Καὶ οὐ δῆπου φαιμέν ὡς ἐπὶ μόνην τὴν σάρκα τὸ θεῖον ἔχειται Πνεῦμα, ἀλλ' οὐδὲ ὅτι μόνη ἡ σὰρξ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν τελεῖται· ἀλλ' ἐπ' ἀνθρώπους ἐξεχύθη τὸ Πνεῦμα, καὶ αὐτοὶ τεθέανται τὴν σωτηρίαν. Ὅταν τοίνυν ὁ εὐαγγελιστὴς λέγει, *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐκ εἰς σάρκα διδάσκει μεταποιῆσθαι τὴν Λόγον τοῦ Θεοῦ (ἀρεπτος γὰρ ἐστιν, ὡς ἐξ ἀτρέπτου Πατρὸς), ἀλλ' ὅτι σάρκα ἐψυχωμένην νοερώς ἰδίαν ποιησάμενος (12), παραδόξως προήλθεν ἀνθρωπος παρὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, ἐπειδὴ οὐκ ἀνθρωπος ὢν πρότερον θεοποιήται μᾶλλον, ἀλλὰ Θεὸς ὢν φύσει, γέγονεν ἀνθρωπος.*

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ἐκάστῳ ἀνταπέδοσις ἐκλήρωθη ἁγία. Οὐ γὰρ εἶπε ὁ Σωτὴρ, ὅτι Πτωχὸς τις ἀνθρώπος· ἀλλὰ, *ἀδύμοι*: ἵνα τῇ προσηγορίᾳ δεῖξῃ πειρὰ καὶ ἀληθεία ταύτην πεπληχθῆ [τῆν διήγησιν].

Τὴν κρίσιν ἔσεσθαι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡ θεία λέγει Γραφή. Ἀνάστασις δὲ οὐκ ἐστὶν, μὴ αὐθις ἡμῖν ἐπιφοιτήσαντος ἐξ οὐρανοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Οὕτω καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλός φησι, ὅτι « Αὐτὸς ὁ

Κύριος ἐν κελύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν Ἀ σαλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ. Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἐγερθήσονται ἀφ' ὀσφύων. Ὁὕτως τοῖνον ἐξ οὐρανοῦ καταβηκόςτος τοῦ πάντων Κυρίου, οὐδὲ ἡ τῶν νεκρῶν ἀνάστασις γέγονεν. Εἶτα πῶς οὐκ ἀπίθανον ἐνόησεν, ὅτι γέγονεν ἤδη τισὶν ἀναπόδοσις ἢ πονηρῶν ἔργων ἢ ἀγαθῶν; Ἔστι τοῖνον παραβολῆς τρόπος ἀστείως ἐσχηματισμένος, τὰ τε ἐπὶ τῷ πλούσιῳ καὶ τῷ Λαζάρῳ εἰρημένα παρὰ Χριστοῦ. Ἔχει δὲ ὁ λόγος, ὡς ἡ Ἑβραίων ἔφη παράδοσις, Λάζαρον εἶναι τινα κατ' ἐκεῖνο ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐσχάτην νοσοῦντα πτωχίαν καὶ ἀβρωστίαν, οὗ καὶ τὸν Κύριον μνημονεύσαι, ὡς εἰς παράδειγμα λαμβάνοντα καὶ αὐτὸν εἰς ἐμφανεστέρην τοῦ λόγου δῆλωσιν. Οὕτως τοῖνον ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτήσαντος τοῦ πάντων Σωτῆρος Χριστοῦ, ὅτε ἀνάστασις γέγονεν, ὅτε πράξεως ἀντίδοσις ἡκολούθησέ τισιν, ἀλλ' ὡς ἐν εἰκόνι, τῇ παραβολῇ γέγραπται πλούσιος καὶ τρυφῶν, καὶ ἀφιλοκτεέρμων, καὶ πένης ἐν ἀβρωστίᾳ, ἵνα εἶδεν οἱ τὸν ἐπὶ γῆς πλούτον ἔχοντες, ὡς, εἰ μὴ βουληθεῖεν εἶναι χρηστοὶ καὶ εὐμετάδοτοι, καὶ κοινωνικοὶ, καὶ ταῖς τῶν πενήτων ἀνάγκαις ἐπικουρεῖν ἔλοιτο, δεινῇ καὶ ἀφύκτῳ δίκῃ περιπεσοῦνται.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας· Πῶς ἀσώματοι ὄντες οἱ δαίμονες, ἐμίγησαν γυναιξί;

Ἐπειδὴ δὲ τινὰς φησι λέγειν· Πῶς ἀσώματοι ὄντες οἱ πονηροὶ δαίμονες, κεκοινωνήκασι γυναιξίν· αἱ δὲ ἐξ αὐτῶν ἐγενῶντο τοὺς γίγαντας; ἀναγκαῖον ἡμᾶς καὶ πρὸς τοῦτο ἐπιτροχάδην εἰπεῖν, οὐ τῷ μήκει τῶν διηγημάτων συνεκτεινομένους, ἀλλ' ὡς ἐν ἐπιτομῇ τὴν διάνοιαν τοῦ πράγματος ἐμφανίζοντας. Τοῖνον φασὶ κατὰ τοὺς ἄνωθεν καιροὺς ἦτοι χρόνους διηρῆσθαι, τοὺς τε ἀπὸ Κάιν φημι καὶ τοὺς ἀπὸ Ἐνώσ, ὃς διὰ πολλὴν ἀγαν δικαιοσύνην ὠνόμασται παρὰ τοῖς τὸ τριηκᾶδε θεός. « Ἠλίπισε γὰρ, φησὶ, ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ (13). » Ἄλλ' οἱ μὲν ἀπὸ Ἐνώσ γεγονότες, ἐπιμεληταὶ δικαιοσύνης καὶ ἀπάσης ἀγαθοεργίας, ἤθεσιν ἐπόμενοι τοῖς τοῦ πατρὸς· οἳ γε μὴν ἀπὸ τοῦ Κάιν θρασεῖς καὶ ἐπάρατοι, καὶ πᾶν εἶδος φαυλότητος ἐτοίμως ἐπιτηδεύοντες· ἦν γὰρ αὐτοῖς τοιοῦτος καὶ ὁ πατήρ. Ἔως μὲν οὖν ἦσαν ἀλλήλοισ ἀμιχτα τὰ γένη, διεσώζετο παρὰ τοῖς ἀπὸ Ἐνώσ γεγονόσι τὸ διακρίπειν ἐν ἀρίστη ζωῇ. Ἐπειδὴ δὲ, φησιν, οἱ υἱοὶ τοῦ ἐπικληθέντος Θεοῦ, τοῦτ' ἔστι, τοῦ Ἐνώσ, τὰς ἐκ τοῦ Κάιν θυγατέρας τεθῆσανται (ἅς καὶ τῶν ἀνθρώπων εἶπεν ἡ Γραφή θυγατέρας), εἶτα προσεφθάρη-

⁵⁸ 1 Thess. iv, 15. ⁵⁹ Gen. iv, 26.

BON. VULCANI NOTÆ.

(13) Ἠλίπισε γὰρ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ. Cyrill. : Cæpit vocari nomine Dei sui. Vult enim ipsum Enos vocatum fuisse deum, ejusque filios et posteros, filios Dei. In hujus loci interpretatione mirum in modum variant interpretes. Vulgata versio habet, Cæptum est invocari nomen Domini. Nova, *Iste cæpit invocare nomen Domini*; alii vertunt, *Cæptum est profanari nomen Dei*. De quibus judicent doctiores.

A in voce archangeli et in tuba Dei descendet de cælo. Clanget enim tuba, et mortui in Christo suscitabuntur incorrupti ⁵⁸. Cum igitur nondum e cælo descenderit universorum Judex, ne resurrectio quidem mortuorum facta est. Quomodo autem non absurdum cogitatu fuerit, factam jam esse aliquibus aut bonorum aut malorum operum retributionem? Est igitur similitudinis ratio eleganter expressa iis verbis quæ de divite et Lazaro a Christo dicuntur. Fertur, ut Hebræi tradunt, Lazarum esse quemdam, **384** qui tum temporis Hierosolymis extrema paupertate ægritudineque laborabat; cujus etiam Dominus meminerit, veluti in exemplum proponens ipsum ad manifestiorem dicti sui explicationem. Cum itaque nondum e cælo B descenderit omnium Salvator Christus, neque resurrectio quidem facta est, neque operis alicujus retributionem aliqui consecuti sunt: sed veluti in imagine per parabolam describitur dives deliciis affluens, et immisericors, et pauper ægrotus, ut intelligant ii qui divitiis in terra abundant, si a benignitate abhorreant, et liberaliter prompteque impartiri, et pauperum necessitati subvenire noluerint, gravi eos atque inevitabili supplicio afficiendos.

CAPUT XVII.

Adversus dicentes : Quo pacto dæmones, cum incorporei sint, cum mulieribus rem habuerint?

Quandoquidem vero nonnullos dicere aiunt : Quo pacto dæmones, cum sint incorporei, rem habuerint C cum mulieribus, quæ quidem ex ipsis procreantur gigantes? oportet nos etiam ad hoc breviter respondere, non totam historię seriem persequentes, sed rei ipsius sensum compendiose declarantes. Aiunt igitur, primis illis sæculis sive temporibus distinctam fuisse progeniem Cain a progenie Enos, qui ob eximiam justitiam vocatus est ab illius temporis hominibus deus. « Speravit enim, inquit, vocari nomine Dei sui ⁵⁹. » Posterii itaque Enos cum essent justitię cultores, omnisque probitatis sectatores, patris mores referebant, ejusque vestigiis insistebant: posterii vero Cain feroces atque execrabiles, nullum pravitatis genus prætermittabant; talis autem fuerat etiam eorum pater. Quandiu igitur inter se progenies mixtæ non fuerunt, posterii Enos optimæ laudatissimæque vitæ splendorem integrum conservarunt. Postquam autem, inquit, filii ejus, cui deo cognomen erat, hoc est, Enos, filibus Cain oculum adjecerunt (quas etiam Scriptura filias hominum appellat), deinceps eas de-

perierunt, turpibusque desideriis succubuerunt, et ad illarum mores desciverunt. Indignatus autem Deus, effecit ut mulieres **385** ab eis acceptæ deformia monstra parerent; quæ et gigantes nominarunt, ob morum quibus præditi erant asperitatem et turpitudinem, implacabilemque ferocitatem. Qui itaque post Septuaginta exsiterunt, quatuor interpretes, hunc locum explicant, non scripserunt. Filii Dei videntes filias hominum: sed hi quidem, Filii δυναστευόντων, id est, præpotentium; hi vero, Filii δυναστῶν, hoc est, dynastarum sive principum. Stultum autem est existimare, dæmones incorporeos corporis munia exsequi posse, quodque a natura sua alienum est efficere. Neque enim quidquam eorum quæ in rerum natura existunt, aliquid præter suam naturam præstare potest, sed unumquodque ut factum est, ita manet, suum cuique munus præscribente Deo. Ipse enim est auctor ac Dominus omnium ortus, cujus nutu atque arbitrio unumquodque eorum quæ sunt, est id quod est. Sciendum vero est etiam hoc: quædam exemplaria habere: « Videntes angeli Dei filias hominum. » Hæc autem adnotatio est, ad exteriorem marginem posita. Vera autem ac genuina lectio est, « Videntes filii Dei filias hominum. »

CAPUT XVIII.

Adversus dicentes, Filium quidem, quondam dignitatem divinitatis, adfuisse Patri quando factus est homo, et erat in terris: secundum hypostasim vero, nequaquam.

Α τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. » Ὑἄλλαι δὲ που καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ· « Ὅτι ὁ Θεὸς κριτὴς ἐστίν. » Γέγραφε δὲ καὶ ὁ αὐτοῦ μαθητὴς· « Εἷς ἐστὶν ὁ νομοθέτης καὶ κριτὴς. » Οὐκοῦν πρόποι· ἂν οὐχ ἑτέρῳ τινὶ τῶν θυτῶν τὸ κρίνειν, πλην ὅτι μόνῳ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ. Πῶς οὖν ἔδωκεν αὐτὸ τῷ Υἱῷ ἀνθρώπου; Εἰ μὲν οὖν ὡς ἐν τῶν καὶ ἡμᾶς, πῶς ἀληθεύσει· λέγων· « Τὴν δόξαν μου οὐχ ἑτέρῳ δώσω; » Θεοῦ γὰρ δόξα τὸ εἶναι κριτὴν. Εἰ δὲ δοῦς αὐτὸ τῷ Υἱῷ οὐκ ἔξω γέγονε τοῦ κρίνειν αὐτὸς διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας· ἐστὶ δὲ ὁ λαθὼν Υἱὸς ἀνθρώπου· πῶς οὐκ ἄπιστον ἐναργῆς, ὅτι Θεὸς μὲν ἐστὶν ὁ Λόγος διὰ τὴν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀπόρρητον γέννησιν, ὁ αὐτὸς δὲ καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου διὰ τὸ ἡνωθῆναι σαρκί, καὶ καθ' ἡμᾶς ὑπομείναι· γέννησιν ἐκ γυναικὸς; Ὅταν οὖν λέγῃ πρὸς Ἰουδαίους· « Τί με ζητεῖτε ἀποκτείνειν ἀνθρώπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; » Καὶ πάλιν· « Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὴν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. » Καὶ πάλιν· « Καὶ καθὼς Μωϋσῆς ὕψωτε τὴν ὄψιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὕψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. » Ἢ ὅταν λέγῃ περὶ ἑαυτοῦ· « Μέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. » Καὶ πάλιν· « Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι· εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; » Ἢ καὶ ἀπαξιαπλῶς, ὁσάκις ἂν ἄνθρωπος ὀνομάζεται παρὰ τῇ θεοσημύσῳ Γραφῇ, οὐκ ἴδια καὶ ἀνὰ μέρος ἄνθρωπον εἶναι φαμεν, ἀποδιαιρούμεντες αὐτοῦ τὴν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον· πιστεύομεν δὲ μέλλον ὅτι καὶ Θεὸς ἐστὶν ἀληθινός, γέγονε δὲ καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς οἰκονομικῶς μετὰ τοῦ μείναι· Θεός, καὶ εἷς ἐστὶ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. Ἀσεβὲς δὲ λίαν τὸ διορίζειν εἰς δύο υἱοὺς καὶ δύο Χριστούς, μετὰ τὴν ἀδιάσπαστον ἔνωσιν, ἣ καὶ νοῦ καὶ λόγου παντὸς ἐπέκεινται ἐτέστι καὶ ἀνωτάτω. Καὶ ἦν μὲν ἴσως οὐ δυσχερὲς ἄγαν τοῖς ἐθιλοῦσι βασιανίζειν ἅπαντα τὰ περὶ Χριστοῦ γεγραμμένα, καὶ πλείονων ἐνοσιῶν ποιήσασθαι τὴν παράθεσιν· ἀλλ' ἴσμεν τὸ γεγραμμένον· « Δίδου σοφῶν ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἐστίν. » Ποδηγήσει γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰς θεοφιλεστάτας ὑμῶν ἀκοάς· εἰς γὰρ τὸ δύνασθαι ἔρθῶς νοεῖν. Εὐρύων γὰρ οὕτω Χριστὸς ἐν ὑμῖν τὴν πίστιν ἀκλινη καὶ ἀβέβηλον, στεφανώσει πλουσίως τοῖς ἐνεθὲν ἀγαθοῖς, καὶ παμμακαρίους ἀποφανεῖ. Πᾶσα γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς ἐν Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Spiritum sanctum diriget, ut rectum sensum assecumparatas, hoc est, firma ac stabili fide ornatus Patri cum Spiritu sancto sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

⁵⁸ Joan. v, 26, 27. ⁵⁹ Psal. xlix, 6. ⁶⁰ Jac. iv, 12. ⁶¹ Isa. xlviii, 11. ⁶² Joan. viii, 40. ⁶³ Joan. iii, 13. ⁶⁴ ibid. 14. ⁶⁵ Matth. xvi, 27. ⁶⁶ ibid. 13. ⁶⁷ Prov. ix, 9.

Varie lectiones codicis Seguieriani.

* εἶναι. * διαβολας.

FRAGMENTA

EX OPERIBUS DOGMATICIS S. CYRILLI DEPERDITIS.

(1) DE SYNAGOGÆ DEFECTU SEU TRANSNOMINATIONE ABRAMI IN ABRAHAMUM (1^o).

Τοῦ ἀγίου Κυρίλλου, ἐκ τοῦ λόγου, οὗ ἡ ἐπι-
γραφή· « Ἀπόδειξις διὰ τῶν ἀρχῆθεν γεγε-
νημένων θείων χρησμών τοῖς θεοπέστοις πα-
τριάρχαις περὶ τῆς ἀμείψεως καὶ μεταθέσεως
τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν ἐθνῶν (2). »

Ἡ τοῦ Ἀβραάμ ἀνωνομασία κατελιπται σημα-
νουςα τὸν τριαδικὸν ἀριθμὸν τῶν θεαρχικῶν ὑπο-
στάσεων· ἐπεὶ γὰρ Ἀβραμ ὠνομάσθη ὁ θεοπέστος
πατριάρχης, Ἀβραάμ ἀνωνομάσθη θεόθεν. Εἰ μὲν
τις ἔλοιτο διερμηνεύσαι τοῦτ', τοῦ ὀνόματος τὸ προ-
καταρχτικὸν στοιχεῖον τὸ α ἄγων μετὰ τοῦ συνημ-
μένου καὶ συμπελάζοντος αὐτῷ, τοῦ β φημι, πάντως
εὐρήσει καθ' ὑπερβίθασμὸν τοῦ μετὰ τὸ ρ α, ση-
μαῖνον Πατὴρ· τὸ γὰρ ἀδὰ, πατήρ ἐρμηνεύεται
δήπουθεν. Εἰ δέ γε πάλιν διηρημένως τὸ δεύτερον τῆ
θέσει στοιχεῖον, λέγω δὴ τὸ β, μετὰ τοῦ συνημμέ-
νου καὶ συμπελάζοντος αὐτῷ ρ, διασαφῆσαι θελήσει,
πάλιν εὐρήσει καθ' ὑπερβίθασμὸν ὡσαύτως τοῦ αὐ-
τοῦ α, σημαῖνον Υἱός· τὸ γὰρ βάρ, υἱὸς ἐρμη-
νύεται δήπουθεν. Εἰ δὲ τὸ τελικὸν στοιχεῖον, λέγω
ἐὶ τὸ μ, μετὰ τοῦ συνημμένου καὶ συμπελάζοντος
αὐτῷ προσαναγνῶναι καὶ διασαφῆσαι βουληθεῖη,

(1) Μαι *Bibliotheca nova Patrum*, III, 284.

(1^o) Gennadius cap. 57 et alii deinde memorant
libros Cyrilli « De Synagogæ defectu. » Pastrengius
autem Veronensis scribit : Exstare dicuntur et libri
Cyrilli De Synagogæ defectu. Jam vero cum istius
De Synagogæ defectu operis vestigium nullum mihi
occurreret, legi demum apud Bandinium in descri-
ptione bibliothecæ Laurentianæ plut. IX, cod. XXIV, p.
18, inter auctores a Niceta Choniata in sua parti-
m adhuc inedita Panoplia citatos, Cyrilliani operis
cum titulum quem scribimus cum ipsius operis non
contemendo fragmento. Prospecto vidimus dici a
Cyrillo nostro ad psal. LXXXVIII, 52 (*Opp. nov.*
edit. t. II), commutationem Christi intelligendam
esse Ecclesiam, quia Christus Synagogam in Eccle-
siam suam commutavit. Porro titulus a Niceta no-
bis conservatus, videtur mihi Synagogæ mutationem
in Christianam Ecclesiam, quæ ex ethnicis præci-
pue coaluit, significare : cui rei suffragatur frag-
mentum quod sequitur, seu similitudo, transnomi-
nationis Abrami in Abrahamum ab ipso Deo factæ.
Itaque si conjectura mea aliquid valet, habemus
denique in manibus fragmentum prædicti operis,
quod certe Cyrilli esse Nicetas testatur.

Ad rem quod attinet, exploratum est Philonem
Judæum de hac Abrahami transnominacione saltem
quinq̄ies locutum, nempe in *Allegoariarum* libro III,
edit. Mang. t. I, p. 105, et *De cherubim*, p. 159,
necnon *De gigantibus*, p. 271, et denique copiosius
in libro *De nominum mutatione*, pp. 588, 589, tum
etiam t. II, p. 15, in libro *De Abrahamo*. Verum-
tamen nihil habet de Trinitate Judæus homo Philo.
Hieronymus quoque noster in Quæstionibus Hebrai-

*Sancti Cyrilli ex libro cui titulus : « Demonstratio ex
divinis ad inclytos patriarchas editis olim oraculis
circa mutationem ac translationem Judæorum at-
que ethnicorum. »*

Abrahami transnominacione significari comperi-
mus ternarium numerum divinarum sublimium per-
sonarum. Nam cum Abram appellaretur inclytus
patriarcha, Abraham divinitus transnominatus fuit.
Id si quis volet interpretari, nominis quidem prio-
rem litteram A, cum copulata sibi et proxima B,
omnino comperiet, facta etiam trajectione alterius
A, quæ est post R, significare *patrem* : etenim *aba*
(3), *patrem* interpretamur. | Si denuo secundam in
positione litteram, B inquam, separatim, et deinceps
cum R quacum unitur, explicare voluerit, iterum,
post A ejectum, *fili* significationem reperiet (3^o).]
Bar enim filii loco est. Quod si postremam litteram,
id est M, cum copulata sibi et proxima A, legere et
explicare quis voluerit contrario ordine, inveniet,
assumpta simul eadem R, inveniet, inquam, signifi-
catum *altissimus* : reapse enim *mar* (4) explicatur

cis, peneque omnes auctores qui ad locum illum
Geneseos XVII, 5, commentati sunt, nominis ejus
etymon attigerunt. Duos tantum appellabo : Glas-
sium in *Philolog. sacr.*, t. I, de nom. propr., et
Ikenium in secunda sua dissertatione. Atqui ex his
nemo quos ego viderim, Cyrilli hoc fragmentum se
legisse demonstrat : quod tamen Cyrillo in argu-
tiarum numero non est deputandum ; nam contra
Judæos pugnantem, ipsorum methodo ac genio pau-
lisper indulgere non fuit absurdum.

Reliquum est ut dicam, egregium hoc Cyrilli frag-
mentum debere me humanitati ac liberalitati cl.
ac reverendissimi Gasparis Bencinii, canonici et
Richardianæ bibliothecæ in Florentina urbe præsi-
dis, Græcarum litterarum peritissimi, ut ejus plu-
rima hæc in re merita orbi jam diu demonstrarunt.

(2) Hoc argumentum attingit etiam titulus capituli
quarti *Glaphyrorum in Leviticum* Cyrilli nostri « Ὅτι
συνέθη περὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν ἐξ ἀπει-
θείας. » Quod ob suam contumaciam contigit *ruina*
Synagogæ Judæorum. Nulla pars tamen sequentis
fragmenti ibi legitur.

(3) Ergo ex Chaldaica potius seu Syriaca, quam
ex vetustiore Hebræorum lingua interpretatur Cy-
rillus, nempe *aba* pro *ab* ; et mox *bar* pro *ben*. Sic
reapse *abba* ter in Novo Testamento.

(5^o) Quæ uncis includuntur omiserat Maius in
interpretatione sua, EDIT. PATR.

(4) Hoc quoque Syriacum. Sed miror, quomodo
mar pro *ram* dicatur. Reapse enim *mar* est *dominus* ;
ram, *altus* vel *altissimus*. Non igitur locus erat hic
metathesi litterarum.

altissimus; quod vocabulum sanctissimi Spiritus A denotat personam: quippe quia Deum ipsum naturaliter esse hæc nos dictio periphrastice docet: nihil enim est aliud *altissimus*, quam omnino suapte natura Deus. Cum hæc igitur a Deo facta fuerit patriarchæ transnominatio,prehenditur manifeste, jamdiu scriptum præmonstratumque fuisse sanctæ quoque Trinitatis ineffabile prorsus arcanumque dogma; manifeste omnino, vi ipsius vocabuli, demonstrante ac significante mysticeque nos docente Patrem et Filium et sanctum Spiritum ipsa Abrahami appellatione, juxta Christi Servatoris nostri in theologico sermone perspicuam apprimè denominationem, enumerationem ac traditionem (1)

πάλιν ἀνθυποστρόφως εὐρήσεται κατὰ σύλληψιν τοῦ αὐτοῦ ρ, σημαῖον ὑψίστος· ἐρμηνεύεται γὰρ δηλονότι τὸ μάρ, ὑψίστος· ὅπερ τοῦ παναγίου Πνεύματος αἰνίττεται τὴν ὑπόστασιν· Θεὸν αὐτὸν πεφυκέναι καὶ εἶναι περιφραστικῶς ἡμᾶς διδασκούσας τῆς λέξεως· οὐδὲν γὰρ ἕτερον ὁ ὑψίστος πέφυκεν, ἀλλ' ἢ πάντως κατὰ φύσιν Θεός. Ταύτης οὖν ὑπὸ Θεοῦ τῷ πατριάρχῃ δοθείσης ἀνωνομασίας, εὐρηται σαφῶς προγεγραμμένον τε καὶ προδεδηλωμένον καὶ τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος ἀπορρήτοτατον καὶ μυστικώτατον δόγμα, σαφῶς ἐξ ὀνόματος Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἐμφαινούσης καὶ σημαίνουσας καὶ μυσταγωγούσας τῆς τοῦ Ἀβραάμ προσηγορίας, κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπὶ τῆς θεολογίας ἀριδηλωτάτην ὀνομασίαν καὶ ἀπαριθμησιν καὶ B παράδοσιν.

II.

ADVERSUS EOS QUI NEGANT OFFERENDUM ESSE PRO DEFUNCTIS (2).

Sapientissimus Cyrillus et Alexandrinæ urbis episcopus in oratione sua cui titulum fecit: « Adversus eos qui audent dicere, non esse offerendum pro iis qui in fide obdormierunt, » et incipit, « Qui suæ mentis oculum dirigunt. »

Κύριλλος ὁ σοφώτατος καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐπίσκοπος ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ αὐτοῦ· « Πρὸς τοὺς τολμώντας λέγειν, μὴ δεῖν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων προσφέρειν, » οὐ ἢ ἀρχή· « Οἱ τῆς ἐαυτῶν διατολίας τὸν ὀφθαλμὸν ἀπευθύνοντες. »

Non inclementer itaque illis dicimus: Instituite animum ad cogitandum de Domino. Finem ponite veritatis dogmatibus audacem mendacemque linguam opponendi. Finem ponite ritus Ecclesiæ temere criminandi. Neque enim addecet, inquit, nos ad ipsa sepulcra progressos pro iis qui obdormierunt, vota supplicia fundere offerreque, et intento etiam animo, Christo veluti præsentī per sanctum et mysticum sacrificium. *Et paucis annexis: Quid ergo absurdi fuerit, corpore Christum præsentem pro iis qui in fide obdormierunt, supplicationes accipere? Etenim si nulli commodo est, sed vere vanum atque inutile oblationis nostræ eos dignos facere, id neque in simplicibus nostris precationibus locum habeat. Tum siquidem quispiam dummodo velit, sacrificii, quod pro iis conficitur, superfluum depurget. Quod si, charitatis legibus conculcatis, quod illi in nulla apud vos æstimatione sunt, et eos relinquitis, ut modis omnibus suffocentur, lapides nos duri atque inhumani absque ulla hæsitacione ostendimur. Quid impedit ne cum precibus pro illis fuis una secum convehant et sacrificium: et qui id facere sibi proponunt, oblatis auxiliis eorum animas juvent? Et rursus: Cum itaque pro defunctis sacrificia et preces offerimus, ne quis nobis crimen appingat. Dum supplicamus, quam optimum super illos facere conamur, per quod ad miserandum promptior Pater accedet. Mors etiam ipsa abrogatur. Et iterum: Licet enim e terrenis corporibus extra factæ sunt defunctorum animæ, nihilominus viventes adhuc reputant*

Λέγομεν τοίνυν ἀνεξικákως αὐτοῖς· Φρονήσατε περὶ τοῦ Κυρίου. Παύσασθε τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασι τὴν οὕτω θρασεῖαν καὶ ψευδηγόρον ἀντεξάγοντες γλῶτταν. Παύσασθε τοῖς τῆς Ἐκκλησίας ἔθεσιν ἐπιτιμῶντες ἀβούλως. Μὴ γὰρ δὴ χρῆναί φασιν, ἐπ' αὐτῶν ἡμᾶς λέντας τῶν μνημάτων, τὰς ὑπὲρ γε τῶν κεκοιμημένων ποιεῖσθαι λιτάς, προσκομίζειν τε, καὶ μέγαρα ἐμφρόνως οἰοῦν παρὸντι Χριστῷ διὰ τῆς ἁγίας καὶ μυστικῆς θυσίας. Καὶ μὴ δάλλα· Τί γοῦν ἐστὶ τὸ ἄστοπον καὶ σωματικῶς παρόντα Χριστὸν τὰς ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων δέχεσθαι λιτάς; Εἰ μὲν γὰρ ἐστὶν ἀνωφελες, καὶ εἰκαῖον ὄντως, ἢ καὶ ἀκαλλῆς ἐτέρως τὸ προσφορᾶς αὐτοὺς ἀξιοῦσθαι τῆς παρ' ἡμῶν, μηδὲ ἐν ἀπλᾷς τοῦτο γινέσθω προσευχαῖς. Τότε δὴ τότε καθαρίζεται τις, εἰ βούλοιο, τῆς ἐπ' αὐτοῖς τελουμένης θυσίας τὸ περιττόν. Εἰ δὲ τὸν τῆς ἀγάπης καταθρασύνεται νόμον τὸ δι' οὐδενὸς τοὺς ἐκεῖνων λόγους, καὶ τὸ γε ποιεῖσθαι εἰς ἅπαν ἔβν καταπνίγεσθαι, λίθους σκληροὺς καὶ ἀφιλοκέρμονας, ἀναμφιλόγως ἀποδεικνύουσιν. Τί τὸ κωλύον ἐστὶ τῆς ὑπὲρ αὐτῶν προσευχαῖς συνανακομίζεσθαι τὴν θυσίαν, καὶ τοὺς τοῦτο δρᾶν ἡρημένους ταῖς προσφερομέναις ἐπικουραῖς τὰς ἐκεῖνων ψυχὰς ὠφελεῖν ἐπειγεσθαι; Καὶ πάλιν· Ὅταν τοίνυν προσφέρωμεν τῷ Θεῷ τὰς ὑπὲρ τῶν κατοικομένων θυσίας, καὶ προσευχὰς, αἰτιάσθω μηδεὶς. Εἰς τρόπον εὐχῆς τὸ πανάριστον ἐπ' αὐτοῖς ποιεῖσθαι σπουδάζομεν, δι' οὗ γένοιτ' ἂν ἐτοιμότερος εἰς τὸ ἐλεεῖν ὁ Πατήρ. Καταργεῖται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θάνατος. Καὶ πάλιν· Ὅταν γὰρ ἂν εἰ τῶν ἀπὸ γῆς σωμάτων ἔξω γεγόνασιν αἱ τῶν τεθνεώτων ψυ-

(1) Hæc mihi clausula subobscura est.

(2) Ex Eustratii, presbyteri CP., libro *adversus eos qui dicunt animas statim atque e corpore solutæ sunt, non operari, neque oblatis pro iis precibus et**aliis bonis operibus juvari*, Græce et Latine apud Leon. Allatum, *De utriusque Ecclesiæ, Occidentalis et Orientalis, perpetua in dogmate de purgatorio consensione*, p. 571. Romæ 1655 in-8.

χαί, ἀλλ' ἐν ζώσιν ἐτι λογίζονται παρὰ τῷ Θεῷ, τίς ἄ apud Deum. Quis hoc asserere recusabit? *Et paucis interjectis* : E sententiis itaque bonis ac sapientibus, nec mediocriter excidisse quisque comperiet eos, qui dormientes et sacrificio mystico et superna clementia spoliare conantur. Vivunt enim vitam, quæ in imagine Dei vivitur, et quam semper simul cum Christo victuri sunt. *Et post pauca, Jobi pro filiis sacrificio apposito, dicitur enim* : « Mittebat Job, et purificabat eos, exurgens mane, et offerens pro eis victimas secundum numerum eorum¹, » infert : Ergo sacrificia offerre pro aliis a Deo non rejicitur, quod absque crimine fieri permittit. Laudat igitur tanquam utile? *Tum deinceps historia atque miraculo, quæ in Lucæ Evangelio de paralytico², et iis, qui ex tecto eum submiserant, expositis, subinfert et ait* : Non absque miraculo fidem eorum, qui adduxerant, reliquit. At hic dolorum solutionem abunde consequatur, et quod alterius erat, in candidum Dei amorem immutavit, et sibi a Christo, qui a peccatis simul et ægritudinibus liberat, benevolentiam conciliavit. *Itemque centurionis mentione inducta, cujus in Matthæi Evangelio historia narratur, dicens* ; « Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur ; et ait illi : Ego veniam et curabo eum. Et respondens centurio, ait : Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dico verbum, et sanabitur puer meus. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit : Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Tum ipsi : Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora³, » subnectit, et ait : Vide etiam in hoc absentem per alterius fidem sanatum. Quid igitur nobis avaritiam et lucri cupidinem exprobratis rerum similium prorsus ignari, qui supernam clementiam in fide defunctis conciliare nitimur, et sacrum ac mysticum pro illis sacrificium perpetravimus, cujus ope misericordiam consequimur, cujus subsidio ipsius mortis robur cecidit, et vitæ nunquam desinentis spes in Christo Jesu Domino nostro relaxit. *Contentiose admodum orationem suam sapiens ac optimus Pater instituens, non sine indignatione atque gravi offensione ab errore quam longissime repellit eos, qui non recte sentire sibi in animo proposuerant : tum deinceps abundanter nimis sacris eloquiis, et miraculis a Christo in omnibus Deo, quæ pro aliis preces, nec non sacrificia, et donaria fide sibi oblata excipiens confecit, instructus, illis qui adversantur, seseque opponunt constitutioni, consuetudini scilicet, et recto catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ dogmati, silentium imponit, suadetque in posterum sæpius pro mortuis oblationes atque supplicationes absolvere, cum plane calleant, illis Deo et Patri oblatiis maximam inde mortuis emanare utilitatem.*

χαί, ἀλλ' ἐν ζώσιν ἐτι λογίζονται παρὰ τῷ Θεῷ, τίς ἄ
 ὁ φάναι παραιτούμενος ; Καὶ μετ' ἄλλα· Ἐννοιῶν
 ἄρα σοφῶν τε καὶ ἀγαθῶν οὐ μετρίως ἡμαρτηκῶτας
 κατίδοι τις ἂν τοὺς ἀποστερεῖν ἐθέλοντας τοὺς κεκοι-
 μημένους καὶ θυσίας τῆς μυστικῆς, καὶ τῆς ἀνωθεν
 ἡμερότητας. Ζῶσι· γὰρ, ὡς ἔφη, τὸ γέ ἐν εἰκόνι Θεοῦ
 ὡσπερ οὐδέπω ζήσῃν μέλλοντες, καὶ αὐτῷ δὲ συνόν-
 τες Χριστῷ. Καὶ μετ' ἄλλα, τὴν τοῦ Ἰὼβ ὑπὲρ τῶν
 τέκνων παραθέμενος θυσίαν· φησὶ γάρ, ὅτι· Ἀπ-
 ἔστειλλεν Ἰὼβ, καὶ ἐκαθάριζεν αὐτοὺς ἀνιστάμε-
 νος τῷ πρωί, καὶ προσφέρων ὑπὲρ αὐτῶν θυσίας
 κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, καὶ ἐπιφέρει λέγων·
 Οὐκοῦν οὐκ ἀπέβλητον παρὰ Θεῷ τὸ θύειν ὑπὲρ ἐτέρων,
 οὐδὲ ἔρξῃν ἐφήσιν ἀνεγκλήτως. Ἐπαινεῖ γοῦν, ὡς
 οὐχ ὑπάρχον ἀνωφελές. Ἔτα πάλιν τὴν ἐν τῷ κατὰ
 Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ περὶ τοῦ παραλύτου καὶ τῶν
 χαλασάντων αὐτὸν διὰ τῶν κεράμων ἐξηγησά-
 μενος ἱστορεῖν τε καὶ θαυματουργεῖν, ἐπιφέρει,
 καὶ φησιν· Οὐκ ἀθαύμαστον ἦξει ὁ Χριστὸς τῶν
 προσκομισάντων τὴν πίστιν. Ὁ δὲ τῶν πόνων ἐπιού-
 τει τὴν λύσιν, καὶ τὸ ἐτερογενῆσιν εἰς φιλοθεῖαν εὐ-
 μενῆ, καὶ φίλον αὐτῷ κατεστήσατο, τὸν ἐλευθεροῦντα
 Χριστὸν πλημμελημάτων τε ἑμοῦ καὶ ἀρῶσθημά-
 των. Καὶ αὖτις περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου μνημονεύ-
 σας τοῦ ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ λέγον-
 τος. « Κύριε, ὁ παῖς μου βέβηληται παραλυτικῶς
 ἐν τῇ οἰκίᾳ δευρῶς βασιανίζμενος· καὶ λέγει
 αὐτῷ· Ἐγὼ ἔλθω θεραπεύσω αὐτόν. Καὶ ἀπο-
 κριθείς ὁ ἑκατοντάρχος ἔφη· Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἰκα-
 ρὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσελθῶς· ἀλλ' εἰπέ
 λόγῳ, καὶ λαθήσεται ὁ παῖς μου. Ἀκούσας δὲ,
 φησὶν, Ἰησοῦς ἐθαύμασε, καὶ εἶπε τοῖς ἀκλου-
 θοῦσιν· Ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, παρ' οὐδενὶ τοσαύ-
 τῆν πίστιν εὗρον ἐν τῷ Ἰσραὴλ. Ἔτα πρὸς
 αὐτόν· Ὑπαγε, καὶ ὡς ἐπίστευσας γενήθητι
 σοι· καὶ λάθη ὁ παῖς ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. » Καὶ
 ἐπιφέρει, καὶ φησιν· Ἄθρει δὴ μοι κἀν τούτῳ τῷ
 διὰ τῆς ἐτέρου πίστεως τὸν οὐ παρόντα σιζόμενον.
 Τί τοίνυν ἡμῖν ἀνοσίως τὴν φιλοκέρδειαν ἐπιφημι-
 ζουσιν, οἱ τῶν· εἰδότες οὐδὲν, ἢ τὴν ἀνωθεν ἡμερό-
 τητα τοῖς ἐν πίστει κεκοιμημένοις σπουδάζομεν, τὴν
 ἀγίαν τε καὶ μυστικὴν ἐπ' αὐτοὺς τελούντες θυσίαν,
 ἡλεήμεθα, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τοῦ θανάτου πέπτωκε κρά-
 τος, καὶ ἡ τῆς ἀτελευτήτου ζωῆς ἀνελαμψεν ἐλπίς
 ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ἀγωνιστικῶς
 καὶ τότε τὸν λόγον παραστησάμενος ὁ σοφὸς
 καὶ πανάριστος Πατήρ, καταμεμψάμενός τε, καὶ
 ἀποσοθήσας πόβρω σου τῆς πλάνης τοὺς μὴ
 ἐρθᾶ φρονεῖν ἐλομένους· ἔτα καὶ καταπλουτίσας
 αὐτὸν ἕκ τε τῶν θείων λογίων, ἕκ τε τῶν θαυμα-
 ουργιῶν, ὧν ἔδρασε Χριστὸς ὁ ἐπὶ πάντων Θεός,
 καὶ τὰς ὑπὲρ ἄλλων ὑψ' ἐτέρων αὐτῷ καὶ προ-
 σαγομένας ἐντεῦξεις μετὰ πίστεως, θυσίας τε καὶ
 προσφορὰς προσηκόμενος, παιδεύει σιγῶν τοὺς
 ἀντιδιατιθεμένους ἐτι καὶ ἀντιπλάττοντας τῇ καταστάσει,
 ἢ γοῦν συνηθείᾳ, καὶ τῷ ἐρθῶ δόγματι
 τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, πείθει τε τοῦ
 λοιποῦ συνεχῶς τὰς ὑπὲρ τῶν κεκοι-
 μημένων ἐπιτελεῖν εὐχὰς τε καὶ προσφορὰς, εὖ
 εἰδόμενος, ὡς πάντως ὠφελήθησθεσθαι αὐτοὺς τούτων
 προσασομένων τῷ Θεῷ καὶ Πατρί.

¹ Job i, 5. ² Luc. viii, 16. ³ Matth. viii, 6-15.

III.

EX LIBRO CONTRA SYNUSIASTAS (1).

1. *Cyrillus in libro adversus eos qui naturas con-* A aio : Quoniam inconvertibilis natura Dei est, fundunt (2), qui incipit : « Paulo ante locuti diu sumus. » utique rem seipso indignam agere voluisset.

2. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Quousque tandem nonnulli scriptis suis astruent, vel somniant potius, Verbi in carnem ac sanguinem conversionem, amentium instar nugantes? His nos dicimus : Evigilate, ebrii de vino vestro. Quæ enim vestra est de natura carnis sententia aut notio, vel quomodo inscrutabilem scrutamini Dei naturam? Quis porro audeat rem metiri immensurabilem? Nemo certe dicet, nemo sine errore definit, quamnam sit præditus natura Deus, omnium Dominus, lux, vita, gloria et potentia, ille demum qui omnium rerum naturam novit, et quidquid in homine est scientia sua complectitur. Quousque tandem nonnulli affirmabunt, Verbi factam in terrenum hoc corpus mutationem, id est Deum Verbum de substantia propria confecisse sibi corpus, quod nostro consubstantialia sit? Hi videlicet primo quidem protulerunt, Verbum a semetipso alienum evasisse, id est, jam non amplius Deum esse, ut dixi, creatorem, vitam, gloriam, potentiam : atque etiam docent eum in errorem posse incurrere, cui obnoxie creaturæ sunt : aliaque hujusmodi eidem attribuunt pessima oppido, et ipso indigna. Equidem quærendum ab eo arbitror, qui hæc opinionem in medium attulit, num passionum ignominiam in Verbum incidere necesse fuerit? Atque hæc nonnullorum opinio nonne furiosa est? Profecto nihil amentius excogitari potest quam ita Verbi naturam contumelia afflicere. Alioqui qui fieri posset, ut Dei nomen sublimius quovis nomine esset, et ipse Dominus virtutum foret? Sed enim aliquis fortasse dicet, haud id quidem necessarium fuisse, sponte tamen ita semet commutasse, ut inevitabili passioni subesset. Atqui ego

¹ Malach. III, 6. ² Psal. CI, 26, 27.

(1) Ex Apologia Joannis Cæsariensis pro concilio Chalcedonensi quæ in codice Syriaco Vaticano superest. — Mai *Biblioth. nova Patrum*, II, 445.

(2) Hi proprie dicebantur *συγχυσιολοι*, *confusanei*, cujusmodi fuerunt Apollinaris et Eutyches, et postea Severus, qui duas Christi naturas in unam adunaverunt atque confuderunt. Hinc Theodoretus dialogus contra Apollinarem inscribitur *Ἀσύγγυτος*, *Inconfusus*. Proprius tamen operis a Cyrillo scripti titulus fuit κατὰ Συνουσιαστών, *contra Synusistas*, sive contra eos qui duas substantias divinam et humanam ita in Christo adunatas aiebant, ut una post adunationem esset. Is revera titulus operis Cyrilliani ita recitatur ab Ephræmio Antiocheno apud Photium cod. 229, p. 796, quod vocabulum vix vellem a Scotto explicatum fuisse Latine *contra consubstantialistas*, ne forte Eutychiani hæretici permittentur cum orthodoxis Homousianis; quanquam hi reapse de substantia divina tantum loquuntur, quæ eadem in Patre Filioque est; illi ex duabus Christi naturis humana ac divina unam, ut dixi, faciebant. Sedenim commode accidit ut titulus Cyrilliani operis κατὰ Συνουσιαστών sexies recitetur in opusculis Græcis a me editis *Script. vet.* t. VII, pp. 40, 45, 27, 290, 295, 302, cum brevibus ejus fragmentis, quæ partim cum his a Joanne Cæsariensi recitatis, mire congruunt, ut postea videbimus. Contra Synusistas scriperant etiam Diodorus Tarsensis et Theodorus Mopsustenensis, testibus Facundo Hermitanensi lib. VIII, cap. 4. necnon Leontio *adv. Eutych.* apud Canisium *Antiq. lect.* ed. nov. t. I, p. 591, itemque apud *me Spicil. Rom.* t. X, part. II, pp. 87, 88. Denique etiam Theodotus Antiochenus, uti affirmant apud me tom. cit. p. 10 Anastasius presbyter, et Leontius p. 154. Uno versiculo rem definierat apud Theodoretum dial. cit. p. 106 Antiochus Ptolemaidis : Μη συγγέτης τὰς φύσεις, καὶ οὐ νερχήτης περὶ τὴν οὐκονομίαν. *Noli naturas confundere, et circa incarnationis mysterium nos torpebis.* Sed enim tot olim et postea contra illam hæresim scriptis, ea nihilominus vivax residet apud partem maximam Syrorum, Armeniorum, Æthiopum atque Coptorum. Tanta est præjudicii ex antiquitate suscepti tenacitas!

gumenta ordinatim recitat dicens fore ut cœli con-
 nescent; supremo autem Deo immutabilitatem
 conservat, ipsum eundem fore semper atque im-
 mutabilem testans. Sicuti autem non est credendum
 ullam esse tam necessariam rem, quæ Verbi natu-
 ram in id convertere, quod reapse non est, queat:
 ita nulla vicissim creatura ad deitatis naturam
 migrare poterit; ne multa deinceps ei contingerent
 inconvenientia, quæ sane inveniabilis blasphemia
 foret. Certe si aliqua creatura ad deitatis statum na-
 turaliter transiret, nemo jam a recta deviare sen-
 tentia videretur, si forte diceret eam ex nihilo esse
 factam, sed ideo materiæ particulam sibi sumpsisse,
 ut existeret: tum corpus aliquando existitum in
 substantia non corporali: remque visibilem ac
 tactui subjectam, fieri postea invisibilem et nullo
 tactu sentiendam: denique corpus illud vitam vi
 propriæ naturæ habere, uti Verbum vitam a Patre
 accepit. Aiunt insuper ipsum in ea mutatione con-
 substantialitatem cum natura nostra fuisse adeptum,
 ne quis forte diserte diceret vitam ei non inesse:
 neque esse inconfusum, quidquid corrumpi potest.
 Tum opinionibus suis dispensationis carnem oppu-
 gnant. Jam ego quid dicam? Dominus Deus nobis
 apparuit, ut corruptionem adversus nos rebellan-
 tem destrueret, non vero ut ostenderet naturam suam
 factam esse participem corruptionis: sed suam
 factam esse demonstravit carnem illam, quæ morti
 erat mancipata. Sed num juste aliquando contendet
 aliquis, Deum Verbum in naturam corpoream esse
 mutatum, aut versa vice carnem ad Dei naturam
 migrasse, ut ipsi fieret consubstantialis? Num nos
 ea credere oportet, quæ omnino credenda non
 sunt?

5. Idem Cyrillus in eodem libro.

Verbum de cœlo lapsum, et cujus propria caro
 facta est, revera de cœlo advenisse dicitur, vitam-
 que mundo contulisse. Divina caro est itaque, ut
 jam dixi: nemo tamen recta ratione intellectuque
 præditus, idcirco Verbum in carnem mutatum esse
 sibi persuadebit. Necessè est enim ut sublimissima
 omnium natura purum statum retineat, id est sim-
 plicem sine alterius commistione, ne forte videatur
 composita, aut incremento indigens, aut cujusquam
 rei particeps quæ naturam suam minime deceat, **D**
 dum in naturæ unitatem, sive consubstantialitatem
 concurrat (1). Nunc acuti intellectus oculo opinionem
 Confusaneorum scrutemur, dicentium carnem inef-
 fabili ratione sic esse mutam, ut Deo Verbo con-
 substantialis evaserit. Cur id, inquam, aut quam-

obrem? Certe caro ad id sponte sua non fertur, neque
 id more suo appetit naturalibus motibus incitata.
 Ergo falso diceretur caro ad eum finem jussu Dei
 Verbi pervenisse. An vero dispensationis rationem
 abominabilem excogitavit, ut carnem ad dignitatem
 evexisse ipso Verbo majorem demonstraret, atque
 ut ea pompatica videretur? Atque audiendus Psal-
 mista est: « Sacrificia et oblationes non expeti-
 visti, holocausta pro peccato noluisti; corpus mihi
 parasti; ideo dixi: Ecce venio. Initio libri scriptum
 est de me ut faciam voluntatem tuam, Deus ³. » Ergo
 Mosaicæ legis sacrificia Patris voluntate non exi-
 guntur, magis vero incarnationi Verbi requiritur,
 nempe ejus humanatio, ut eos qui sub cœlo sunt
 perficiat in gratia per fidem: quam rem misericor-
 diæ pacisque causa fecit, prout Deo dignum est.
B Quonam pacto dicere quis ausit factam ab ipso abomi-
 nabilem dispensationem illam, quæ adeo est vene-
 rabilis ac salubris? id quod reapse accidisset, si
 mutata divinitatis natura in carnem transisset.
 Paulus quidem sapientissimus scribit: « Sanctum
 ejus corpus, in quo passus est, cum in tentationem
 incidit, ut eis qui tentandi forent opem ferret ⁴. »
 Si verba illa in quo passus est delemus, summa rei
 deletur, itemque suppeditati nobis auxilii scopus.
 Quod si, ut volunt qui ea verba supprimunt, caro
 in deitatis substantiam transisse dicitur, ut id quod
 non erat fieret, jam ipsa caro haud ulterius menti
 nostræ occurrit: secus enim quæ mutationis ratio
 fuisset, si quod erat, in statu suo permansisset?
C Quæ nostro corpori utilitas accederet a mystico
 sanctoque sacrificio, cujus suscepti factum est par-
 ticeps? Quinam ejus rei fructus alius fuisset, nisi
 quod Verbum naturam suam mutare voluisset? Cur
 nobis ipse dixisset: « Ego sum panis vitæ qui de
 cœlo descendit, mundoque vitam æternam dat. Et
 panis, quem ego tribuo, mea caro est, ob mundi vi-
 tam. Qui manducat meam carnem et bibit meum
 sanguinem, in me manet, et ego in eo ⁵. » Ergo si
 caro in id quod non erat mutata est, atque ad su-
 blimiorum natura propria gradum transiit, id est si
 eam Verbi voluntas excelsiorem fecit, nobis quoque
 vim hujus mysterii, resque ad id pertinentes ratione
 alia licebit peragere.

4. Idem Cyrillus in eodem libro.

Ergo incarnationis dogma perspicua veraque fide
 creditur. Quod si, ut adversarii dicunt, abjecta est
 caro, et in naturam Verbi mutata, quod ei se co-
 pulavit, vana quoque evaderet, una cum carnis mu-

¹ Psal. xxxix, 7-9. ² Hebr. II, 18. ³ Joan. vi, 51-55.

(1) Exstat Græce hic locus apud Anastasium pre-
 sbyterum a nobis editum *Script. vet.* t. VII, pp. 10,
 15, 27, cum vix aliquot varietatibus sic: *Κυρίλλου*
ἐκ τοῦ κατὰ Συρουσιαστῶν λόγου. Καὶ μὴν καὶ
 ἐξ οὐρανοῦ καταβηθῆναι λέγεται, καὶ ζωὴν διδόναι
 τῷ κόσμῳ, διὰ τὴν ἀνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα
 λόγον, οὗ καὶ ἰδίᾳ γέγονεν ἡ σὰρξ· οὐκοῦν θεῖα μὲν,
 ὡς ἔφη, ἔστιν· οὐ μὴν ἔτι καὶ εἰς φύσιν θεότητος

μεταβλεῖν ὑποπεύσοι· τις ἂν, εἴ γε νοῦν ἔχει τὸν εὖ
 βεβηκότα καὶ δογματικῆς εὐτεχνίας ἐπιστήμονα· δεῖ
 γὰρ τῇ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω φύσει, σώζε-
 σθαι καθαρώς τὸ ἀπλοῦν καὶ ἀσυμμιγῆς ἐτέριον, καὶ
 τὸ μὴ συνθεθεῖσθαι δοκεῖν. Ἐν γὰρ τοῖς κατ' ἑαυτὴν
 ἤγουν προεθήκησθε δεδεησθαί τινας καὶ ἀσυμφοροῦς αὐ-
 τῆς πράγματός εἰς κοινωνίαν ἔλθειν τὴν ἐν ταυτοῦται
 φύσει ἤγουν ἁμοσυνοῦσθαι.

tatione salutaris fidei nostræ confessio: imo res A
tota pessumdaretur, cum indidem manante justi-
ficatione; consequenterque nos adhuc in peccatis
nostris manemus, neque veterum culparum nostrarum
sordes discussæ sunt.

5. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Si caro Verbi a nostræ carnis conditione recessisset, superior nobis effecta, quia in deitatem conversa, salutis nostræ basis corrueret, nosque adeo sub mortis peccatique sævitiam recideremus. Sicut, domus murive subrutis infimis fundamentis, universum ædificium dilaberetur, et quidquid illis fulcris superstructum fuerat; ita si Unigeniti cum carne dispensatio vera non esset, res nostræ simul atque in perpetuum everterentur et infirmæ fierent. Sic B
aio pariter, quod si Verbi caro in deitatis naturam mutata fuisset, necessario atque in æternum a Filii hominis appellatione excideret. Cur ergo sapientissimus Paulus dixisset: « Unus est Deus, et unus mediator inter Deum et homines, homo Christus Jesus, qui dedit seipsum redemptionem pro nobis *? » Est ipse mediator ut Deus, idemque homo simul, Deum Patrem nobis placans; ipse unus est in unica adunatione, in qua sane grandi cum differentia distinguuntur naturæ (1): eædem tamen concurrunt simul in Christum, et in inconfusam adunationem atque insolubilem; similis Patri est deitate, similis nobis humanitate; atque ita cognoscitur homo Christus Jesus mediator noster. Quod si abominabilis in eo, ut isti volunt, caro esset, rei C
summa de medio tolleretur, nec jam ipse inter nos Patremque suum mediator esset. Tunc autem quomodo ad illum accederemus? aut certe quis nos illi admoveret? quis demum superesset mediator? Divus Paulus dixit hominem esse mediatorem. Tum ipse Christus inquit: « Nemo venit ad Patrem, nisi per me? » Pormentosum est ergo et insania plenum commentum illorum qui naturas confundunt.

6. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

« Cum Filius hominis venerit, num in terra fidem inveniet *? » Nunc querimus ab adversariis, quamnam volet hominis Filius fidem invenire, cum de cælo descendet apud eos qui in terra versantur? Vel quidnam de eo opinari possumus? Num forte D
abjecturus est Filii hominis conditionem, an potius in similitudine nostra mansurus, ut homo esse credatur? Quod si longe abesset, ut ipsum æque ac nos hominem reputare possemus, consequenterne dicere liceret venturum fortasse ceu hominem ut fidem in terra inveniat, et non potius venturum ceu Deum Verbum simplex et absque carne, ut hanc fidem apud terrestres inveniat? Sed quia ipsemet manifeste se Filium hominis vocitavit tempore etiam

A quo de cælo rediturus est?, hinc constat carnem ab eo in aliud quodvis non fuisse mutata, sed gloriosam apud eum manere, incorruptibilem, sine macula, atque illa luce fulgentem ad quam nemo potest accedere. Porro haud cum illo tenui, ut primitus, splendore descendet.

7. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Si caro ejus ad naturam deitatis ipsius transisset, jam Filius hominis esse desineret; palamque omnibus fieret gloriam adoptionis amitti a nobis, tanquam si primogenitum inter multos fratres¹⁰ diutius non haberemus.

8. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Non apparet Verbum carnem mutasse, quæ inconvertibiliter et absque confusione illi conjuncta est in deitatis natura. Illud potius observamus, merito illam gloria sua magnificasse, honoribusque Deo debitis cumulasse: atque ita tempore suo carnis quoque dispensatoria substantia [de cælo descendit]: quam videntes admiratione percussi sunt. Hanc reapse oculus vidit, uti scriptum est. Sanctorum enim angelorum unus mirantibus ait: « Viri Galilæi, quid cælum suspicitis? Illic Jesus qui assumptus est a vobis, sic venies quemadmodum vidistis eum euntem in cælos¹¹. » Num dicturi estis visum esse ab iis salientem ad Patrem absque carne? id est forma nostra indignanter abjecta, jam non fuisse in corpore visibili, ideoque se commutasse in invisibilem incorruptibilemque naturam? Quis, inquam, hæc dicere ausit? Sin contra ita venturus est, uti ascendit, quidni vere dicetur, cum eodem corpore Verbum, non autem in natura simplici et absque carne, esse venturum?

9. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

De Christo scripsit sapientissimus quoque Paulus: « Qui immutabit corpus humilitatis nostræ, ut sit simile corpori gloriæ¹². » Quid ad hæc dicent illi, qui carnem mutatam aiunt in Verbi naturam? Num sanctorum corpora ideo mutantur in deitatis naturam, quia ipsa quoque conformia sunt corpori gloriæ ejus? Nonne meræ gerræ sunt hæc eorum verba, quæ inscitia scatent? Si caro ad deitatis naturam, ut aiunt, transiit, quonam demum in corpore Deus Verbum versatur? Est enim deitas incorporea, verissimèque dicimus nemini Deum esse conspicuum¹³.

10. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed fortasse dicent carnem haud omnino substantiam suam amisisse; sed cum Deo Verbo se vel commiscuisse naturali quadam adunatione. Ego vero quomodo his occurram, præsertim quia humanum ratiocinium in his torpet, neque propria, ut ita di-

* I Tim. II, 5. ⁷ Joan. XIV, 6. ⁸ Luc. XVII, 8. ⁹ Matth. XXVI, 6. ¹⁰ Rom. VII, 29. ¹¹ Act. I, 11.
¹² Philipp. III, 21. ¹³ I Joan. IV, 12.

(1) Vides hic etiam quantopere Cyrillus abhorreat a Severi Monophysitæ sententia, qui tamen illius falso auctoritatem sibi prætendebat.

eam, in provincia versatur? Nam vel caro immutabilis est, ideoque in Verbi naturam non mutatur... vel in id semper mutatur quod antea ipsa non erat; quam mutationem dum patitur, ab ea stabilitate discedit quæ Deum decet, atque ab illa qua naturaliter fruebatur securitate. Tunc autem quonam jure homo posset appellari? Interim sapienter recteque existimandum credo, nullam rem creatam, ad deitatis posse naturam unquam assurgere, id, inquam, inter impossibilia numerandum est. Quod si hi forte idonea argumenta repererint ad persuadendum fore ut, in permistione naturarum atque insertione, proprietates unius ita conserventur ut non communicentur alteri, maneatque perfecta singularum definitio, his sane argumentis utantur: tunc enim nos concedemus, permistione hujusmodi, haud omnem veritatis vim perimi. [(1) Verumtamen si forte dicant carnem et Verbum eo modo inter se mista quo liquidi humores solent, quomodo ignorant liquida, quæ invicem temperantur, vinum puta ac mel, jam non pura manere ut erant, sed alienæ substantiæ assumptione, in aliu- quiddam transmutari? Si ergo aiunt concretam fuisse cum Verbo carnem, necessario prorsus dicendum est utramque dictarum rerum a suo priore statu discessisse, mediumque aliquid ex utraque confectum, diversa prorsus natura præditum, quam antea res utraque partiatim erat.] Nunc ego adversarios sciscitari vellem, quem ad statum transisse putent Verbi naturam dum carni mista est? quandoquidem in priore certe statu non mansisset, ane commistio Verbum a propria conditione depulerit, ac sua virtute minuerit ad inferiora detractum? Sin alterutrum aiunt perfectius apparuisse, hanc quidem perfectionem carni potius attribuendam censerent; constaret enim ipsam ad sublimiorem statum evectam. Sin vero secus est, Verbumque potius ad rem minorem semet inclinavit, num caro Verbo nocuit, sicuti nosmet gravat nostra natura? Nos interim recte dicimus Verbum semet ad exinanitionem demisisse, nostramque formam assumpsisse, haud sane ut quidquam in sua se passum natura demonstraret, sed ut nos de carne erigeret, qui carne et sanguine compacti sumus, atque ab humana conditione elevatos, Dei filios efficeret. Sin contra, ut isti veteratores aiunt, commiscuit se carni Verbum, atque id quod non fuerat effectum est, quomodo ipsum sua dignitate minutum jure negarent, non intelligo. An vero dum Dei affectat similitudinem, formam

A suam personamque amisit, nec priorem cum illo æqualitatem retinuit, sed humiliore loco depressum, naturæ gloriæque suæ deminutionem passum est?

11. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Molestissimum est tolerare aliquid e multis quæ isti dicunt pessimis: quomobrem videtur mihi ab his absurdis opinionibus recedendum. Ergone commistionem fugimus? Utique damnum pariter ab ea scatens vitamus. Aliud quoque argumentum proferent, divum scilicet Paulum ita scribentem: « Etsi Christum in carne novimus, nunc non item ¹⁴. » Si ergo dicimus Christum in carne jam non agnoscī, necessario carnem in Verbi naturam mutatam affirmamus, ut tanquam Dei caro agnoscat. Atqui aliquis forsā ad hæc illico responderet: num Paulus cum de nobis aiebat: « Qui in carne sunt, placere Deo nequeunt; vos tamen laud in carne versamini, sed in spiritu ¹⁵, » an, inquam, carne nos et sanguine carere cognoverat? Ergo hoc de incorporeis spiritibus dixit. Porro quidni stolidum detestandumque sit, si quis carnem, id est carnis passiones Domino attribuat? Servator enim omnium Christus immaculatus est, atque omni peccandi facultate carens. Cum autem si dicitur in carne non cognosci, intelligendum est eum in infirmitatibus carnis jam non cognosci.

12. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Jejunavit igitur, esuriit, longo itinere lassatus est, itemque cruci fixus obiit: atque hæc omnia perpassus est, haud tamen in deitatis natura (neque enim imaginari licet passibilem esse divinam naturam), sed in carne sua potius. Jam cum ipse vita sit mortemque calcaverit, humanam nobis naturam ad incorruptibilitatem vitamque renovavit. Ipse vero nunc omni humana infirmitate carere conspicitur, sicuti recte dictum fuit: nempe in carne non cognoscitur, id est in carnis infirmitate, ut ait mysteriorum ejus minister.

13. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Cum autem mortem, nostri causa, in carne gustasset, pariter cum corpore ascendit. Cumque Judæorum turbæ prædixisset: « Destruite templum hoc, et tribus diebus rursus erigam ¹⁶; » revera restauratum est quod fuerat destructum. Destructam vero carnem dicimus, non Verbi naturam, quod fieri nequit.

14. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Jam cum apostolis ipse noster Salvator Christus

¹⁴ II Cor. v, 16. ¹⁵ Rom. viii, 8. ¹⁶ Joan. ii, 19.

(1) Sequentem Cyrilli partem, quam uncis includimus, mire conservavit Græce Justinianus imperator in dogmatica ad monachos Monophysitas epistola, quam nos primi edidimus *Script. vet.* t. VII. Ibi ergo p. 295 ita legitur: « Ὁ ἐν ἀγίοις Κύριλλος κατὰ τῶν Συνουσιαστῶν λέγει τάδε: « Εἰ δὲ ὡς ἐν τῶν ὑγρῶν ἀναμεμῖχθαι φασὶν ἀλλήλοις σάρκα τε καὶ λόγον, πῶς ἠγγόησαν οὗτοι τὰ ἀλλήλοις ἀναμειγνύ-

μενα τῶν ὑγρῶν, οἶνος φέρει εἰπεῖν καὶ μέλι, ὃ μὲν ἦταν, εἰς καθαρῶς οὐκέτι, προσλήψει δὲ μᾶλλον τῆς ἐτεροειδοῦς ποιότητος, εἰς ἐτερόν τι μεθίσταται; οὐκ οὖν εἰ συγκεκράσθη! φασὶ τῷ λόγῳ τὴν σάρκα, πᾶσα πῶς ἀνάγκη λέγειν ἐκάτερον τῶν ὀνομασμένων ἀποστήναι μὲν τοῦ εἶναι ὃ ἦν, ἐν δὲ τι τὸ ἀμφοῖν ἀποτελέσαι μέσον, ἐτεροφυῆς τοῦ πάντως, ἢ ὅπερ ἦν ἐκάτερον ἀνὰ μέρος. »

persuaserit se de morte suscitatum, carnem pedes A manusque habentem, seque non esse spiritum manifeste demonstraverit; cur jam quisquam suspicetur carnem esse mutatam in deitatis naturam, neque aliquid passam, neque destructam mortem, cum in vitam post tertium diem rediit, suisque discipulis conspicuum se fecit?

15. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Quis sanctorum Patrum hæc tam dura prædixit, et impossibilia, nec hilum veritatis habentia? Quis apostolorum aut evangelistarum verba hujusmodi protulit? Perfecto nemo. Confundantur itaque qui ex corde suo, non ex Domini ore loquuntur, uti scriptum est¹⁷.

Nos autem orthodoxæ legibus subjecti, quæ tam diligenter stabilita fuit, sectandæ sanctorum Patrum B rectæ doctrinæ operam demus; neque vanis vociferantium nonnullorum, qui nihil intelligunt, dictis auscultemus, ita ut quæ minime decent opinemur: sed ubique veritati adherentes, mentemque sacrarum Scripturarum oraculis intendentes, dicamus Domini carnem intelligente anima esse informatam, eamque divinam credamus, immaculatam, gloriosam, ideoque et alios vivificantem ac sanctificantem, utpote quæ Verbi propria fuit, a Deo Patre et non aliunde geniti; eamque nunquam carnem in naturam deitatis mutatam affirmemus.

16. *Sanctus Cyrillus in libro adversus Diodorum Tarsis episcopum (1), qui incipit: « Ante omnia veritas, quam nihil coarguit, nosque ipsi recte de illa loqui novimus. »*

Quidni oportebat ab eo potius demonstrari, quid inter carnis et deitatis attributa intersit? Aio igitur, in singulis nuper nominatis rebus, sive corporeis sive secus, carnem esse quæ de humana forma sumpta fuit; Verbum autem quod et Patris substantia profiit. Haud ideo tamen dividendus in duos est unicus ille noster Dominus Jesus Christus.

17. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Dicimus Domini carnem anima intelligente esse animatam. Sæpe nos hoc diximus, et nunc quoque rem ita se habere denuo affirmamus.

¹⁷ Jerem. xxxiii, 16.

(1) Liberatus diaconus in *Breviario*, cap. 10, sic: *Cyrillus tres scripsit libros adversus Diodorum et Theodorum, quasi Nestoriani dogmatis auctores*. Alia veterum de hac re testimonia collegit Fabricius in *B. Gr.* ed. nov. t. IX, p. 495, quæ cumulare opus non est, præsertim quia non pauca illorum librorum fragmenta in quinta generali synodo collat. v recitantur; quibus alia nova nunc a nobis accedunt ex Syriacis bibliothecæ Vaticanæ codicibus eruta. Quare frustra est Facundus Hermianensis lib. viii, 6, et alibi, dum de Cyrilli libris contra Theodorum dubitare vult, quia nempe parum ei placet, talem tantumque virum adversatum fuisse Theodoro, cui ipse toto suo opere patrocinatur. Facundi falsam opinionem alios quosdam participasse, ex eodem Liberato cap. cit. cognoscimus. Denique adnoto fragmentum item Cyrilliadi operis a Facundo lib.

18. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed Diodorum quoque audiamus. Sin vero tu id dicis de Nazareno, nempe si hominem appellas hunc, qui assumptus fuit, ostende nobis, nihil dissimulans, externam personam; tuamque diserte sententiam exponere, neque carnem inanem dicas. — Atqui audientes tu fallere putas, quia constanter nos affirmavimus carnem pro sua ratione ac natura differre a Verbo, quod de Deo Patre natum est. Hæc tamen propria ejus caro fuit propter inseparabilem conjunctionem.

19. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Imo potius unus idemque Filius est, ut perspicue cognoscitur, de substantia Dei Patris secundum divinitatem, et ex nobis secundum humanitatem. Nempe etiam propheta, uti Moyses, appellatus fuit, itemque de stirpe Davidis. Neque ejus agnomen removeamus; nam dispensationis ejus virtutem rationemque satis novimus. Neque proprie templum fuit, quod attinet ad ejus naturam; etenim Deum esse apparet. Quod si animæ a corpore suo separationem permisit, separata nihilominus ad eum pertinebat, haud secus quam singulis nobis proprium corpus.

20. *Idem Cyrillus in eodem libro. (Exstat hic locus etiam apud Severum Antiochenum in opere inedito, quod inscribitur Philalethes.)*

Proprium est itaque divinæ naturæ, ut ante omnia sæcula sit. Peculiare pariter Verbi ejusdem fuit, ut postremis temporibus carne præditum nasceretur. C Porro nativitas ejus de Virgine, causa Verbo non fuit existendi, sed ejus in carne manifestationis. Perfecto non est Verbum mortale de mortali, sed de vivente Patre vivens: propriumque ipsius evasit, qui vita est, mortale corpus de mortali natum, et morti obnoxium: ut in illo cum morte confligens, et e mortuis resurgens, in incorruptibilitatem id ipsum vindicaret, mortique superius demonstraret, etiamsi id natura sua in mortis mancipio erat. Debilitata est autem mors ex quo cum vitæ corpore prælium conseruit.

21. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Nunc breviter, si placet, transgredientes ad consi-

III, 6, recitatum, a nostris his differre. Contra Diodori Theodorique infames sententias gravissime invehitur Cyrillus epist. ad Joannem Antioch. (cp. 59). Quo loco etiam prænitet eum quod illos olim imprudens laudasset, cuius rei testis est Leontius *De sectis*, act. iv, 5, ubi tamen adnotatur Chryostomum quoque et Basilium iisdem hominibus laudem attribuisse, propterea quod Arianos Macedonium et Apollinarem refutavissent. In collectione canonica Ebediesu Nestoriani (p. 150) a nobis edita *Script. vet.* t. X, Diodorus, Theodorus atque Nestorius dicuntur sectæ splendida et sanctissima luminaria. Fuit igitur congruum ut Cyrillus, Nestorii strenuissimus adversarius, contra Diodorum quoque atque Theodorum arma expediret. Confer etiam Photium apud nos *Spicil. Rom.* t. X, p. 456.

derandam Servatoris nostri Christi personam, diversam esse comperimus naturam, cui imposita est. Interim ipse persona hypostatica est atque absoluta, humanitas et divinitas; diciturque summus pontifex, factor et factus.

22. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed fortasse tu dicis: Ergo non habitavit in illo plenitudo universa divinitatis corporea ratione. Verum hoc, inquam, est; nemoque sacræ Scripturæ contradicit. Nos tamen dicimus Filii divinitatem haud alieno in corpore, sed in suo potius templo habitasse, velut in homine anima, quæ licet a carne differens, attamen una cum carne naturam hominis perficit, ut sit Petrus vel Paulus. Hoc imo evidentius in Christo est. Neque tamen idcirco dicimus Dei Verbum animæ officio in corpore functum, quæ pessima nonnullorum opinio est, sed sanctum ejus corpus intelligente anima dicimus esse animatum.

23. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Dei Verbum vere in omnibus perfectum est, neque incremento indiget. Natum autem perfectum de Patre est, sapientia de sapientia, potentia de potentia. Et quia natura immutabile est, nihil ei templum in quo stetit nocuit, sed perfectam retinuit sapientiam,

potentiam, et reliqua omnia. Caro utique crescebat viribus paulatim aucta, prout humanæ naturæ jura ferunt. Verbum autem carni unitum paulatim sapientiam suam manifestabat, quæ corporis incrementum comitabatur, et corporis se staturæ adamusim accommodabat.

24. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Ergo ad similitudinem nostram particeps fuit carnis et sanguinis. Cumque mortem carni sæ applicuisset, ipsamque mortem destruxisset, corpora mortalia nostra ad incorruptibilitatem direxit, ut carneorum membrorum rebellem legem ab ea tyrannide qua nos premebat dejiceret. Secus enim vita morti non esset dominata, nisi Verbum mortalis corporis fuisset particeps: neque item cupiditatum naturalium stimulus relusus fuisset, nisi Verbi corpus ex humana nostra natura sumptum fuisset.

25. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Inanimum haud dicimus carnem illam Verbo unitam, quæ de semine Davidis est. Nemini item opinari licet Verbum templo suo sancto instar animæ intellectusque fuisse. Neque postremo illum, qui de semine est, per se solum appellare Filium solemus.

IV.

EX LIBRIS CONTRA THEODORUM MOPSUESTENUM ET DIODORUM TARSENSEM.

1. *Sanctæ memoriæ (1) Cyrilli ex primo libro eorum quos contra Theodorum scripsit.*

THEODORUS.

Si quis velit abusive et Filium Dei Deum Verbum filium David nominare, propter Dei Verbi templum quod ex David est, nominet, et illum qui est ex semine David, Filium Dei, gratia non natura appellet, naturales patres non ignorans, neque ordinem subvertens: neque eum qui incorporalis est, etiam corpus dicens; et ante sæcula ex Deo, et ex David, et passum, et impassibile; corpus, non est incorporale; quod est deorsum, non est desursum; quod est ante sæcula, non est ex semine David; quod passum est, non est impassibile. Nec enim ista ad eundem intellectum obvertuntur: quæ sunt corporis, non sunt Dei Verbi: et quæ sunt Dei Verbi propria, non habent corpus. Naturus confiteamur, et dispensationes non abnegemus.

CYRILLUS.

Qui dicit oportere non abnegari dispensationes, humanitatis mysterium omnino eradicat. Presumit enim dicere, quod neque factus est homo unigenitus Dei Verbum, neque ex semine apparuit sancti David: sed filiorum introducit aperte dualitatem, inæqualem naturam et falsam nomine. Hoc enim quod abusive dicitur, omnimodo ostendit utique quod vero non est hoc quod dicitur: mutuatur enim alterius appellationem. Ergo si abusive Dei

verbum vocatur homo, non est factus homo manifeste. Si abusive Filius et Deus ille qui ex semine est David, neque Deus neque Filius natura et veritate est. Falsa igitur in utroque hæc appellatio, et ipsa res esse merito intelligitur: uterque enim hoc nominatur, quod non est.

2. *Ex eodem libro.*

THEODORUS.

Et convenit eos qui bene sapiunt, quandoquidem naturales patres quærimus, neque Deum Verbum, David vel Abrahæ filium nominare, sed factorem: neque corpus ante sæcula ex Patre, sed semen Abrahæ et David ex Maria natum. Et cum de naturalibus nativitatibus sit ratio, neque Mariæ filius Deus esse Verbum existimetur. Mortalis enim mortalem generat secundum naturam, et corpus, quod sibi simile est. Duas nativitates Deus Verbum non sustinuit, unam quidem ante sæcula, alteram autem in ultimis temporibus: sed ex Patre quidem natura genitus est, templum vero quod ex Maria natum est, ex ipso utero sibi fabricavit.

CYRILLUS.

3. Deinde breve procedens, et quibusdam per medium interpositis iterum dixit:

THEODORUS.

Cum vero de salutari dispensatione ratio movetur, et Deus vocetur homo, non quod hoc factus est, sed

(1) Mansi, *Concil.*, t. IX, p. 250.

quod hoc assumpsit : et homo Deus, non tanquam A incircumscriptibilis factus, nec ubique existens ; corpus enim erat et post resurrectionem palpabile, et taie receptum est in cælum, et sic venit sicut receptum est.

CYRILLUS.

Eccè plane et evidenter contra divinam quidem fertur Scripturam ; reprobat vero Christi mysterium, et quasi increpat Deum Verbum, quod propter nos exinanitionem pati voluit ; et quod factus est homo, contristare videtur. Interimit enim omnino humanationem, et adversus ineffabilem sapientiam extollit se, pene dicens Judaice omnium nostrum Salvatori Christo : « De bono opere non te lapidamus, sed de blasphemia, quod tu, cum sis homo, facis te Deum ¹⁷. » Audiat igitur dicentem aperte : « Si igitur non facio opera Patris mei, ne mihi credite ; si vero facio, licet mihi non credatis, operibus meis credite ¹⁸. » Cum enim sciret quod divina virtute et potestate utebatur, et cum apparuisset homo Dei Verbum, abnegat ipsum esse Deum, et in homine magis habitasse dicit eum, ut Dei Verbum nobis hominem ostenderet adorandum, et pura deitatis nominatione honoratum. Convictus igitur est ignorasse omnino virtutem mysterii Christi.

4. Ex eodem libro.

THEODORUS.

Sed si caro, dicit, erat quæ crucifixæ est, quomodo sol radios avertit, et tenebræ occupaverunt C totam terram, et terræ motus, et petræ dirumpebantur, et mortui resurgebant ¹⁹ ? Quid igitur dicunt et de tenebris in Ægypto factis sub tempore Mosis : non in tribus horis, sed in tribus diebus ²⁰ ? Quid vero de aliis per Mosen factis miraculis, et per Jesum Nave, qui solem stare fecit ²¹, qui sol sub rege Ezechia et præter naturam retroversus est ²² ? Et de Elisæi reliquiis, quæ mortuum resuscitaverunt ²³ ? Si enim Deum Verbum passum esse ostendunt, quæ in tempore crucis facta sunt, et propter hominem non concedant ea facta esse : et quæ sub tempore Mosis propter genus Abrahamæ, et quæ sub tempore Jesu Nave et Ezechia regis non erunt. Si vero illa propter Judæorum populum miracula facta sunt, D multo magis quæ in cruce propter Dei Verbi templum.

CYRILLUS.

« Stupefactum est cælum super hoc, et contremuit amplius vehementer, dicit Dominus ²⁴. » O intolerabilem malignitatem ! O linguam loquentem iniquitatem adversus Deum, et mentem in altitudinem cornu extollentem ! Parum esse tibi videtur affixum esse ligno Dominum gloriae ? Quem tu qui-

dem neque Filium verum, neque Deum esse dicis : nos autem credimus, quod est vere Filius et Deus, creator et opifex omnium. Neque enim erat homo simpliciter, sed in specie humana, qui est ex Deo Patre Deus Verbum : non translationem vel mutationem, quæ est in carne passus, unitus vero magis ei secundum fidem sacrarum Litterarum. Iste qui in carne passus, et suspensus in ligno est, miracula fecit in Ægypto, in omnibus per sapientem Mosen suam gloriam manifestans.

5. Ex eodem libro.

THEODORUS.

Gratia Filius, qui ex Maria est homo, natura vero Deus Verbum. Quod vero est gratia, non natura est : et quod est natura, non gratia, non duo filii. Sufficiat corpori quod ex nobis est, secundum gratiam filiatio, gloria, immortalitas, quo templum Dei Verbi factum est : non supra naturam elevetur, et Deus Verbum pro debita a nobis gratiarum actione non injuriatur. Et quæ est injuria ? Componere ipsum cum corpore, et putare eum ad perfectam filiationem corporis indigere. Neque ipse Deus Verbum vult seipsum Filium David esse, sed Dominus : corpus vero vocari filium David, non solum non invidit, sed etiam propter hoc pervenit.

CYRILLUS.

Ergo quoniam quod est gratia, non natura, et quod est natura, non gratia, non sunt filii duo secundum tuam rationem. Qui gratia quidem et non natura Filius est, non est vere filius, superest autem ut staret veræ filiationis gloria in eo qui est natura et non gratia, id est, in Deo Verbo, qui est ex Deo Patre. Expulsus est igitur, sicut dixi, esse et dici Filius Dei Christus Jesus, per quem et salvificati sumus, mortem ejus annuntiantes, et confidentes resurrectionem. Verbum enim fidei quod prædicamus, ad istam nos confessionem producit. Ergo in hominem fides est, et non in eum qui et natura et vere Dei Filius est. Si enim verum est, qui dicit gratia filiationem sortitum esse ipsum, multitudini filiorum connumerabitur, id est nobis, quibus superna gratia filiationem donat, « ad quam vocati sumus per Jesum Christum, qui ex semine David est secundum carnem ²⁵. » Et certum te faciat dicens divinus evangelista : « Qui vero acceperunt eum (1), dedit eis potestatem filios Dei fieri, creditibus in nomine ejus. » Deinde quomodo qui ab altero datam dignitatem filiationis sortitus est, et nobis ipsis donare non suam magis, sed acquisitam ei extrinsecus gratiam ?

Et post pauca : Dedit seipsum in examinationem Filius, et cum in omnibus esset perfectus, voluit pati humilitatem, et secundum carnem ex muliere

¹⁷ Joan. x, 33. ¹⁸ ibid. 37, 38. ¹⁹ Matth. xxvii, 51-53. ²⁰ Exod. x, 22. ²¹ Josue x, 12. ²² IV Reg. xx, 10. ²³ IV Reg. xiii, 21. ²⁴ Jerem. ii, 12. ²⁵ Rom. i, 3.

(1) Al. eam, scil. gratiam. HARD.

sustinere nativitatem, et appellatus est filius Abrahæ et David. Non miratus es tam bonum dispensationis artificium, magis vero reprehendis mysterium : injuriam esse dicens incarnationem Unigeniti, increpas consilium Dei et Patris : inclamas vero etiam ipsum Filium, qui pati voluit propter te exinanitionem. Cum igitur audieris dicentem ad cœlestem Patrem et Deum : « Sacrificium et oblationem noluisti, holocausta et pro delicto non postulasti, corpus autem perfecisti mihi : tum dixi : Ecce venio : in capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam, Deus, volui²⁶ ; » non recta cogitavit forsitan Filium de sua gloria dices. Elegit enim corporis perfectionem, et non alii magis factam, sed sibi secundum verba ipsius, *Corpus autem perfecisti*, dicit : licet audieris Paulum dicentem de Deo Verbo : « Ergo quia filii participes sunt sanguinis et carnis, et ipse similiter particeps factus est eorundem²⁷ ; » et sic sapiens Joannes scribit : « Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis²⁸ ; » surge contra eos clamans : *Non pro debita gratiarum actione a nobis injurietur, Deus Verbum non factus est caro, Deus Verbum non particeps fuit vere sanguinis et carnis : similiter nobis non natus est secundum carnem ex muliere, non appellatus est filius David. Hoc enim, quod et nominari eum injurium est, et non secundum voluntatem ipsius, quomodo pati voluisset ?* Sed nos, o sapiens, glorificare consuevimus Deum et Patrem, quia corpus perfecit Filio : et ipsum vero dicimus Filium factum carnem, id est hominem, passum quidem esse propter nos exinanitionem, et nostræ paupertatis subsisse humilitatem, permansisse vero et sic Deum, et Filium verum Dei et Patris. Quomodo igitur non voluit Filius nominari David, si humanatus est, et hoc non invitus ?

6. *Ex primo libro sanctæ memoriæ Cyrilli, de eo quod unus est Christus, contra Theodorum.*

Sunt enim, sunt qui Redemptorem et Dominum suum negant, et Filium quidem verum Dei Patris non dicunt eum esse, qui in ultimis sæculi temporibus ex muliere secundum carnem nativitatem propter nos sustinuit, apparuisse autem magis orbi terrarum Deum recentem et posterum, filiationis gloriam extrinsecus acquisitam habentem sicut et nos, et quasi quibusdam adulterinis gloriamentum honoribus, ut jam anthropolatris et nihil aliud esset, et adoretur homo aliquis cum sancta Trinitate tam a nobis, quam a sanctis angelis : hæc quidam valde superbi, et magna sapientes in divinarum Scripturarum scientia, suis scriptis inseruerunt : et sicut dicit omnium Dominus per unum sanctorum prophetarum, « laqueum statuit ad corumpendos homines²⁹. » Quid enim aliud sit, quam laqueus et scandalum, lingua loquens distorta, et sacris Litteris abhorrentia, et traditioni sancto-

A rum apostolorum et evangelistarum impudenter resistentia ? Recusandum igitur eos qui tam malis culpis obnoxii sunt, sive in vivis sunt, sive non. Ab illo enim quod nocet, recedere necessarium est ; et non ad personam respicere, sed id quod Deo placet, oportet considerare.

7. *Ex secundo libro Cyrilli.*

THEODORUS.¹

« Quid est homo quod memor es ejus ? aut filius hominis, quod visitas eum³⁰ ? » *Consideremus igitur, quis homo sit, de quo stupescit et miratur, quod Unigenitus dignatus est ejus memoriam visitationemque facere. Sed quod quidem non dictum est de omni, in superioribus demonstratum est : quod autem non de uno quolibet, et hoc certum est. Ut autem omnia prætermittamus, quod omnibus credibilius est, apostolicum testimonium excipiamus. Scribit igitur Apostolus ad Hebræos, narrans de Christo, personamque suam non acceptabilem apud eos confirmans, ita dicit ; testificatus est vero alicubi quidam dicens : « Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis, quod visitas eum ? Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum supra opera manuum tuarum : omnia subjecisti sub pedibus ejus³¹ ; » et cum testimonium dixisset, interpretans ipsum intulit : « Subjiciendo autem omnia, nihil dimisit non subjectum. Modo autem nondum videmus omnia ei subjecta³². » Et quis homo est, docens nos, quoniam dubium erat a voce posita apud beatum David, intulit : « Paulo autem minus ab angelis minoratum videmus Jesum, propter passionem mortis gloria et honore coronatum³³. » Si igitur ex Evangeliiis quidem erudimur, ad Dominum dixisse beatum David omnia quæ sunt psalms, et cætera, et quod memor es, et visitas, et minorasti, et subjecisti, ex Apostolo vero Jesum esse discimus, de quo loquens David dicit, quod ejus memor est, et quod eum visitavit, sed etiam quod omnia subjecit ei, cum paulo minus ab angelis minorasset eum, cessate vel vix aliquando a vestra impudentia, cognoscentes quod oportet. Videtis enim, hominum sceleratissimi, quanta naturarum est diffidentia, quod hic quidem stupefactus est, quia et memor esse hominis dignatur, et visitare eum, cæterorumque participem facere, quorum eum participem fecit : ille vero e contrario miratur, quod tantorum particeps esse supra suam naturam meruit : et hic quidem tanquam beneficium dans mirificatur, et magna præstans, et supra naturam ejus qui consequitur beneficium : ille vero tanquam beneficium consequens, et majora, quam est, ab eo suscipiens.*

CYRILLUS.

Sobrii estote³⁴ ebrii ex vino eorum, declamet aliquis sic errantibus : « Impone, homo, tuæ linguæ

²⁶ Psal. xxxix, 7-9. Hebr. ix, 6-9. ²⁷ Hebr. ii, 14. ²⁸ Joan. i, 14. ²⁹ Psal. lvi, 7 ; cxliv, 6 ; cxli, 4. ³⁰ Psal. viii, 6. ³¹ ibid. 6-8 ; Hebr. ii, 6-8. ³² ibid. 8. ³³ ibid. 9. ³⁴ I Petr. v, 8.

ostium et seram ³⁵ : cessa cornu in altitudinem extollens, et loquens iniquitatem adversum Deum ³⁶. Quousque insultas patienti Christo? In mente habe quod scriptum est a divino Paulo : « Sic vero peccantes in fratres, et percutientes eorum infirmam conscientiam, in Christum peccatis ³⁷. » Et ut aliquid etiam ex propheticis loquar codicibus : « Justificata sunt Sodoma ex te, superasti paganorum verboritates, quas fecerunt contra Christum, stultitiam existimantes crucem ³⁸, » nihil esse ostendisti Judaicæ superbiæ crimina. Minorare præsumis, et quod ad te pertinet, detrahis ad infamiam eum qui supernas sedes concedet, et una cum Deo et Patre eandem sedem habet. Eum enim qui ex mortuis resurrexit, in sedibus deitatis sedere dicit sapientissimus Paulus. Dixit enim, quod « talem habemus principem sacerdotum, qui sedet in dextera sedis majestatis in excelsis ³⁹, qui est super omnem Principatum, et Potestatem, et Dominationem, et nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed et in futuro ⁴⁰. Flectitur enim ei omne genu, et omnis lingua confitetur, quod Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris ⁴¹. Et quis est qui in his est tanquam Deus? Iterum idem ipse explanavit, qui ejus mysteriorum sacerdos est. Dixit enim, quod « exinanivit seipsum, in similitudine hominis factus est, et in habitu inventus tanquam homo : et humiliavit seipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis ⁴². Flectitur igitur omne genu cœlestium et terrestrium et inferorum ei qui crucem sustinuit : quem puris et solis humanitatis mensuris injiciens adversarius, memoriam et visitationem meruisse dicit a Deo Verbo, cum certe oportet scire et sapere, quod non alter Deus Verbum erat præter ipsum Filius separatim et per partem, qui ex semine David, sicut dicit, homo : sed erat ipse ex Deo Patre Deus Verbum, factus secundum nos, homo videlicet, et non alium quemdam magis quam seipsum visitatione et memoria dignans.

8. Et ex eodem libro.

THEODORUS.

Cessabunt jam ab impudente pugna? desistent vero vana contentione, erubescences dictorum evidentiam? Multos enim, dicit, filios in gloriam ducentem. Ecce igitur in ratione filiationis connumerans Apostolus apparet assumptum hominem cæteris, non secundum quod similiter illis filiationis particeps est, sed secundum quod similiter gratiam assumpsit filiationis, deitate sola naturalem filiationem possidente. Certum enim est illud, quod filiationis gloria præter cæteros homines inest ei præcipue per unitatem quæ est ad illum. Unde et in ipsa voce significante Filium, similiter etiam ille comprehenditur. Sed sermocinantur ad nos : Si duo perfecta dicitis omni modo, et

duos filios dicemus. Sed ecce et Filius dictus est in divina Scriptura per seipsum, divinitate excepta, cæteris hominibus connumeratus, et non jam duos dicimus filios. Unde vero Filius in confessione est juste, quoniam naturarum divisio necessario debet permanere, et personæ unitio indissipabilis custodiri.

CYRILLUS.

Papæ insaniam! Ignoravit omnifariam altitudinem mysterii Christi, qui ita frigidis et puerilibus verbis confusus est. Quod autem et prolati scripti virtutem minime intelligit, rectam vero semitam declinat, et transfertur iterum in sceleratam sibi propositam intentionem, statim docemus. Quod enim ante omnia studium ei est, purum nobis hominem velle demonstrare consessorem Patri, et ab universa creatura tanquam Deum adorandum, ipse testis ingreditur. His enim qui secundum gratiam filii sunt, et humanæ multitudini connumerans eum, Verbi deitatem solam veræ filiationis gloriam habere contendit, pene etiam increpans eum qui propter nos exinanitionem pati voluit : vel forsitan etiam objiciens inhonestam suam dementiam discipulo dicenti : « Et Verbum caro factum est ⁴³. » Sciendum igitur quod, licet unum alicubi dicat, et non magis duos filios, ejiciens omnino esse Deum et Filium eum, qui sicut ipse dicit, de semine est David; ad solum refert Deum Verbum qui ex Deo Patre est, veræ filiationis gloriam. Hoc vero nihil aliud est, sicut dixi, quam non suscipere modum humanitatis : omnino autem interimere dispensationem, per quam et salvi facti sumus, et mortem et peccatum transivimus, et diaboliæ avaritiæ jugum deposuimus.

9. Ex eodem libro.

THEODORUS.

Nemo artificio interrogationum decipiatur. Flagitiosum enim est, deponere quidem tantam testium nubem, secundum quod Apostolus dixit ⁴⁴, astutus autem Interrogationibus deceptos, adversariorum parti conjungi. Quæ vero sunt, quæ cum arte interrogant? Hominis genitrix Maria, an Dei genitrix? Et, qui crucifixus est, utrum Deus, an homo? Sed istorum quidem certa est absolutio et ex his quæ prædiximus in responsis, quæ ad interrogationes fuerunt : tamen vero dicatur, et jam nunc, quæ compendiose respondere oportet, ut nulla eis occasio astutiæ relinquatur. Cum igitur interrogant, Hominis genitrix, an Dei genitrix est Maria? dicatur a nobis, Utraque : unum quidem natura rei, alterum vero relatione. Hominis enim genitrix est naturaliter. quoniam homo erat in utero Mariæ, qui et inde processit : Dei autem genitrix, quoniam Deus erat in homine nato, non in eo circumscriptus secundum

³⁵ Psal. cxi, 3. ³⁶ Lxxiv, 5, 6. ³⁷ I Cor. viii, 11, 12. ³⁸ Ezech. xvi, 52. ³⁹ Hebr. viii, 1. ⁴⁰ Ephes. i, 21. ⁴¹ Philipp. ii, 10, 11. ⁴² Ibid. 7, 8. ⁴³ Joan. i, 14. ⁴⁴ Hebr. xii, 1.

naturam, sed quod in eo est secundum affectum voluntatis. Itaque utraque quidem dici justum est, non autem secundum similem rationem. Nec enim sicut homo in utero ut esset suscepit initium, sic et Deus Verbum. Erat enim ante omnem creaturam. Itaque et utraque dici justum est, et utrumque eorum secundum propriam rationem. Idem autem respondendum est si interrogant, Deus crucifixus est, an homo? quod utraque quidem, non autem secundum similem rationem. Nam hic quidem crucifixus est, utpote et passionem suscipiens, et ligno affixus, et ab Judæis detentus: ille autem, quod erat cum ipso secundum prædictam causam.

CYRILLUS.

Insuper autem his infert statim procedens, quod crucifixus homo erat habens Deum inhabitantem.

Iterum Cyrilli. Quid dicis, o fortis, Dei genitrix erat sancta Virgo, quod nato ex ipsa Deus inerat, habitans secundum solum affectum voluntatis? Istam esse affirmas unitatem? Ergo cum etiam in nobis ipsis mansionem faciat Deus existens Verbum (inhabitat enim animabus sanctorum per sanctum Spiritum), confitearisne secundum similem modum etiam nos ipsos ad ipsum habere unitatem? Ubi igitur miraculum mysterii Christi aspiciat aliquis? Nam quandoquidem creditur secundum nos homo fieri Deus Verbum, mirabile est vere mysterium, et miretur utique aliquis hoc merito et vehementer. Si autem in homine habitare dicatur secundum affectum voluntatis, aliam habet rationem res dispensationis. Meruimus enim, sicut dixit, ejusmodi gratiam, qui fide, que in ipsum est, splendimus. Non enim aliquis utique dicat, quod non voluntarie inest nobis: magis vero voluntarie sive secundum voluntatem insitam ei ad nos affectum fecerat. Sed nec a carne sanctæ Virginis initium essentiæ habuisse dicimus Deum Verbum, qui consubstantialis est Patri: erat enim semper una cum eo subsistens: magis autem scimus secundum nos factum esse hominem. Itaque tam juste Dei genitrix dicatur a nobis sancta Virgo, quam hominis genitrix, cum certe secundum carnem Christum peperisset.

Et post alia. Cum enim ad explanationem hoc propositum est, quod est: « Cum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum universi angeli Dei »⁴⁵, » scribit iterum sic:

10. THEODORUS.

Quis est igitur qui in orbem terrarum introducit, et dominationem ejus incipit [forte accipit], de qua ei et adorari ab angelis acquiritur? Nec enim insaniens aliquis dicat Deum Verbum esse introductum, qui omnia non exstantia fecit, ineffabili ejus virtute donans eis ut essent.

⁴⁵ Hebr. 1, 6, ⁴⁶ Matth. 11, 1-17.

(1) Citat hunc locum Leontius l. III, apud Canis. t. IV *Antiq. lect.* p. 95. HARD.

CYRILLUS.

Insaniam igitur esse dicis, velle sapere recte, et in mente habere veram et rectam et inadulteratam fidem? cum certe plenos sermones insanix dicat aliquis esse, et valde merito, eos qui unigenitum Dei Verbum abnegant introductum esse a Deo et Patre in orbem terrarum cum factus est homo? Qui enim secundum naturam et differentiam aliis omnibus superior est, quoniam est creator eorum, et tantum eis substantialiter superior est, superpositus est, quantum est minor factura factore, ingressus est in orbem terrarum quando appellatus est pars ejus, secundum quod homo apparuit.

Et post pauca. Miror vero adversarium scripsisse, quod nunquam conjunctionem ad Deum Verbum meruisset et Jesus, nisi prius immaculatus esset effectus per unctionem. Nam quidem primum disjungit manifeste et discernit, aperte duos dicens filios. Deinde dicat, quando sicut ait immaculatus effectus est, et ad Deum Verbum conjunctionem meruit, utrum ex ipso utero, aut cum tricesimo anno esset. Pervenit quidem ad Jordanem, quæsitivo vero etiam Joannis baptismum⁴⁶. Si quidem ex utero sanctus esset, quomodo dicit sanctum effici eum, et non magis esse? Quod enim dicitur fieri, omnino necesse est intelligere quod non erat quod factum est. Sin autem erat sanctus semper, et hoc non in tempore factus est, quomodo dicit Spiritum super eum devolasse, et conjunctione dignum ipsum demonstrasse, et addidisse ei quod deerat? Et hoc enim in aliis suis posuit libris. Quid enim erat, quod omnino ad sanctificationem deerat ei ex ipso utero, magis vero et ante secundum carnem nativitatem sancto et immaculato, et sanctificanti creaturam? Cum igitur dicat, quod non utique meruisset Jesus conjunctionem ad Deum Verbum, nisi prius immaculatus effectus esset, plurimas simul accusationes adversus sua scribit vaniloquia. Nam primum quidem indecenter dicit, meruisse: deinde disjungit in alterum separatim Filium, qui ex semine est David, quem ipsum solum separatim Jesum nominare impudenter contendit. Ad hæc, immaculatum effici eum dicere, tanquam hoc aliquando non habentem, plurimam hoc habet et blasphemiam. Unitus enim Deus Verbum ex ipso utero carni suæ, unus erat, et sic et immaculatus Filius, Sanctus sanctorum, et de sua plenitudine Spiritum dans non solum hominibus, sed etiam sursum, et in cælo rationabilibus virtutibus.

11. *Et post pauca.*

THEODORUS.

(1) « Multifarie multisque modis olim Deus locu-

tus patribus in prophetis, in novissimis diebus his locutus est nobis in Filio ⁴⁷, » *Per Filium enim locutus est nobis : certum est vero, quod de assumpto homine.* « Cui enim dixit aliquando angelorum : *Filius meus es tu, ego hodie genui te ⁴⁸ ?* » *Nullum, dicit, participem fecit dignitatis Filii. Hoc enim quod dixit, genui te, quasi per hoc participationem filiationis dedit : omnino vero aperte nullam habens ad Deum Verbum communionem, apparet hoc quod dictum est.*

CYRILLUS.

Certe et in allocutionibus, quas fecit ad baptizandos, iterum dixit idem Theodorus : *Hoc vero non ex nobis ipsis invenimus testimonium, sed ex divina edocti sumus Scriptura, quoniam et beatus Paulus ita dicit : « Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus ⁴⁹, » non quod ex Judæis et secundum carnem est, qui super omnia Deus est ; sed hoc quidem ad significandam humanam naturam dixit, quam ab Israelitico genere esse sciebat, illud autem ad ostendendam divinam naturam, quam supra omnia et omnibus dominantem sciebat : « O surdi, audite, et, cæci, videte ⁵⁰, » acclamavit aliquis sanctorum eis qui fuerunt ex sanguine Israel. Ego autem arbitror, et valde merito, hoc aptum esse non habentibus, vel non volentibus recte intelligere Christi mysterium. Nam obcæcavit quidem Deus sæculi istius intelligentias infidelium et intelligibile in mente et in corde non habentes merito erraverunt ⁵¹. Si vero quidam sunt illuminati, magis vero etiam doctoribus connumerati, qui similibus morbis nescio quomodo detenti sunt, quid aliud eis aliquis acclamet, quam hoc quod a Deo dictum est per unum sanctorum prophetarum : « Quod laqueus facti estis speculæ in visitatione, et sicut retia extensa in statumine, quam qui veniuntur, confixerunt ⁵² ? » Qui enim quamplurimam utilitatem subjectis magis facere debent, isti fuerunt et laqueus, et rete, et scandali occasio, et peccatorum inferni. Et ista dico miratus valde, et videre non potens ad quid respicit intentio adversarii. Nam confessus est quidem evidenter, quod per Filium locutus est nobis Deus et Pater : esse vero istum dicit assumptum hominem, nullam habente Deo Verbo ad hoc dictum communionem. Quomodo igitur non omnibus manifesta est adversus beatum Paulum calumniam, magis vero ipsius veritatis accusatio? nec enim sic intellexit Spiritum sanctum habens Apostolus. Iterum vero derivat dogmatum rectitudinem ad suam placentiam adversarius.*

12. *Ex secundo libro Cyrilli episcopi Alexandriæ, de eo quod unus est Christus, contra Theodorum.*

Quod tamen voluit impius Nestorius dogmata

⁴⁷ Hebr. 1, 1, 2. ⁴⁸ ibid. 5. ⁴⁹ Rom. 1x, 5. ⁵⁰ I Thess. v, 21, 22. ⁵¹ Matth. xxiii, 10.

(1) Iterum ex *Bibliotheca Maii*, t. II, p. 455.

(2) Ergo ex tribus illis libris, quos veteres dicunt a Cyrillo scriptos contra Diodorum ac Theodorum,

Theodori sequi, non absolutionem ei accusationum facit; magis vero grandiosem adversus eum in damnationem [for. condemnationem] operabitur. Dum enim liceret ei sanctorum Patrum rectis verbis et immaculatis de deitate sermonibus potiri, præposuisse dignoscitur veritati mendacium. Prætermisit enim quæ illorum sunt; magis vero elegit turpibus adhærere, et tam distortis lætificare sermonibus. Hunc vero qui talem habet voluntatem et dementiam, in hoc desiluisse inculpet aliquis, arbitror et valde merito. Oportebat enim memoriam habere sanctissimi Pauli, plane scribentis nobis : « Estote prudentes numularii : omnia probate, quod bonum est tenete : ab omni specie mala abstinete vos ⁵³. » Quod et agere soliti, nos et solidorum probatores imitari festinantes, illa quidem quæ sunt turpia et reproba dogmata reprobamus, suscipimus vero et valde libenter omnia quæ resplendent clara veritatis pulchritudine. Iterum vero nobis ratio convertetur ad decentem ei et propositam viam. Scripti sunt igitur a bono Theodoro adversus hæresim Arianorum et Eunomianorum viginti pene numero vel ampliores libri, nec non etiam alii, interpretantes evangelicos et apostolicos libros : quos quidem labores nollet aliquis increpare, magis autem decreto studium honoraret, si inesset eis dogmatum rectitudo. Si vero quidam extra destinatum ambulet, et rectam viam veritatis relinquens, per semitam eat distortam, simpliciorumque corda vulneret, adulterorum eis injiciens intellectuum semina, tunc requiescere non sine damno erit eis qui populis præsent, mercedem vero habebunt et lucrum, si resistent. Ergo quoniam in his libris sive memorati viri conscriptis quæ modo nominavimus, inventa sunt quædam ultimæ impietatis plena, quomodo erat consequens velle tacere? Dividit enim individuum Christum et pro uno Filio dualitatem colit a veritate excidentem, et quasi falsis nominibus coloratam. Nam Deum Verbum, qui ex Deo Patre est, hominem vocari dicit, non tamen et hoc factum esse secundum veritatem; hominem vero eum qui ex Maria est, sicut dicit, quem et carnem astute nobis nominat in multis locis Deum quidem dicit et Filium Dei, non autem hoc esse secundum veritatem.

13. *Sanctus Cyrillus (M) in secundo libro adversus Theodorum, qui incipit : « Ji qui sacrum puro intellectus oculo librum scrutati sunt (2). »*

Discipulis aiebat : « Neminem in terra magistrum appelletis; unus est enim doctor vester Christus ⁵⁴. » Dum ita apostolos hortabatur, haud certe deitate a visibili corpore separabat; neque ipse Christus semet ab anima et carne divisum reputabat. Sic ergo

⁵³ Isa. xlii, 18. ⁵⁴ II Cor. iv, 4. ⁵⁵ Osee v, 1.

primus reapse contra Diodorum erat, duo reliqui contra Theodorum, ut ex ipsorum initiis constat.

cum Deus esset et homo, nempe visibili forma servatus, intellectuali notitia Dominus, deitatis excelsitatem sub humili humanitatis sensu celabat: vicissimque visibilis corporis humilitatem, divinitatis efficacia extollebat.

JOANNIS CÆSARIENSIS ADNOTATIO.

Locus suprascriptus a Cyrillo contra Theodori doctrinam productus, auctorem habet Theophilum Alexandrinum episcopum.

Cyrillus in alia sententia ejusdem libri contra Theodori doctrinam; quæ particula exstat in prima epistola Gregorii Nazianzeni ad Cledonium. *Incipit fragmentum*: Ne homines isti alios decipiant. *Desinit*: Totus homo in peccatum lapsus refingatur.

14. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Cum Unigenitus se incarnaverit, qui vita suapte natura est, regressa est ad vitam natura hominis. Ipse vero caput omnium est, ideoque vivificans illud Patris Verbum carnem sibi propriam ascivit quæ in mortis mancipio erat, ut dum eam morti corruptelæque superiorem efficeret, idem nobis donum impertiretur. Atque ut in mortis potestatem Adami causa incidimus, ita per Christum a mortis sævitia liberati, denuo tendimus ad immortalitatem.

15. *Idem Cyrillus in tertio contra Theodorum Mopsuestiæ episcopum libro, qui incipit*: « Nostra forsitan verba dura sunt. »

Audi nos itaque atque intellige, o homo, mysterii profunditatem, quod cum sacrorum librorum orthodoxia scopoque consentit. Deitas a carne, id est humana natura, differt secundum utriusque propriam rationem. Secus quomodo nobis similis evasisset, quandoquidem Dei Verbum in suo prorsus statu permansit? Verum si carni ejus inseparabilem adunationem attribuas, neque eam sua veste spoliés, unicum tunc Filium adorabis Patri consubstantialem divinitate, nobis item consubstantialem humanitate. Porro qui ita opinari decernunt, eis Christus lumen suppeditat ad suimet mysterium cognoscendum.

16. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Hominis quæ in Christo est natura, honoratur sane ac sanctificatur; verumtamen quatenus Deus est, baptismo non indigebat, neque Spiritus sancti dono, quandoquidem ipsum Spiritum idem donat.

EX INEDITO *Philalethe* SEVERI ANTIQCHENI IN CODICE SYRIACO VATICANO.

17. *Diodorus Tarsi episcopus impii Nestorii magister [ita scripsit].*

Cum adhuc Mariæ esset caro illa, necdum assumpta, terrena erat, neque ullatenus a cæteris carnibus differebat: sed in nativitate demum honore au-

cta est. Sic Dominus dum in Virginis utero esset, atque ad illius substantiam adhuc attineret, honore Filii carebat. Cum autem conformatus est, templumque Dei Verbi effectus recepto Unigenito, honorem nominis adeptus est; ex quo illi gloria accessit (1).

18. *Idem Cyrillus contra Diodori scriptum.*

Præclarissime! Aio, verba quæ nemo docuit, sed a te publice pronuntiantur, gravissimis sordibus inquinari. Sancta illa caro, quæ Mariæ fuit, jam inde a primo conceptus momento, sive in utero existentia, sancta fuit, utpote Christi corpus: nemoque vel tenuem concedit temporis fuisse articulum, quo illa communis cæterisque carnibus similis fuerit, ut a te dictum est, et non potius Verbi caro.

B EX SEVERI ANTIQCHENI APOLOGIA PRO OPERE SUO QUOD INSCRIBITUR *Philalethes*, IN CODICE VAT. SYR.

19. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Sicuti etiam idem Verbum, de Patris substantia genitum, Abrahami semen in carne apprehendit, idque per dispensationis mysterium, sine propriæ substantiæ detrimento. Etenim cum esset natura Deus, verus quoque hominis Filius factus est: et qui Filius Patri Deo est, non est illi extraneus, neque falsum Filii nomen gerit: etenim reapse ex illo natus est ineffabili arcanoque modo, quanquam non nisi in carne post adunationem cognoscatur. Tu ergo dum ejus tantummodo transmutationem admittis in carnem inanimum intellectuque carentem, unicuique illum in duos dividis filios, veritatem hanc quod unus sit Filius impie respuens.

EX EADEM SEVERI ANTIQCHENI APOLOGIA IN EODEM CODICE.

20. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Sæpe jam diximus, quo tempore capitulorum omnium apologiam quodammodo fecimus (2), non propterea quod naturæ ad adunationem accesserunt, idcirco dualitatem (in Christo) esse admittendam. Etenim sicut homo, quamvis ex anima rationali et corpore compositus, unus est neque in duo dividitur, idque totum dicitur animal rationale ac mortale, quanquam reapse una in parte mortale, in alia rationale; sic etiam Emmanuel, cum sit unus, divinitate et humanitate constans, quarum per se utraque perfecta est, idem Deus est et homo, mortalis et immortalis, temporalis et prior omnibus sæculis, palpabilis et impalpabilis, visibilis et invisibilis. Nam si ille natura sua immortalis, nihil sumpsisset a mortali natura, id est Abrahami semine, haud nos equidem renovati essemus atque ad immortalitatem erecti; vanaque nostra fides foret, et in peccatis nostris adhuc jaceremus.

spectis Theodori ac Diodori libris, quos scripserunt non de incarnatione Unigeniti, sed magis contra incarnationem, posui aliqua ex capitulis, et quo potui modo contradixi eis, declarans abominatione prorsus plenam esse sententiam ipsorum.

(1) Vides putam hæresim Nestorianam, quam in sequente fragmento retundit Cyrillus.

(2) Intellige apologiam contra orientales episcopos. Sed tamen de capitulis quoque Theodori ac Diodori a se refutatis loquitur Cyrillus in epistola ad Acacium Melitenensem episcopum (ep. 40): In-

EX QUESTIONIBUS SEVERI ANTIOCHENI CUM HÆRETICIS, A
IN ALIO COD. SYR. VAT.

21. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Sanctum enim est ac sine peccato corpus Christi Dei Servatorisque nostri : et quod quidem ad culpam atinet, jam inde a primo incarnationis momento incorruptibile fuit, atque in ea qualitate non est ei ulla nobiscum communiō vel similitudo : etenim alia quavis re nobis est similis præterquam culpa. Cæteroque eandem carnem eundemque sanguinem uti nos participavit, ut ait Apostolus ⁸⁵. O mi reverende qui stulta ac turpissima verba effutis ; sacrum quidem corpus illud de Maria sumptum, infirmitati erat obnoxium, sed tamen jam inde ab ejus concretionis initio, et in utero subsistentiæ, sanctum utique semper fuit, quia Christi corpus erat, nullumque temporis intervallum fuit, quo illud non possederit. Porro simplex, ut ais, est, cæteris carnibus comparatum.

22. IDEM CYRILLUS APUD SEVERI APOLOGETICUM CONTRA
JULIANUM HALICARNASSEMENSEM, IN CODICE SYR. VAT.

Participavit igitur æque ac nos carnem et sanguinem, ut in carne sua dæmonium oppugnaret, eoque profligato, mortalia nostra corpora ad immortalitatem transferret, jugoque legis subtraheret, quæ adversus membra carnis prævaluerat. Haud aliter vitam mortemque inter se prælio committere poterat, nisi mortali corpore usus fuisset, neque cupiditatum nostrarum stimulum obtulisset, nisi de fignmento nostro corpus sumpsisset.

EX LIBRIS SEVERI ADVERSUS JULIANUM HALIC. IN
CODICE SYR. VAT.

23. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Hæc est, o noster sodalis, naturæ humanæ dellinitio, quæ dicitur substantia animalis, rationalis atque mortalis.

24. *Idem Cyrillus adversus Theodorum.*

Ille autem ore suo dilatato, et laxatis blasphemix habentis, dixit Christi imperfectam sanctitatem fuisse, neque ejus culmen attigisse antequam Spiritus sanctus sub columbæ specie in eum descendisset. Quidni autem perfectus erat? Certe qui est

imperfectus, peccato carere nequit : etenim qui una in parte sanctus creditur, in alia infirmus putatur. Alioquinam iste defectus erat, quem ei Spiritus sanctus supplevit, ut altera quoque pars perfecta evaderet, atque diaboli impetum frangeret, ut adversarius asserit? Porro non sanctus tantummodo, et quidem perfectissime erat, verum etiam plena potentia is præditus erat, qui dolores atque omne genus infirmitatis sanabat. — Cum Deus suapte natura esset, verusque Dei Patris Filius, humanam formam sibi induit, suam faciens carnem illam quam de sancta Virgine sumpsit, quæ profecto caro Dei est, et potestate divina pollens. Idcirco Christus vivificans quoque fuit, et infirmitatum sanator mortisque destructor.

B 25. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Audes etiam herilibus formis illum induere, qui, ut ais, homo est de Maria, et qui initio a nobis nullatenus diversus erat aut superior, sed postea multo cōamine Filii nomen gloriamque divinam promeritus est, postea quam scilicet de ventre exierat. Igitur duo, te censente, sunt filii; novusque Deus est Christus, qui a Deo supernaturali honore affectus est, magis aliquanto quam reliquæ creaturæ; ut cum simplici homine adoretur is qui lapsu temporis, nec nisi sub finem gloriam possedit, factusque est Trinitatis complementum, natura æqualis.

26. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

C Namque ut passus dolores in carne, nihilominus in suæ deitatis natura impassibilis mansit : sic aio, et dum cresceret, perfectum omnino fuisse. Et cum sapientia augeri credebatur, tunc ipse redundans sapientiæ fons erat, a quo cæteri omnes sapientiam hauriunt.

27.

B. *Cyrilli Alexandriæ ex opere contra Diodorum.*

Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ κατὰ Διοδώρου.

Sed, o sapiens, inquam ego, anima quidem et corpus ad hominis originem pertinent, neque alterutrum præcedit.

Ἄλλ', ὦ σοφὲ, φαίην ἄν, ψυχὴ μὲν καὶ σῶμα πρὸς ἀνθρώπου γένεσιν καὶ οὐκ ἄν προανίσκει θάτερον θάτερον.

IV.

EX OPERE ADVERSUS PNEUMATOMACHOS (1).

Sancti Cyrilli ex antirrheticis sermonibus contra Pneumatomachos.

Digitum Dei solet Scriptura appellare Spiritum sanctum, sicuti Christus dixit : « Si ego in digito Dei ejicio dæmonia ⁸⁶; » id quod alius evangelista, « In Spiritu Dei » dicit. Sic item dexteram brachiumque

D Τοῦ ἀγίου Κυρίλλου ἐκ τῶν κατὰ Πνευματομάχων ἀντιρρητικῶν λόγων (2).

δάκτυλον Θεοῦ καλεῖν οἶδς Γραφῇ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς εἶρηκεν· « Εἰ δὲ ἐν τῷ δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια· » ἕπερ ἄλλος εὐαγγελιστῆς, « ἐν Πνεύματι Θεοῦ, » εἶπεν. Ὁμοίως δὲ

⁸⁵ Hebr. 11, 14. ⁸⁶ Luc. 11, 20. ⁸⁷ Matth. 12, 28.

(1) Ex synodo Byzantina adversus Pneumatomachos ap. Mai, *Spicil. Rom.* X, 40.

(2) Sancti Cyrilli sermones antirrheticos laudat Euphrænius patriarcha Antiochenus apud Photium

cod. ccxxix, col. 793 fin. : Κύριλλος ἐν ταῖς ἀντιρρητικαῖς φησι. Cæteroque conferendus est idem Cyrillus Opp. t. V [nunc VIII] in *Thesaur.*, p. 339. Item apud nos in commentario ad Lucam xi, 20.

προσονομάζει δεξιάν και βραχιόνα τὸν Υἱὸν, ὡς τὴν
 « Ἐσωσεν αὐτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, και ὁ βραχίων ὁ
 ἄγιος αὐτοῦ. » Ἄσπερ οὖν ὁ βραχίων ὁμοούσιός ἐστιν
 οὗ ἐστὶ βραχίων, οὕτως ὁ δάκτυλος οὗ ἐστὶ δάκτυλος.
 Ὁμοούσιον ἄρα τῷ Πατρὶ και τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ
 ἅγιον.

V.

FRAGMENTA VARIA (1).

α'. Κυρίλλου παραγωγὴ χρήσεως Ἰουλίου ἐπι-
 σκόπου Ῥώμης. ;

Ὁ δὲ και ἕδια γινώσκων, και τὴν ἔνωσιν φυλάτ-
 των, οὔτε τὰς φύσεις ψεύσεται, οὔτε τὴν ἔνωσιν
 ἀγνοήσει.

β'. Κυρίλλου παραγωγὴ χρήσεως Ἀμβροσίου.

Φυλάξωμεν τὴν διαφορὰν τῆς θεότητος και τῆς
 σαρκός. Ἐν ἑκατέρῃ λαλεῖ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός· ἑκα-
 τέρα γὰρ φύσις ἐν αὐτῷ ἐστι.

γ'. Κυρίλλου ἐκ τῆς βίβλου τῶν χρήσεων (2).

Και οἱ μὲν μιὰν φύσιν πρὸς ἀναίρεσιν τῆς προσ-
 ληφθείσης ἐξ ἡμῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου τελείας ἀν-
 θρωπότητος ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὄλων ἐκδιδάσκουσι.
 Οἱ δὲ δύο ὑποστάσεις, ἦγουν φύσεις, κατὰ διαίρεσιν
 και χωρισμὸν ἐκπαιδεύουσι, ἀλλ' οὐ καθ' ἑνωσιν
 τὴν κατ' οὐσίαν, ὡς τοῖς ἁγίοις δοκεῖ Πατράσιν· ὡς
 ἑκατέρους αὐτῶν τῆς ἀληθείας διαμαρτάνειν.

^{an} Psal. xcvi, 4.

(1) Mai B. N. PP. t. II.

(2) Hic liber continens χρήσεις, id est sententias,
 seu testimonia et auctoritates, ex Cyrilli aliorumque,

A Filium appellat, ut est illud : « Salvavit eum dex-
 tera ejus, et brachium sanctum ipsius ». Sicut
 ergo brachium consubstantialiale est ei cujus est bra-
 chium, sic digitus ei cujus est digitus. Ergo Patri
 Filioque consubstantialis est Spiritus sanctus.

1. Cyrilli referentis sententiam Julii Romæ episcopi.

Qui autem et proprietates agnovit et unionem
 servaverit, neque naturas negabit, neque conjun-
 ctionem ignorabit.

2. Cyrilli recitantis sententiam Ambrosii.

Deitatis et carnis differentiam servemus. In utra-
 que loquitur Dei Filius; utraque enim natura ipsi
 inest.

3. Cyrilli ex libro sententiarum.

Et alii quidem unam naturam docent, ita ut sum-
 ptam ex nobis a Deo Verbo perfectam nostræ salutis
 causa humanitatem perimant. Alii autem duas hy-
 postases, id est naturas, cum divisione ac separa-
 tione tradunt, non autem secundum unionem sub-
 stantialem, ut Patribus sanctis videtur. Utrique
 igitur a veritate discedunt.

ut puto, operibus excerptas, citatur ab Anastasio
 Vaticano, p. 36.

VARIÆ LECTIONES

AD LIBROS CONTRA JULIANUM A JOANNE AUBERTO EX VARIIS CODICIBUS

EXPRESSÆ.

Col. 507 B 1. αὐτὴν deest in nonnullis codicibus,
 in Reg. reperitur. Ibid. 15. γὰρ τις τῆς deest in
 aliquibus, sed Regius habet.

Col. 509 in titulo. ἐν ἀθέοις. Sæpe Christiani Ju-
 lianum ἄθεον vocabant; sed commemoratione digna
 est imprimis illa παρῆρησία qua Maris episcopus
 Chalcedon. illum in os reprehendit, τὸν ἀσεβῆ κα-
 λῶν, τὸν ἀποστάτην, και ἄθεον. Soer. lib. iii, c. 10;
 Sozom. lib. v, c. 4. Ibid. A 12. τῆ καρδίᾳ. Reg.
 codex τὴν καρδίαν.

Col. 512 A 12. ἐφιστάσι τῷ βίῳ. Ita reg. codex;
 alii, τοῦ βίου. Ibid. D ult. Πρωταγόρας, al. Πυθαγό-
 ρας [et sic legit Spanhem.].

Col. 513 D 9. οὐκ εισάπαν. In al. cod. εἰ και μὴ
 εισάπαν.

Col. 516 A 10. και παρ' αὐτῆ λόγ. Apud Euseb. καὶ
 παρατυχία μὲν. Ibid. 12. ἔπειτα ὤων. Euseb. ἔπειτα
 ὤν. Ibid. 14. ἐξδεχομένου. Euseb. ἐξδεχομένου. Ibid.
 15. ὄπη. Euseb. ὄπη. Ibid. B 2. ἀφίκετο. Euseb. ἀπ-
 λικατο. Ibid. κατὰ πλεως. Euseb. κατὰ πλεος. Ibid. 5. φάρ-
 μακα τὴν. Euseb. ἀλεξιφάρμακα ἦ. Ibid. D 1. ἐν τῆδε.
 Corrige ex Euseb. De prapar. evang. ἐν τῇ δε. Ibid.

5. εισθέοντας. In quibusdam cod. εἰσοισιμοθέοντας,
 in aliis, εἰσοίσει βοθέοντας. Apud Euseb. loco ci-
 tato, θεοῖσι βοθέοντας, qua vera lectio est.

Col. 520 C 6. ὄδοιχοστῶ. In nonnullis codd.
 ὄγδω. Ibid. D 6. γενέσθαι. Al. γνωρίζεσθαι.

Col. 521 C 14. σημαίνουσι. Al. σημαίνοντες.

Col. 524 C 6. οὐ μὴν εἶ. Al. οὐ μὴν εἶ. Ibid.
 12. τὰ πολλά. Al. τὰ παλαιά.

Col. 528 A 4. ἐλκούσης. Al. ἐχούσης. Ibid. C 12.
 κεκληρωμένου. Al. κεκλημένου, melius, ut opinor.

Col. 548 D 3. ἐστὶ κράσις. Forte ἐπικρασις.

Col. 549 D 7. ἐν ταῖς. Justinus martyr. *Parænesi
 ad Græcos*, εἰς ταῖς. Ibid. εἰσευξε. 8 Just. τέτευχε.
 Ibid. 14. κενάς. Apud Justin. καλάς.

Col. 557 A 9. ἐπικρατοῦντα. Al. ἐπικουροῦντα.
 Ibid. B 5. συχνῶς. Al. συνεχῶς.

Col. 566 A 7. τῷ δέοντι. Codex reg. τὸ δέον τι.
 Ibid. B 15. ὑπαντήσωμεν. Al. ὑπαντήσομεν. Ibid.

C 4: μοί. Al. ἐμοίγε. Ibid. D 6. τῆς Τιβεριάδος
 λίμνης. Al. τὴν Τιβεριάδα λίμνην.

Col. 561 C 10. ἐπενεγκεῖν. Al. ἐνεγκεῖν.

Col. 564 A 12. ἀνθρώπους. Al. ἀπλώς. Ibid. B 11.

οὐ γάρ τοι οὕτω πολεμικῶτάω χρησόμεθα δικαστῆι. Al. οὐ γάρ τοις οὕτω πολεμικωτάτοις χρησ. δικασταῖς. Ibid. D 6. διακυροῖς. Al. διακυροῦν. Ibid. 11. καταγορεύσας, Al. καταγορεύων.

Col. 565 D 4. ἐν τούτοις παρατιθέναί. Al. διέναι.

Col. 568 A 15. ἀγαπᾷς. Al. ἡγάπας.

Col. 569 A 4. εἰη μεστῆ. Al. εἰεν μεσταί. Sic paulo post, θαυμάζεται, al. θαυμάζονται. Ibid. 7. ἀθεότητα. Al. θεότητα. Ibid. B 2. παριστάσι. Al. περιτάσαι ei περιστήσει. Ibid. 10. εἰσφρήσατο. Al. εἰσφρήσαντο. Ibid. C 6. καθ' ἡμῶν. In exemplari nostro, καθ' ἡμᾶς. Ibid. 7. λαν. In exempl. nostro vitiose scriptum erat καλ λείας. Ibid. 8. συγγραφῆς. In exempl. γραφῆς. Ibid. 14. ἀξιάκουστον. Al. ἀξιοθαύμαστον. Ibid. D ult. φυσικῶν. Al. φυσικῆς.

Col. 572 A 11. τὸ πᾶν καὶ τὸ ὅλον. Al. ἅπαν καὶ τὸ ὅλον, καὶ πρὸς τὸν κόσμον. In nostro exempl. τὸν κόσμον καὶ πρὸς τὸ ὅλον. Ibid. 12. τὸ ἄπειρον. Secuti sumus edit. Plut.; nam in exempl. nostro scriptum erat τὸ ἀπειρῶν. Ibid. B 3. εἶναι σφαιροειδῆς τοὺς κόσμους, ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ ἑτέροις σχηματισμοῖς κεχρησθῆαι. Al. σφαιροειδῆ τὸν κόσμον, δύνασθαι δὲ καὶ ἑτέροις κεχρησθῆαι σχημασιν. Ibid. D 1. παρίνεται. Plutar. eil. habet κρηάινεται, id est mutantur. Ibid. D 10. λέγουσιν. In exempl. nostro λέγοντες.

Col. 573 A 1. ἐμψυχῶσθαι. Al. ἐψυχῶσθαι. In nostro exempl. ἐψυχῶσθαι. Ibid. B 5. ὁμολογεῖ. Al. ἐτυμολογεῖ. Ibid. C 15. καὶ ὅλου. In exempl. nostro καθόλου. Ibid. D 4. αὐτοῦ. Al. αὐτός. Ibid. 10. τοῦ κατὰ μηδὲνα διαπταίεται τρόπον. In exempl. nostro, αὐτοῦ κατὰ μηδὲνα διαπταίεται τρόπον.

Col. 576 A 6. τὰ τοῦ Πλάτωνος. In exempl. nostro, τὴν Πλάτωνος φωνήν. Ibid. B 8. στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος. Al. καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνάμεσον ὕδατος καὶ ὕδατος. V. C. ibid. C 8. ὁ δὲ οὐδὲν εἶπεν ἄς περὶ γεγονότων ὄλωσ, καίτοι πολλάκις μνησθεῖς. V. C. περὶ γεγονότων αὐτῶν ἐπιμνησθεῖς πρὸς τοῦτοις. Ibid. 12. σωμάτων. Ita legisse videtur OEc. In nostro exemplari, σκηνωμάτων. Ibid. D 3. τὴν μὲν ὑγρὰν καὶ ξηρὰν οὐσίαν. Ita legisse videtur OEc. In exempl. nostro τὴν μὲν ὑγρὰν ξηρὰν οὐσίαν. Ibid. 7. βουλομένους. Al. ἐλομένους. Ibid. 14. κτίσιν. OEc. legisse videtur τίσιν.

Col. 577 A 2. ἐφοδος. Al. ἐφοδος. Ibid. 15. τὸν τῶν τριηκάδε νοῦν. In exempl. nostro τῶν τῶν τριηκάδε τὸν νοῦν. Ibid. B 3. λελατρευκάσαι. Forte καὶ λελατρευκότες. Ibid. C 9. σοφοῦντος Θεοῦ τίς ὁ ἀκροασόμενος ἦν. Al. σοφοῦν ἂν ἦν ὁ ἀκροασόμενος.

Col. 580 A 15. τὴν ὑπόγειον ἐνεγθέντα. Plut. ed. τὴν ὑπόγειον φοράν. Ibid. B 5. ἐνοίαν. Plut. ed. οὐσίαν. Ibid. 11. φῆς. In exempl. nostro φύσιν. Ibid. C 9. προθυμία. Al. προθυμία. Ibid. 10. πεπιστεύκαμεν. Al. πεπιστεύκασιν.

Col. 581 A 9. Εἶδη Forte ἔδη. Ibid. D 4. συρφετούς. Al. συρφετόν. Ibid. 8. αἰτιάται. Al. αἰτιᾷ.

Col. 584 A 5. κελαδεινήν, τουτέστι. In al. cod. κελαδηνήν, Ποσειδῶνα δὲ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν. Ibid. B 2. τῷ αἰδίῳ τὸ οὐκ ἔν ποτε, αἰεὶ ἔντι τὸ ἐν καιρῷ. In nostro exempl. scriptum erat, τῷ αἰεὶ ἔντι τὸ οὐκ ἔν ποτε, τῷ ἐν και. Ibid. 8. ὅτι vacat. Ibid. C 3. ὕπερανέστηχε. In nostro exempl. ὕπερανέστηξει.

Col. 585 B 7. κτίσμασι. In exempl. nostro κτίσματοι. Ibid. D 11. ῥήσεις. In nostro exempl. χρήσεις.

Col. 588 A 6. ἀπὸ τοῦ εἰς. Eugub. De perenni philosophia hunc locum referens, scribit, ἀπὸ τοῦ νοῦ εἰς. Ibid. 10. ἐστήριξεν. Leg. ἐστηρίζετο. Ibid. B 2. πόθεν ἀνεφάνη; ἐφάνη. In al. cod., πόθεν ἀνεφάνη ὁ μέγας οὗτος ἥλιος; καὶ εἶπεν, Ὅσιρι; ἐφάνη. Ibid. 10. ἄκρατον. Al. ἀκρότατον.

Col. 589 B 15. δημηγορίας. In nostro cod. δημουργίας, sed melius δημηγορίας, concionem. Ibid. C 2. ἔργων. Subiungitur apud Plat. ἄ δι' ἐμοῦ γινόμενα. Ibid. D 6. ἐθελόντων. In nostro exempl. ἐθλόντων.

Col. 592. B 8. πεπλασμένην. In exempl. nostro πεπλανημένην.

Col. 593 C 13. αἰσθητόν deerat in nostro exempl. illudque ex Porphyrii edit. adjecimus. Ibid. D 3. μεμασμένος. Ed. Porph. μεμολυσμένος. Ibid. D 6. ἀγωγῆν. Porphy. ed. ἀναγωγῆν. Ibid. 7. ὕμνον οὔσαν Porphy. ed. In nostro exemplari, ὕμνον οὔσαν. Ibid. 8. ἀπαθεῖα. Porph. ed. ἀπαθεῖ.

Col. 596 A 6. διηκούσης. In exempl. nostro δοκούσης.

Col. 597 A 2. ὡς ἔφην, μεγαλοπρεποῦς, ἐνέργειά τε καὶ δύναμις. Al. ἐνέργειά τε καὶ δύναμις μεγαλοπρεπῆς, ὡς ἔφην. Ibid. 5. κατασύρουσι. Al. κατασύροντες. Ibid. 6. δωροῦνται. Al. δωρούμενοι. Ibid. B 11. Συνδεθέντας. OEc. legisse videtur συντεθέντας. Ibid. D 10. ἐν ἐστὶ Herm. ed. In exempl. nostro scriptum erat ἐνεσσι. Ibid. 13. ὁ τι. Herm. ed. ὅποιον. Ibid. 15. περιάψαι. In exempl. nostro περιγράφαι.

Col. 600. A 7. οἱ γεννήσαντες. Herm. ed. ὁ ποιητῆς γεγέννηκεν. Ibid. 11. ταῦτα. Eugub. De perenni phil., lib. v, αὐτὰ. Ibid. 14. δεινότατον. Eugub. καινότατον. Ibid. B 3. πρὸς δὲ τῷ μηδὲ εἶναι. Al. πρὸς δὲ τῷ μὴ εἶδέναι. Ibid. paulo aliter leguntur quae subjecta sunt, apud Eugub. loco citato.

Col. 601 A 11. καὶ νὰ μὰ Δία. Al. καὶ μὴν καὶ. Ibid. B 9. αἰσθητά. In nostro exempl. ἐπιστητά.

Col. 604 C 6. συννεῦσαι. In exempl. nostro συννεύεται.

Col. 605 A 2. ἐργάσασθαι τῶν. Al. ἐργάσασθαί τι τῶν. Ibid. 6. προσκαθίστησιν. In exempl. nostro προκαθίστησιν. Ibid. 7. ἰσορρογῆν. Exempl. nostrum ἰερούγειν. Ibid. D 1. καθηγηταῖς. Exempl. nostrum μαθηταῖς. Ibid. 6. καλεῖν. Fort. καλεῖς.

Col. 608 B 10. ἐπ' αὐτάς. Emend., cum scriptum esset ἐπ' αὐτόν. Ibid. C 12. κατασημαίνει ἄν. Al. κατασημῆναι ἄν. Ibid. D 10. καὶ κινήσεις. Adie καὶ αἰ κατὰ τόπους κιν. Ita enim in exempl. nostro quanquam vitiose ἐκατατόπος.

Col. 609 A 2. ἀποφῆνας. Al. ἀποφῆναντα. Ibid. B 2. ἐκμελῆ. Al. ἐμμελῆ. Ibid. 6. ὑπομέννας. Al. ὑπομένει.

Col. 613 A 3. εἰρημένων. Al. εὐρημένων.

Col. 616 A 10. Totus iste locus ab his verbis, βούλει δὴ οὖν ὧ τάν, etc., usque ad illa col. 620 C 12. ἀναπέλασα τὸν Ἄδαμ, deest in nonnullis codicibus.

Col. 617 A 13. μέλεται. Edit. Plat. μέλει. Ibid. 15. ἀλλοθῆεν. Ed. Pl. ἄλλοθῆεν τει αὐτούς. Ibid. B 5. οἶοι. Emend. ex ed. Pl. cum in exempl. nostro legeretur ἦ οὐ. Ibid. 4. ἀγαναίνειν. Ed. Pl. ἀγανῆσι. Ibid. παράγεσθαι. In exempl. nostro παραγενέσθαι. Ibid. B 15. κακουργότατα. OEc. legisse videtur κακουργοτάτους. Ibid. C 2. ἐπ' αὐτῆ. Scriptum erat in exempl. nostro ἐπ' αὐτῆν. Ibid. 5. παρὰ Θεοῦ. Scriptum in exempl. περί. Ibid. D 8. ἐθελουσίαν. Al. ἐλευθεραῖα.

